This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

B 1,176,616

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

SCRIPSERUNT ET COLLEGERUNT

I. BAKE ET C. G. COBET.



VOL. XI.

NOVAE SERIEI VOL. II.



AMSTELODAMI.

FRED. MULLER.

1862.

Digitized by Google

LUGD.-BAT. EX TYPOGRAPHEO J. C. DRABBE.

Digitized by Google

C. S.
Nijhoff
7-8-27
15121

INDEX.

PARS I.

	Pag.
Polybiana. Scripsit C. G. Cobet	1—46.
Lectiones Tullianae. Scripsit W. G. Pluygers	47—61.
Ad Academicorum priorum Librum II. Scripsit W. G. Pluygers	62.
Ad Lycurgi orationem in Leocratem. Scripsit H. van Herwerden	63—75.
Themistii locus correctus. Ἀποδαρθεῖν et ἀποθαρρεῖν confusa. Scripsit C. G. Cobet	76.
Inscriptio Cea. Scripsit S. A. Naber	77—82.
Ad Lysiae orationes. Scripsit W. G. Pluygers	83—91.
Ad Thucydidis Libros VI et VII. Scripsit W. G. Pluygers	92—96.
Ad Themistii orationem XXXIV, περὶ τῆς ἀρχῆς. Scripsit C. G. Cobet	97—109.
Thucydides emblemate liberatus. Scripsit C. G. Cobet	109.
Locus Themistii et Cornelii Nepotis restitutus. Scripsit C. G. Cobet	110—112.
Lycurgi locus correctus. Scripsit C. G. Cobet	112.

PARS II.

Ad Isaei orationem II, περὶ τοῦ Μενεκλέους κλήρου. Scripsit C. G. Cobet	113—144.
Lectiones Tullianae. Scripsit W. G. Pluygers	145—164.
Miscellanea critica. I. Platonica. Ad librum V et VI de Republica. Scripsit C. G. Cobet	165—179.
Demosthenes κατὰ Μειδίου p. 528, 20. Scripsit C. G. Cobet	179—180.
Locus Cornelii Nepotis emblemate liberatus. Scripsit C. G. Cobet	180.

Digitized by Google

Pag.
De Q. Asconii Pediani in Ciceronis orationes commentariis emendandis. Scripsit S. H. Rinkes . . . . . 181—190.
Io. Fred. Gronovii coniecturae in Asconium. Scripsit S. H. Rinkes . . . . . 191—194.
Byzantinorum ψήφισμα apud Demosthenem emendatum. Scripsit C. G. Cobet . . . . . 195—199.
Cicero pro Plancio III. § 8. Scripsit C. G. Cobet . . . . 199.
Ad Homericum hymnum in Apollinem (vs. 146—150 et 165—172). Scripsit C. G. Cobet . . . . . 200—203.
Cicero pro Plancio VIII. § 19. Scripsit C. G. Cobet . . 203.
Asconii Pediani locus correctus. Scripsit C. G. Cobet . . 204.
Annotationes criticae in Lysiae orationes. Scripsit T. I. Halbertsma . . . . . 205—216.
Plutarchus in Theseo emendatus. Scripsit C. G. Cobet 216.
Thucydidea. I. sciolorum emblemata in libro I. Scripsit C. G. Cobet . . . . . 217—221.
Asconius Pedianus correctus. Scripsit C. G. Cobet . . . 221.
Annotationes criticae ad Themistii orationes. Scripsit C. G. Cobet . . . . . 222—224.

PARS III.

Annotationes criticae ad Themistii orationes. Scripsit C. G. Cobet . . . . . 225—266.
Lectiones Tullianae. Scripsit W. G. Pluygers . . . . . 267—290.
Ad hymnos Homericos. Scripsit C. G. Cobet . . . . . 291—312.
Themistii locus correctus Scripsit C. G. Cobet . . . . . 312.
Ad Ciceronis Plancianam. Scripsit C. G. Cobet . . . . . 313—333.
Herodotus III. 53. Scripsit C. G. Cobet . . . . . 333.
Clemens Alexandrinus locis nonnullis emendatur. Scripsit C. G. Cobet . . . . . 334—336.

PARS IV.

Thucydidea. Scripsit C. G. Cobet . . . . . 337—383.
Ad Clementem Alexandrinum. Scripsit C. G. Cobet . . 383—393.
Annotationes criticae ad Themistii orationes. Scripsit C. G. Cobet . . . . . 394—434.
Euripidea. Scripsit C. G. Cobet . . . . . 435—448.
Monitum. Scripsit C. G. Cobet . . . . . 448.

Digitized by Google

POLYBIANA.

Quum Romae in Bibliotheca Vaticana optimum et vetustissimum quemque Codicem Graecum sedulo excuterem, vehementer cupiebam illum quoque nobilem librum Palimpsestum exactissima cura examinare, unde Angelus Maius et aliorum et Polybii excerpta *περὶ γνωμικῶν ἀποσομισμάτων*, Constantini Porphyrogeniti iussu confecta primus in lucem vitamque revocasset, sed in quaerendo Codice operam perdidi. Maius libri notam et indicium omne de industria celaverat, neque quisquam eorum, quorum fidei custodia librorum in Vaticana Bibliotheca illo tempore commissa erat, poterat me facere certiorem; *οὐ γὰρ δὴ φιλότητί γ' ἐκεύθανον*, ut mihi satis compertum est, nam nemo eorum Maium amabat, sed ut sacerdotes et monachi solent, tectas inimicitias et occulta odia et propter id ipsum acriora cum eo exercebant. Itaque quum liber reperiri non posset invitus hanc curam deposui et in aliis Codicibus studium et operam collocavi. In patriam reversus laetus accepi quod mihi fortuna negasset, id Theodoro Heyse obtigisse, ut palimpsestum Codicem nanciscerertur et, quoad eius fieri posset, summa diligentia et studio retractaret omnia, in quibus Maii peritiam et doctrinam desiderabam. Plurima enim insunt in Maii editione, quae non ex ipso Codice certa fide desumta esse, sed ex Editoris incuria aut Graeci sermonis inscitia manasse et olim satis apud me constabat et nunc ex repetita Codicis lectione manifestum est omnibus. Hac ipsa de causa olim magnopere cupiebam intentissima oculorum et mentis acie vetustam membranarum scripturam recognoscere, quia magna me et certa spes tenebat fore ut sic et plura et meliora quam quae Maius vidisset ex antiquo monumento eruerem. Maius non

Digitized by Google

erat huiusmodi negotio satis idoneus, quia non satis in Graecitatis usu et ratione erat versatus. Dicam enim libere quod sentio nec verborum lenociniis aut fucatae humanitatis blanditiis sic utar, ut quid sentiam pelluceat aliqua magis quam perspicue appareat. Aequissime fero si qui alii in eodem argumento versantes et idem mecum sentientes malunt ambagibus uti quam τὴν σκάφην σκάφην λέγειν. In ea quoque re naturae sequimur semina quisque suae et sunt quos rebus temporibusque servire oporteat, ut quod taciti secum cogitent palam proloqui aut nolint aut nequeant aut reformident.

Quam sit difficile negotium palimpsesti Codicis scripturam olim deletam deinde venenis refocillatam aliquantulum sed vel sic fugientem et oculos veluti mobilitate quadam et μαρμαρυγῇ fallentem expedire optime et scitissime Theodorus Heyse in Praefat. p. IV. sic docuit: *„Est hoc genus lectionis quidam continuus, ut ita dicam, σοχασμός, ac tantum differt a lectione illa vulgari — ut paene eius sit contrarium: si quidem istic ipsa lectio intellectum efficit sive parit: hic quae non intelligentia ante quam intuitu collegeris, legendo vix assequeris. Anteeat necesse est divinatio quaedam et praevia perceptio, raris insistens fulcimentis litterarum: haec ubi facem praefert, sensim recedere nebulae, oculi cernere et discernere incipiunt; atque sic demum iterum et saepius eodem repetito conatu ad aliquem tenorem verborum plenamque lectionem tandem pervenis."* Verissime haec dicta sunt, et sic ut sentias virum doctum probe in hac palaestra exercitatum esse. Quod in huiusmodi libro exaratum est mente prius quam oculis discernitur. Intelligi debet ante quam legi possit. Intelligentiam pariunt argumentum loci et sententia ex vicinis penitus perspecta, doctrina varia et multiplex, Graecitatis certa et firma notitia, ut nihil quod respuat usus temere admittas, et *rara* (ut Heyse loquitur) *fulcimenta litterarum*, quae quasi umbrae volitantes alias ex aliis formas et figuras induere videntur. Verum simul atque id quod verum et genuinum est mentem subiit, repente quae antea volitare et formam subinde mutare videbantur, consistunt figuramque sumunt manentem ac stabilem, quam arbitratu tuo cognoscere et spectare possis. In talibus νοῦς ὁρᾷ, deinde mentem oculi non inviti sequuntur. Mirum est quam

Digitized by Google

sit expressa tum species eorum quae antea aciem veluti fulgore quodam praestringebant. Nil attinet dicere quantae sint in ea re cautiones, quam sit periculosae plenum opus aleae. Labitur aliquis in Graecitatis usu, continuo sibi ea videtur videre quae numquam in rerum natura fuerunt, et confidenter ea veluti e Codice sumta affert quae nemo sanus aut olim scripsit aut nunc concoquit. Aliud incommodum affert mens longo labore defessa et exhausta, namque ea res obiicit oculis ψευδῆ εἴδωλα et inanes fallacesque litterarum et verborum species, quae te hiantem deludant. Maius plurima Polybio obtrudit falsa, vitiosa, portentosa, quia quid res ipsa, quid dicendi consuetudo Polybiana requireret non ubique memineret aut noverat. Heyse quoque subinde nobis pro Polybianis apposuit ea quae numquam a Polybio proficisci potuerunt, quia diuturno quaerendi labore occaecata mens ἐνδάλματα ψευδῆ oculis coeperat obiectare. Plurimos tamen et gravissimos Maii errores abstersit, quibus multos alios similes et non minus turpes qui meminerit etiamnunc latere monstraque verborum et compositionis vitia pro Polybiana oratione legi, is optime sibi cavebit ne nubem pro Iunone amplectatur et aut ipsi Polybio aut communi Graecitati ea imputet, quae numquam vel in verborum notione vel in sententiae compositione neque Polybius neque Graecorum quisquam designavit.

Polybii oratio simplex admodum est et incomta neque varia et elegans, neque verborum luminibus distincta, neque scita compositione nitens sed μονότροπος καὶ ὑπάγροικος et τὰ αὐτὰ διὰ τῶν αὐτῶν λέγουσα. Itaque neque facile concipiebat vitium et sicubi aliquid mendi contraxisset percommode reperiebatur remedium. Est operae pretium videre quam multae felicissimae emendationes in his Vaticani palimpsesti excerptis et ab acutis viris, Geelio, Luchthio, Orellio, Bekkero repertae sint et Codice iterum excusso confirmatae. Si quid κριτικῆς εὐστοχίας in Maio fuisset, numquam hi errores nati essent: sensisset enim ipse quae tamquam e palimpsesto edidisset in eo libro reapse non exstare veramque lectionem si excogitare potuisset numquam male sanam et vitiosam Polybio obtrusisset; quod quale sit γεύματος χάριν paucis quibusdam exemplis ostendere iuvat. Maius edidit XI. 1. τὸ τῶν προ-

Digitized by Google

γραφῶν γένος — εἰς ἐπίσασιν ἀγαθοὺς ἀναγινώσκειν θέλοντας, pro εἰς ἐπίσασιν ἄγει τοὺς ἀναγ., quod non erat difficile ad reperiendum. In XII. 4. dedit: τοῦτο γὰρ οὐδενὸς εἰπεῖν δήπου τοῦ συγγραφέως εἶναι τὸ διάπτωμα, τοῦ δὲ γραφέως ὁμολογουμένως, pro τοῦτο γὰρ οὐδεὶς ἂν εἶπειεν, quod unusquisque statim sine Codice restituerit. Edidit XII. 12. τοὺς Ἡρακλείδας — κατὰ τὸ νήϊον ποιεῖσθαι τὴν διάβασιν, sed nota res est Heraclidas κατὰ τὸ Ῥίον in Peloponnesum traiecisse. Edidit XII. 12 a: δικαίως (τὸν Καλλισθένην) ὑπ' Ἀλεξάνδρου τετευχέναι τιμωρίας διεφθαρκότα τὴν ἐκείνου τύχην καθόσον οἷός τε ἦν. Quomodo tandem potuit Callisthenes Alexandri *fortunam* adulando corrumpere? *Animum* poterat, τὴν ἐκείνου ψυχήν. Post pauca dedit: φησὶ τῆς Ἑλλάδος ἀξίους γεγονέναι διότι ταῖς Ἀλεξάνδρου τιμαῖς ταῖς ἰσοθέοις τὸν τέλειον, quantillum erat videre verum, ταῖς ἰσοθέοις ἀντέλεγον? Dedit XII. 25 b: τὴν αἰτίαν πυνθάνεσθαι παρ' ἣν ἢ διέπεσεν ἢ κατορθωθῇ τὸ πραχθὲν ἢ ῥηθέν, pro κατωρθώθη et ἢ ῥηθέν, et post pauca: οὐκ ἐκ τῆς αὐτοῦ χωρεῖται πραγματείας pro θεωρεῖται. Dedit XII. 25 l. οὐκ ἐντίκτουσιν ἀληθινοὺς ζήλους τοῖς ἀκούουσιν οἱ μὴ δι' αὐτῶν πεπραγμένοι τῶν πραγμάτων, et post pauca iterum: τοῖς δι' αὐτῶν πεπραγμένοις τῶν πραγμάτων, pro πεπορευμένοι et πεπορευμένοις. Dedit XII. 25 n. διὰ τῶν ἐκ τῆς ἠθοπαθείας καὶ τριβῆς θεωρημάτων. Monstrum et portentum vocabuli esse ἠθοπαθείας ne suspicatur quidem, neque meminit se paulo ante legisse: διὰ τὸ μόνον ἐκ τῆς αὐτοπαθείας τοῦτο γενέσθαι τῆς τῶν συγγραφέων. Turpissimum omnium errorem de genere hoc commisit Maius XXXVII. 4 (pag. 86, 29 Heys.) ubi tamquam e Codice edidit: τῶν γὰρ ἀνθρώπων εἰς ἀλεξανεμίαν καὶ Φιλοτρημοσύνην ἔτι δὲ ῥαθυμίαν ἐκτετραμμένων, ubi unusquisque qui hoc aget statim veram lectionem hanc reperturus est: εἰς ἀλαζονείαν καὶ Φιλοχρημοσύνην, quam nunc e Codice Heyse protulit et olim Dubnerus Polybio reddiderat. Huiuscemodi erroribus, quibus nulla parata est venia, scatent excerpta Polybiana a Maio edita, qui si Graece fuisset peritior et in re grammatica et critica versatior neque hos errores commisisset umquam, ubi vel sine Codicis Palimpsesti auxilio ipsa Polybii manus certis indiciis restitui pote-

Digitized by Google

rat, neque alios plurimos, in quibus sine librorum ope nemo quod verum est poterit commode reperire. De caeteris unum tantum addam. Apud Polybium XII. 26 b. Bekkerus Maium secutus edidit: ἐκείνων (Academicorum) τινὲς βουλόμενοι — εἰς ἀπορίαν ἄγειν τοὺς προσμαχομένους τοιαύταις χρῶνται παραδοξολογίαις, in quibus immanis est Maii error: quis enim in tali re verbi προσμάχομαι usus est? Quid requiratur certum est: nempe προσδιαλέγομαι. Id ipsum ex repetita Codicis lectione prodiit τοὺς προσδιαλεγομένους. Quod si Maius sensisset quam absonum et absurdum esset in istiusmodi loco προσμαχομένους, si meminisset quo verbo in talibus Graeci constanter uterentur, sine mora Polybii manum προσδιαλεγομένους vidisset pellucentem. Opem tulit Heyse et grati veram scripturam accipimus. Vide autem mihi quid Heyse ipse commiserit in vicinis ubi dedit: διεάζειν μήπως καθ' ὃν καιρὸν ἐν Ἀκαδημίᾳ διαλέγονται περὶ τούτων οὐχ ὑπὲρ ἄλων ἄρ' ἐν οἴκῳ κατακείμενοι τούτους διατιθῶνται τοὺς λόγους. In Codice est ὑπὲρ ἄλλων et διατίθενται. Heyse: „correxi ὑπὲρ ἅλων i. e. de cibariis." Ain vero? ἄλων nihil est nisi *aream;* volebat, credo, ἁλῶν; sed ἅλες *sal* significat et in hac correctione nihil esse *salis* vir optimus admonitus fatebitur. Nollem etiam μήπως — διατίθενται sollicitasset, nam μή, μήποτε et μήπως in talibus cum indicativo componuntur. Sed levis et perexigui momenti is locus est continens meras philosophorum ineptias, quas Polybius summo iure deridet. Itaque quemadmodum quid tandem dixerint scire non curamus, ita ne quaerere id quidem est operae pretium. Hoc tantum tenendum non esse in Codice ista ἀδιανόητα, quae Maius exhibuit ὑπὲρ ἄλλων ἄρ'. Voculae ἄρα nullus in talibus locus est, neque sic aut scribae errare solent aut iste qui crassa Minerva ex integro opere Polybiano haec excerpta confecit. Vehementer nobis imponit scriptura eiusdem farinae, id est ex Maii ἀβλεψίᾳ progenita, in loco vicino de Timaeo: παραδοξολόγος γὰρ ὢν καὶ φιλόνεικος περὶ τὸ προτεθὲν τοὺς μὲν πολλοὺς καταπέπληκται ἀλόγως, ἠνάγκακε δ' αὐτῷ διὰ τὴν ἐπίφασιν τῆς ἀληθινολογίας, τινὰς δὲ καὶ προσκέκληται καὶ μετ' ἀποδείξεως δοκεῖ πείσειν. Ecquis est qui haec verba intelligat? Prima pars verborum nil habet difficultatis, sed quid, quaeso, sibi vo-

Digitized by Google

lunt ista: ἠνάγκακε δ' αὐτῷ διὰ τὴν ἐπίφασιν τῆς ἀληθινολογίας? Quid reliqua: τινὰς δὲ καὶ προσκέκληται? et ultima: καὶ μετ' ἀποδείξεως δοκεῖ πείσειν, vel πείθειν, ut nonnulli substituunt? Utrum haec esse dicamus ῥήματα an θαύματα? quibus neque caput neque pes constat, arena sine calce, et plane ἀδιανόητα. Sunt haec ψευδῆ εἴδωλα, quae sibi Maius visus est videre quum alia omnia in libro rescripto exarata essent. Abiicienda sunt haec nihili commenta:

ψευδεῖς ὄνειροι χαίρετ', οὐδὲν ἦτ' ἄρα.

Luditur in his omnis emendandi opera. Vestigia antiquae veritatis pleraque omnia obliterata sunt ac deleta. Unum tantum vocabulum poterit veterem formam recipere, nempe ἀληθινολογία. Timaeus enim, iudice Polybio, multis imposuit propterea quod videbatur *accuratissime* de multis rebus dicere, igitur διὰ τὴν ἐπίφασιν τῆς ἀκριβολογίας. Si Maius scivisset, si Heyse meminisset ἀληθινολογία Graecum non esse, rimati essent paulo curiosius antiquae lectionis vestigia. Ψευδολογία recte dicitur, ἀληθινολογία non item, quia ψευδῆ λέγειν bene habet, ἀληθινὰ λέγειν non item, sed ἀληθῆ. Eodem modo formantur πιθανολογία, ἀκριβολογία, εἰκοτολογία, παραδοξολογία, aliaque complura, quoniam πιθανὰ λέγειν, ἀκριβῆ λέγειν, εἰκότα λέγειν, παράδοξα λέγειν rectissime dicuntur. Haec ipsa ἐπίφασις τῆς ἀκριβολογίας post pauca iterum in Timaeo commemoratur et satis est aliunde nota. Restituto semel διὰ τὴν ἐπίφασιν τῆς ἀκριβολογίας videamus an verba ἠνάγκακε δ' αὐτῷ sanare possimus. Ἀναγκάζειν ab argumento loci alienissimum est, et quid est ἀναγκάζειν τινί? Suspicor Polybium dixisse *illam accuratissimae doctrinae speciem*, quam Timaeus prae se ferret, multos in fraudem induxisse, *imposuisse* multis. Quamobrem suspicor genuinum esse ἠπάτηκε δ' αὖ τινὰς διὰ τὴν ἐπίφασιν τῆς ἀκριβολογίας. Ex caeteris nihil sani extundo. Quam vellem mihi ipsum Codicem versare et summo studio explorare omnia et rimari nunc liceret! Excutient postea alii nisi Chemycorum venena antiquae scripturae vestigia paulatim penitus deleverint.

Est etiam alia quaedam in Excerptorum Codice cautio. Duplex enim est mendorum genus, quibus nunc in illo libro ipsa Polybii manus passim vitiata circumfertur. Alia

Digitized by Google

enim Maio debentur, alia veteri Epitomatori. Satis constat apud omnes qui excerpta Polybii assidue triverunt quam parum doctus et acutus homo fuerit, quisquis fuit, qui Polybii locos ex integro opere minutatim in haec frustula dissecuit. Multa igitur vitia illi ipsi imputanda sunt cui haec excerpta debemus: sed sunt haec ferme leviora, qualia passim scribae dormitantes committere solent et circa unum aut alterum vocabulum haerentia, non ut sint omnia ἀδιανόητα ac mera verborum monstra, unde nihil sani expisceris. Epitomator, Constantino Porphyrogenito aequalis et pro captu illorum temporum non illitteratus, si in istiusmodi salebras incidisset, praetermisisset, credo, illa unde nihil quidquam, quod commode intelligeretur, extricari posset, quemadmodum is fecit qui Athenaei libros circa Eustathii tempora redegit in epitomen resectis omnibus quae non satis caperet caeterisque ad verbum fideliter descriptis. Accedit quod Codices, quibus Constantini Excerpta continentur, ipso saeculo X^mo^ scripti sunt et non iniuria videntur esse illi ipsi libri, quibus iussu suo confectis Constantinus ipse usus fuerit. Itaque non novi errores in novis apographis identidem, ita uti fit, veteribus accesserunt, sed qui errores non debentur ipsi Maio, omnes ab uno eodemque homine commissi sunt, qui ex bonae notae Codice Polybiano illos locos ordine describebat. Nobis autem perinde est utrum scripturae labes, quibus verborum Polybii intelligentia aut impeditur aut prorsus tollitur, Maio an veteri Epitomatori imputanda sit, modo eam sanare possimus. Interest autem inter utrumque mendorum genus hoc potissimum, ut vetusta menda sint potius leviora et ἐπιπολῆς, sed quae Maius male legendo aut infeliciter coniectando peperit, graviora sint multo et foediora et ulcera ὕπουλα. De utroque genere multa sunt quae sanari et in integrum restitui possint, si quis perite et prudenter admoverit manum.

Subiungam igitur nunc locos complusculos, ubi ex fumo dare lucem, id est ex antiquis aut novis describentium erroribus probam et genuinam Polybii scripturam elicere mihi contigisse suspicor.

Primum omnium locos quosdam meo arbitratu seligam: deinde reliqua omnia deinceps percurram. Sequar in omnibus

Digitized by Google

Heysium et Bekkerum, quorum uterque multos Maii errores, ille ex Codice et ex ingenio, hic suis et aliorum coniecturis feliciter sustulit.

Editur p. 32, 1 Heyse: ἄλλως μὲν γὰρ ὑπέλαβον δεῖν κτᾶσθαι τὰς ἀρχάς, ἄλλως δὲ τηρεῖν. οὐκ ἔμαθον δὲ διότι κάλλιστα φυλάττουσι τὰς ὑπεροχὰς οἱ μάλιστα διαμείναντες ἐπὶ τῶν αὐτῶν προαιρέσεων αἷς ἐξ ἀρχῆς κατεσήσαντο τὰς δυναστείας. Eodem modo haec scripta leguntur apud Polybium X. 36 Bekkeri. Mendosum est κατεστήσαντο. Polybius enim manifesto hoc dixit: „imperium optime retineri iisdem artibus quibus *partum* sit," non „quibus sit *constitutum*," quod plane est a Polybii sententia et argumento loci alienum. Opponuntur inter se in tali re φυλάττειν et κτᾶσθαι. Demosthenes Olynth. I. 23: πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι, et Olynth. II. 26: πολὺ γὰρ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκεν, ubi κτᾶσθαι pro κτήσασθαι dedisse Oratorem existimo. Quid igitur Polybium scripsisse putemus? Res manifesta est: nempe κατεκτήσαντο, non κατεσήσαντο. Compositum κατακτᾶσθαι saepius legitur et apud alios antiquiores et apud ipsum Polybium. Duo ex Heysii libello exempla apponam. Pag. 82 (Polyb. XXVII. 1 b.) κατεκτήσαντο τὴν ἡγεμονίαν (οἱ Ῥωμαῖοι), et pag. 93 (Polyb. XXXIX. 1 b.) κατεκτήσαντο τὰς δυναστείας, id ipsum quod nostro loco reponendum est. Similiter de Lacedaemoniis legitur VI. 50: ὁρμήσαντες ἐπὶ τὸ κατακτᾶσθαι τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν. Eodem modo dixit Polybius XVIII. 24 πρὸς βασιλείας κατάκτησιν, et IV. 77 πρὸς πραγμάτων κατάκτησιν. Quoniam K et IC saepissime confunduntur et in vetusto Codice vix oculis discerni potest utrum κτᾶσθαι (ΚΤΑCΘΑΙ) an ἵστασθαι (ΙCΤΑCΘΑΙ) scriptum sit, tenuissima tantum lineola κτήσασθαι et στήσασθαι distinguit, easque formas saepius inter se locum mutare videbis. Iterum idem vitium in Polybii libris inolevit IX. 29. ubi editur: ἐὰν ὑμεῖς τὴν τῶν Πελοποννησίων ἀρχὴν καταστήσησθε, sed quum appareat id dici de Spartanis, quos nolebat Antigonus *Peloponnesi imperio potiri* (non *ordinare* et *constituere Peloponnesi imperium*) nemo admonitus dubitabit tenuem lineolam addere et rescribere κατακτήσησθε.

Digitized by Google

Heyse edidit p. 30, 7: *καὶ τότε μὲν ἀπέτρεψε τοὺς ἐντυγχάνοντας ταῦτ' εἰπών.* Eadem Maius dederat nil suspicatus mali: sed *ἀπέτρεψε* sanum non est: itaque Bekkerus IX. 42 recepit Luchtii coniecturam *ἀπετρίψατο τοὺς ἐντυγχάνοντας.* Nollem factum, quia *ἀποτρίβομαι* in ea re locum nullum habet. *Ἀποτρίβεσθαι depellere a sese* saepe habet obiectum rei, *αἰτίαν, διαβολήν, φθόνον, κίνδυνον, πόλεμον, τὰς διαλύσεις, τὰς ἐφόδους τινός, τὰς ἐπιβολάς τινος,* quae apud Polybium crebra sunt. Dicitur etiam de personis sed ita ut significet: *manibus* aut *manu aliquem a se* aut *a suo corpore depellere,* veluti *hostes* vim inferentes aut *supplices* genua amplexantes. Nihil horum in hunc locum cadit. Scipio Aeginetas secum de redemtione agentes non manu, sed verbis repulit. Qui iterum Codicem Vaticanum inspiciet quaerito an non *ἀπέπεμψε* in eo scriptum sit pro *ἀπέτρεψε.* Haec enim est vera lectio: *ἀπέπεμψε τοὺς ἐντυγχάνοντας.*

Mirer si veram Codicis lectionem expresserit Maius, quamquam nihil admonet Heyse p. 36, 30 (apud Bekkerum XII. 6 b.) in his: *τῶν Ἀθηναίων — οὐκ ἐξεταζόντων τὸ γεγονὸς ὡς τὴν προαίρεσιν.* Longa est Polybii disputatio Aristotelis et Timaei narrationes de Locrensium origine inter se componentis. Aristoteles servos fuisse memoriae prodiderat (credo *ἐν τῇ τῶν Λοκρῶν πολιτείᾳ*), qui per longam dominorum absentiam cum illorum uxoribus et filiabus consuevissent, et deinde ne poenas darent coloniam in Italiam deduxissent. Timaeus acriter in Aristotelem invehitur *εἰπόντα τὴν ἀποικίαν αὐτῶν (τῶν Λοκρῶν) εἶναι δραπετῶν, μοιχῶν, ἀνδραποδισῶν.* Redarguens utcumque Aristotelis fidem hoc quoque argumento usus erat Timaeus *τὸ τοὺς Ἀθηναίους πορθῆσαι τὴν χώραν αὐτῶν,* nempe in bello Peloponnesio quum Siciliam peterent. Iure hoc deridens Polybius docet quum Locrenses ad Lacedaemoniorum amicitiam se applicuissent mirum non esse hostili in eos animo fuisse Athenienses *οὐκ ἐξετάζοντας τὸ γεγονὸς ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν.* Sentisne quam absurdum sit *τὸ γεγονός*? Exemtae duae litterulae salutem loco afferent et claram lucem affundent. Polybius scripserat *τὸ γένος,* non *τὸ γεγονός.* Athenienses, inquit, *quo genere oriundi essent* Locrenses non curabant, sed *quas partes in bello sequerentur.* Cui Vaticani Co-

Digitized by Google

dicis inspiciendi erit copia dispiciat utrum γεγονός an γένος scriba dederit.

Contrario errore peccatum est in Codice palimpsesto, nisi Maii potius is error est, XII. 25 b. ubi τὸ γένος editur, sed a Polybio τὸ γεγονός manifesto scriptum fuit. Necessarium in historia esse Polybius admonet τὴν αἰτίαν πυνθάνεσθαι παρ' ἣν ἢ διέπεσεν ἢ κατωρθώθη τὸ πραχθὲν ἢ ῥηθέν· ἐπεὶ ψιλῶς λεγόμενον αὐτὸ τὸ γένος ψυχαγωγεῖ μὲν, ὠφελεῖ δ' οὐδέν. Ecquis dubitat quin Polybius dederit αὐτὸ τὸ γεγονός?

Transeo ad alium locum, in quo nihil Maius peccasse videtur, sed Epitomatoris socordia factum esse ut Polybius nihil diceret, id est stulte absurdeque diceret. Demonstravit Polybius quam futilis esset et puerilis Timaeus in orationibus, quas principibus viris in Sicilia affinxit. XII. 25. o. „*Pauca proferemus*, inquit, *ex ipsius concionibus.*" Ubi lege βραχέα προοισόμεθα, non, ut editur, προσοισόμεθα. Deinde primum pauca profert ex oratione Hermocratis ad Siculorum legatos, quae supra quam credi possit frigida sunt et inficeta et insulsa. Sed aliquanto etiam stolidiora sunt quae Timoleontem ad milites dicentem inducit iamiam de summa rerum cum Carthaginiensibus dimicaturum. Ut hostium innumerabiles copias sui milites contemnant primum eos docet proverbium ἐρημότερα τῆς Λιβύης non *paucitatem* Afrorum sed *ignaviam* significare, in quo loco legendum est οὐκ ἐπὶ τὴν ἐρημίαν ἀναφέροντας τὸν λόγον ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀνανδρίαν τῶν κατοικούντων pro vulgata lectione φέροντας. Tum duobus utitur argumentis et indiciis, unde illa Poenorum ignavia cognoscatur. Utrumque mirificum est et risum movet, sed alterum intelligi potest, alterum non potest. τίς ἂν φοβηθείη τοὺς ἄνδρας, inquit, οἵτινες τῆς Φύσεως τοῦτο τοῖς ἀνθρώποις δεδωκυίας ἴδιον παρὰ τὰ λοιπὰ τῶν ζώων, λέγω δὲ τὰς χεῖρας, ταύτας παρ' ὅλον τὸν βίον ἐντὸς τῶν χιτώνων ἔχοντες ἀπράκτους περιφέρουσιν; O acutum hominem, qui talia excogitaverit! In his certe quid dicat intelligimus, sed vide an intelligas quae continuo sequuntur: τὸ δὲ μέγιστον οἱ καὶ ὑπὸ τοῖς χιτωνίσκοις, φησὶ, περιζώματα φοροῦσιν, ἵνα μηδ' ὅταν ἀποθάνωσιν ἐν ταῖς μάχαις φανεροὶ γένωνται τοῖς ὑπεναντίοις. In his Maius, quem Bekkerus sequitur, edidit περιζωμάτια φο-

Digitized by Google

ροῦσιν, Heyse pro περιζωμάτια, quod subineptum est, in Codice reperit περιζώματα, quod est unice verum. In caeteris nihil Heyse attulit novi. Satis tamen perspicuum est pro οἳ rescribendum esse ὅτι, nam quis nescit in talibus usitatam formam hanc esse τὸ δὲ μέγιστον ὅτι κτἑ. Quid autem dicit Timoleon, vel potius Timaeus? Quod est illud maximum indicium unde Poenorum ἀνανδρία appareat? Περιζώματα φοροῦσιν ἵνα μὴ φανεροὶ γένωνται τοῖς ὑπεναντίοις. Sensu vacuum hoc est. Φανερὸς γίγνομαι per se nihil significat nisi participium aliquod aut diserte additum sit aut commode ex vicinis cogitatione suppleatur. Itaque quia praecedit ὅταν ἀποθάνωσιν ἐν ταῖς μάχαις, consequitur φανεροὶ γένωνται τοῖς ὑπεναντίοις sic esse explendum, φανεροὶ γένωνται (ἀποθανόντες). Sed hoc quidem non insulsum et puerile est, sed malesana delirantis oratio: περιζώματα φοροῦσιν ἵνα μὴ φανεροὶ γένωνται ἀποθανόντες. Res ipsa nobis exitum ex his difficultatibus ostendit. Quid Timaeus dixerit, quamquam inficetum est, potest ex reliquis verbis indagari et ex fuga retrahi in hunc modum, ἵνα μηδ' ὅταν ἀποθάνωσιν ἐν ταῖς μάχαις φανεροὶ γένωνται τοῖς ὑπεναντίοις (ἄνδρες ὄντες). Hoc vero est τῆς ἀνανδρίας argumentum Timaeo dignum, et simillimum illi, quod de manibus intra vestem cohibitis ante dixerat. Τὰ περιζώματα sunt *subligacula*, quibus pudenda tegebant, praesertim qui nudi certabant, unde dicitur γυμνὸς ἐν περιζώματι vel περίζωμα ἔχων vel περιεζωσμένος. Suidas: Περίζωμα: τὸ ὑπὸ (L. περὶ) τὰ αἰδοῖα σκέπασμα. „Γυμνῶν μαχομένων τῶν Ῥωμαίων ἐν τοῖς περιζώμασι." quae Polybii verba esse videntur. Sic Luperci apud Plutarchum in Romulo cap. 21 διαθέουσιν ἐν περιζώμασι γυμνοί. Nota est historia Orsippi cursoris, qui περιεζωσμένων ἐν τοῖς ἀγῶσι κατὰ δή τι παλαιὸν ἔθος τῶν ἀθλητῶν Ὀλύμπια ἐνίκα στάδιον δραμὼν γυμνός, teste Pausania I. 44, 1, qui addit: δοκῶ δέ οἱ καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ περίζωμα ἐκόντι περιρρυῆναι γνόντι ὡς ἀνδρὸς περιεζωσμένου δραμεῖν ῥᾴων ἐστὶν ἀνὴρ γυμνός. Timaeus igitur Poenos dixit ὑπὸ τοῖς χιτωνίσκοις περιζώματα φορεῖν ἵνα μηδ' ὅταν ἀποθάνωσιν ἐν ταῖς μάχαις φανεροὶ γένωνται ἄνδρες ὄντες, scilicet σκεπάσματα περὶ τὰ αἰδοῖα ἔχοντες, *subligati*, ut Romani loquuntur. Antiquiores in eadem re διάζωμα dicebant et διεζῶσθαι, unde

Digitized by Google

arguitur Graeculorum emblema apud Thucydidem I. 6: τὸ δὲ πάλαι καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες [περὶ τὰ αἰδοῖα] οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυνται, ubi unice verum est πέπαυνται, nempe οἱ ἀθληταὶ τοῦτο ποιοῦντες. Graeculus male sedulus adscripsit περὶ τὰ αἰδοῖα, quod tam inepte additur ac si quis ad διάδημα ἔχων addere vellet περὶ τὴν κεφαλήν, vel ad ὑποδήματα ἔχων inserere περὶ τοὺς πόδας. Post pauca apud Thucydidem emendate scriptum est καὶ διεζωσμένοι τοῦτο δρῶσιν, id est διαζώματα ἔχοντες.

Non credo Maium ipsam Codicis lectionem enotasse quamquam nihil admonet Heyse p. 24, 19 (apud Bekkerum VI. 1. a) in his: οἱ κατ' ἰδίαν ὑπὲρ τῶν φαύλων ἢ τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν ποιούμενοι τὰς διαλήψεις ἐπειδὰν ἀληθῶς προθῶνται δοκιμάζειν οὐκ ἐκ τῆς ἀπερισάτου ῥᾳῳδνης κατὰ τὸν βίον ποιοῦνται τὰς ἐπισκέψεις ἀλλ' ἐκ τῶν ἐν ταῖς ἀτυχίαις περιπετειῶν. Sententia expedita et plana est, sed haereo in ἀπερισάτου ῥᾳῳδνης. Nemo nescit quid sit περίσατον ποιεῖν aut γίγνεσθαι et res ipsa ex nomine plane intelligitur. Περίσατον appellant eum *quem undique hominum turba circumstat, qui magna hominum corona cingitur.* Ἀπερίσατον igitur est id quod nulla circumstantium corona cingitur, quod mirificum est *quietis* et *otii* epitheton. Otium enim haud raro pauci homines, interdum vel unus non minus turbat quam magna hominum frequentia, qui taciti circumstant. Polybius autem non ἀπεριστάτου ῥᾳῳδνης dixerat, sed id quod et alii sequiores et ipse crebro in tali re usurpat ἀπερισπάσου. Περισπᾶν enim est *negotiis* et *curis distrahere* et *otium* alicuius *turbare*, et opponuntur adeo inter se περισπᾶσθαι et σχολάζειν. Otium nullis negotiis, nullis molestiis turbatum appellatur ἡσυχία, ῥᾳῳδνη ἀπερίσπασος. Exempla passim sunt obvia. Indicabo unum apud Heyse p. 21, 2 (Polyb. IV. 32), ὅτε δ' εὔσχολοι καὶ ἀπερίσπασοι Λακεδαιμόνιοι γενηθέντες ἐτράπησαν πρὸς τὸ βλάπτειν αὐτούς. Verbum ipsum περισπᾶν et περισπᾶσθαι frequenter apud omnes reperitur. Ridemus Hesychium qui serio annotavit: Περισιγᾶν: ἀφέλκειν τοῦ προκειμένου, idque inter Περίσημον et Περισκαίρουσι medium collocavit neque vidit ΠΘΡΙCΠΑΝ (περισπᾶν) verum esse. Ubi mihi semel hoc dederis ἀπερισπάσου

Digitized by Google

ῥᾳῳώνης Polybium scripsisse, non multum ambiges quin idem error eodem modo eximendus sit ex altero Polybii loco VI. 44 ἐν ταῖς ἀπεριῳάτοις ῥᾳῳώναις εἰκῇ πως καὶ ἀλόγως ἐνίοτε σφάλλεται. ubi iterum ἀπεριῳπάῳοις censeo esse reponendum. Ai περιῳάσεις enim saepe apud Polybium et reliquos sequiores significat *oi καιροί, tempora*, (quemadmodum qui Latine balbutiebant *circumstantias* appellare solent quae Romani *tempora*); saepe etiam *αἱ περιῳάσεις* in malam partem sumuntur pro τὰ παρόντα δεινά, ὁ παρὼν κίνδυνος, sed quis credat ex eo usu manasse ut ἀπερίῳατος pro ἀσφαλής vel ἀκίνδυνος diceretur?

Ioculare vitium commissum est aut a scriba aut ab Editoribus apud Polyb. XXXII. 12. a (apud Heyse p. 80, 18): ὅταν γὰρ μόλις τὸ ὅλον ἄξιον ἐπιῳάσεως φαίνηται τοῖς ἀκούουσιν, ἤπου γε τοῖς κατὰ μέρος ἐκ διαῳήματος λεγομένοις συμπράξει τις τῶν ἀφιλομαθούντων. Nihil prorsus est in historia rerum gestarum quod curent οἱ ἀφιλομαθοῦντες, si omnino Graecum vocabulum hoc est. Resecta prima litterula scribendum est οἱ φιλομαθοῦντες, quo nomine solet Polybius *lectores* suos appellare, ut apud Heyse p. 33, 12: αἱ δὲ πρόσθεν διαλήψεις τῶν ἐπιβαλλομένων ἐξεταζόμεναι δεόντως ὠφελοῦσι τοὺς φιλομαθοῦντας, et pag. 63, 21, ἐγὼ δέ φημι κυριώτατον μὲν εἶναι καὶ τοῖς συγγράφουσι καὶ τοῖς φιλομαθοῦσι τὸ γινώσκειν τὰς αἰτίας ἐξ ὧν ἕκαῳα γεννᾶται καὶ φύεται τῶν πραγμάτων, ubi συγγράφειν et φιλομαθεῖν ita inter se opponuntur, ut φιλομαθεῖν plane idem sit atque ἀναγιγνώσκειν. Hinc emendaverim apud Heyse p. 24, 30 (Polyb. VI. 59. 4. a.) ὅτι τὸ ψυχαγωγοῦν ἅμα καὶ τὴν ὠφέλειαν ἐπιφέρον τοῖς φιλομαθοῦσι τοῦτ' ἐῳιν, pro τοῖς φιλομαθέσι. Video nunc Bekkerum iam recte restituisse τις τῶν φιλομαθούντων, sed quod praecedit συμπράξει sine suspicione retinuit. Quid autem sibi vult συμπράττειν in tali re? Quomodo quis eorum, qui Polybii libros aut olim legebant aut nunc legunt, potest rebus ab illo narratis συμπράττειν? Saepe vidi apud Polybium πρᾶξις, τάξις et ἕξις inter se permutari, unde mihi subnata suspicio est Polybium dedisse: ἤπου γε τοῖς κατὰ μέρος — προσέξει τις τῶν φιλομαθούντων. Idem est προσέχειν et ἐφιῳάναι, quorum utroque passim Polybius utitur de iis, qui alicui rei

Digitized by Google

dant operam, quique aliquid sedulo ac diligenter cognoscunt, et *οὐ προσέχειν* et *οὐδὲν προσέχειν* dicuntur qui aliquid *nil curant* et *contemnunt*, ut apud Menandrum est:

ἔθυον οὐ προσέχουσιν οὐδέν μοι θεοῖς.

et in ithyphallico Atheniensium carmine apud Athenaeum p. 253 E:

ἢ οὐκ εἰσὶν ἢ προσέχουσιν ἡμῖν οὐδὲ ἕν.

In utroque verbo *τὸν νοῦν, τὴν διάνοιαν, τὴν γνώμην* omitti solet nec nisi rarissime adiicitur ut in *ἐπισήσας τὴν διάνοιαν* et in lepido Eupolidis loco:

Ἄνδρες ἑταῖροι, δεῦρο δὴ τὴν γνώμην προσίσχετε,
εἰ δυνατὸν καὶ μή τι μεῖζον πράττουσα τυγχάνει.

Polybius igitur qui paulo ante dixerat *ὅταν μόλις τὸ ὅλον ἄξιον ἐπισάσεως φαίνηται*, eodem sensu alio verbo usus subiecit *ἤπου γε τοῖς κατὰ μέρος προσέξει τις.*

Polybius XIII. 5. (apud Heyse p. 54, 13) multis verbis quantam vim habeat veritas ita demonstrat: *πάντων γοῦν αὐτὴν (τὴν ἀλήθειαν) καταγωνιζομένων, ἐνίοτε δὲ καὶ πασῶν τῶν πιθανοτήτων μετὰ τοῦ ψεύδους ταττομένων οὐκ οἶδ' ὅπως αὐτὴ δι' αὑτῆς εἰς τὰς ψυχὰς εἰσδύεται τῶν ἀνθρώπων, καὶ ποτὲ μὲν παραχρῆμα δείκνυσι τὴν αὑτῆς δύναμιν, ποτὲ δὲ καὶ πολὺν χρόνον ἐπισκοτισθεῖσα τέλος αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἐπικρατεῖ καὶ καταγωνίζεται τὸ ψεῦδος.* Exserat igitur nunc quoque vim suam veritas in redarguendo vetere scripturae errore, quo hic locus olim infectus est. Graeci dicebant *ἐπισκοτεῖν*, non *ἐπισκοτίζειν*, sed quoniam H et IC sexcenties in libris vetustioribus temere permiscebantur, factum est ut *ἐπισκοτισθεῖσα, ἐπεσκοτισμένος* et similia in genuinae formae locum subreperent. Verbum *ἐπισκοτεῖν* et passivum *ἐπισκοτεῖσθαι* Polybio fuit in deliciis. Multa Schweighauserus exempla collegit, quibus multa addi possunt. Apud Heyse pag. 41, 27 (XII. 25 b.) legitur: *τὸ τὴν ἀληθινὴν προσφερόμενον ἕξιν ἐν ἑκάστοις τῶν ἐπιτηδευμάτων οὐ μόνον ὑπάρχει σπάνιον ἀλλὰ καὶ πολλάκις ὑπὸ τῆς ϛωμυλίας καὶ τόλμης ἐπισκοτεῖται διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀκρισίαν.* De Timaeo dicit XII. 7: *ὑπὸ τῆς φιλονικίας ἐπισκοτούμενος — πάντων ἐπιλανθάνεται*, et de eodem XII. 15: *ὁ δὲ πᾶς ἐσκοτισμένος ὑπὸ τῆς ἰδίας πικρίας*, sic enim de Valesii coniectura edidit Bekkerus, sed pessime: neque enim

Digitized by Google

πᾶς pro ὅλος dici potest neque σκοτίζειν recte habet. Quod in Codice est ὁ δὲ παῖσ ἐσκοτισμένοσ duplici vitio laborat, quorum alterum acute sustulit Reiske emendans, ὁ δ' ἐπεσκοτισμένος, sed tu perficies emendationem scribendo, ὁ δ' ἐπεσκοτημένος. Non minus frequenter quam AI et Є confunduntur in libris H et IC. Reponendum igitur est ἐπισκοτηθεῖσα, quemadmodum in eadem re recte et emendate legitur III. 31. ἐν πολλοῖς ἐπισκοτεῖσθαι τὴν ἀλήθειαν, et eximio loco IX. 37: λελήθασιν αὐτοῖς (L. αὐτοὺς) ἐπισπασάμενοι τηλικοῦτο νέφος ἀπὸ τῆς ἑσπέρας (Romanos dicit), ὃ κατὰ μὲν τὸ παρὸν ἴσως πρώτοις ἐπισκοτήσει Μακεδόσι, κατὰ δὲ τὸ συνεχὲς πᾶσιν ἔσαι τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν αἴτιον. Vide quae de verbo ἐπισκοτεῖν annotarunt Wesseling. ad Diod. Sic. I. 76, et Schaefer. ad Dionys. Halic. *de Comp. Verb.* p. 148.

Polybius librum XI orditur his verbis: Ἴσως δέ τινες ἐπιζητοῦσι (recte Geelius ἐπιζητήσουσι) πῶς ἡμεῖς οὐ προγραφὰς ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ, καθάπερ οἱ πρὸ ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ προεκθέσεις καθ' ἑκάσην Ὀλυμπιάδα πεποιήκαμεν τῶν πράξεων. Expunge importunam copulam quae sententiam perturbat, οὐ προγραφὰς ἀλλὰ [καὶ] προεκθέσεις — πεποιήκαμεν. Si καί retinebis Polybius dixisse videbitur se *et* προγραφάς *et* προεκθέσεις dedisse, quod falsum est et ineptum. Προγραφαί sunt librorum *summaria*, qualia librorum Livii supersunt. Scribit Polybius in sqq. se primorum librorum προγραφάς scripsisse, quoniam illis προεκθέσεις minus conveniebant. Sed audi ipsum: τῆς γὰρ προεκθέσεως οὐ μόνον ἰσοδυναμούσης τῇ προγραφῇ ἀλλὰ καὶ πλεῖόν τι δυναμένης ἅμα δὲ καὶ χώραν ἐχούσης ἀσφαλεςέραν διὰ τὸ συμπεπλέχθαι τῇ πραγματείᾳ τούτῳ μᾶλλον ἐδοκιμάσαμεν χρῆσθαι τῷ μέρει παρ' ὅλην τὴν σύνταξιν πλὴν ἓξ τῶν πρώτων βιβλίων. ἐν ἐκείνοις (adde γὰρ) προγραφὰς ἐποιησάμεθα διὰ τὸ μὴ λίαν ἐναρμόζειν ἐν αὐταῖς τὸ τῶν προεκθέσεων γένος. In his pro πλὴν ἓξ Maius dederat πλὴν ἑ. Heyse ambigit utrum ς an ζ sit in Codice scriptum, "*quamquam de ipso numero suspicor librarium erravisse*," inquit. Idem ego suspicor et Polybium existimo scripsisse πλὴν ἑ (δέκα) τῶν πρώτων βιβλίων. Decem libris *summaria* addiderat, caeteris προεκθέσεις intexuit, itaque de ea re in libri XI prooemio admonuit. Ipsae Polybianae προγραφαί sine vestigio perierunt. Quam

Digitized by Google

facile fieri soleret ut summaria *libris praefixa* negligerentur et perirent, ipse paulo ante dixit: θεωρῶν δὲ διὰ πολλὰς αἰτίας καὶ τὰς τυχούσας ὀλιγωρούμενον καὶ φθειρόμενον τὸ τῶν προγραφῶν γένος, *propterea*, inquit, προεκθέσεις *ipsis libris intexere coepi: quae habent tutiorem sedem*: χώραν ἔχουσιν ἀσφαλεστέραν, inquit, διὰ τὸ συμπεπλέχθαι τῇ πραγματείᾳ. Praeterea docet Polybius antiquiores historicos libris suis προγραφάς sive *summaria* praemisisse, quod absque illo fuisset nemo umquam scivisset. Admoneo haec Livii causa potissimum, qui quum idem quod Polybius fecisset, factum est ut illae quidem Livianae προγραφαί aetatem ferrent sed alii cuivis potius quam ipsi Livio auctori tribuerentur. Videbatur, credo, ab ipsa historici persona et more alienum singulorum librorum *summaria* conficere. Veteres aliter sentiebant. Audi Polybium: ἐγὼ δὲ κρίνω χρήσιμον εἶναι τὸ τῶν προγραφῶν γένος. καὶ γὰρ εἰς ἐπίσασιν ἄγει τοὺς ἀναγινώσκειν θέλοντας καὶ συνεκκαλεῖται καὶ παρορμᾷ πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν τοὺς ἐντυγχάνοντας. πρὸς δὲ τούτοις πᾶν τὸ ζητούμενον ἑτοίμως ἔνεστιν εὑρεῖν διὰ τούτου (melius rescribes διὰ τούτων). In Liviano ingenti opere certe non minorem utilitatem afferebant quam in Polybii libris. Itaque Livius ipse lectoribus suis eandem praebuit facultatem et commoditatem, quam et alii multi antiquiores et Polybius olim suis parasset. Nihil in summariis Livianis inesse quod ab ipso Livio sic scribi non potuerit, omnes, credo, mihi concedent, et nisi haec idoneis argumentis infringentur posthac censeo ea quae nescio quis e Livio excerpsisse putabatur *ab ipso Livio scripta esse* pro certo habeamus.

Polybius non scripsit quod est XI. 24. a (apud Heyse p. 33, 19) τὸν μὲν γὰρ πρὸ τούτου χρόνον, sed προτοῦ, ut passim alibi, et paulo ante XI. 7 (p. 32, 32) κακῶς μὲν προτοῦ κακῶς δὲ τότε. Frequens in libris is error est et saepius alibi corrigendus. Duo exempla addam. Perperam editur XV. 7. πάντα τὰ πρὸ τούτου σεμνὰ καὶ καλὰ — ἀναιρήσεις, et XV. 16 τὸν πρὸ τούτου χρόνον ἀήττητος ὤν. Utrobique προτοῦ reponendum est. Eodem remedio utendum XI. 2. κατήσχυναν δὲ τὰς πρὸ τούτου πράξεις, et aliis locis.

Notandus est Polybii locus XII. 4. ubi in Ephori Codicibus scripturam vitiosam redarguit ex librarii socordia natam deque

Digitized by Google

ea re ita scribit ut nota et usitata et nil admirationis habente. Titubavit aliquid in his Heyse p. 34, 20 quum ederet, *φάσκων λέγειν αὐτὸν ὅτι Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος παρελάμβανε τὴν ἀρχὴν ἐτῶν εἴκοσι τριῶν ὑπάρχων, δυνασεῦσαι δὲ τετταράκοντα καὶ δύο, μεταλλάξαι δὲ τὸν βίον προσλαβόντα τοῖς ἑξήκοντα τρία.* In Codice est *προσλαβών*, quod mutatum non oportuit, namque *δυνασεύσαι* et *μεταλλάξαι* non sunt infinitivi, sed *optativi* modi. His igitur addit Polybius: *τοῦτο γὰρ οὐδεὶς ἂν εἴποι δήπου τοῦ συγγραφέως εἶναι τὸ διάπτωμα, τοῦ δὲ γραφέως ὁμολογουμένως*, ubi quum Heyse ex Codice afferat *οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν δήπου* facile intelligimus *εἴπειεν* verum esse, qua forma cum caeteris scriptoribus sequioris aevi crebro Polybius utitur.

Quum scriptura in Ephori Codicibus manifesto mendosa fuerit, videamus an Ephori manus restitui possit. Timaeus in suo libro reperit et derisit hanc lectionem: *Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος παρελάμβανε τὴν ἀρχὴν ἐτῶν εἴκοσι τριῶν ὑπάρχων, ἐδυνάσευσε δὲ τετταράκοντα καὶ δύο, μετήλλαξε δὲ τὸν βίον προσλαβὼν τοῖς ἑξήκοντα τρία.* Ephorus nescire non potuit neque quo anno aetatis Dionysius rerum potitus sit neque per quot annos imperium retinuerit. De utraque re etiamnunc constat inter omnes. Luculentum testimonium dicet Cicero, qui sine controversia Philistum auctorem secutus est, in Tusc. Quaestt. V. 20: *Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius, quum quinque et viginti annos natus dominatum occupavisset.* Conspirant fideliter cum Cicerone caeteri, ut demonstravit Clintonus in Fast. Hellen. ad annum 406 a. Chr. Itaque Ephorus pro *εἴκοσι τριῶν ὑπάρχων* dederat *εἴκοσι πέντε ὑπάρχων*, sed iam vivo Timaeo numerorum notae ΚΓ et ΚΕ confusae in libris fuerunt. Deinde pro *ἐδυνάσευσε δὲ τετταράκοντα καὶ δύο* perspicuum est eum non aliter quam sic scribere potuisse *τετταράκοντα δυοῖν δέοντα*, nempe *duodequadraginta* pro *duo et quadraginta* sine ulla controversia dederat. Ephorus enim ignorare non potuit quot annos Dionysius Syracusanorum tyrannus fuerit, quod sciebant omnes. Eodem modo scribit Helladius apud Photium a Clintono laudatus (*Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος*) *τῆς Σικελίας ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα δυοῖν ἀποδέοντα*. Reliqua nunc rec-

Digitized by Google

tissime se habent: μετήλλαξε δὲ τὸν βίον προσλαβὼν τοῖς ἑξήκοντα τρία. Diem obiit ἐπ' ἄρχοντος Ναυσιγένους ($\frac{3}{3}\frac{0}{0}\frac{8}{7}$ a. Chr.) δυνασεύσας ἔτη τριάκοντα καὶ ὀκτώ, teste Diodoro Siculo XV. 78. et rerum potitus est ἐπὶ Καλλίου ($\frac{4}{4}\frac{0}{0}\frac{8}{5}$ a. Chr.), eodem anno, quo Euripides fato functus est, ἅμα τῆς τύχης, ὡς Τίμαιος ἔφη, τὸν μιμητὴν ἐξαγούσης τῶν τραγικῶν παθῶν καὶ τὸν ἀγωνιςὴν ἐπεισαγούσης, ut est apud Plutarchum in Symposiacis VIII. 1.

Tralaticium mendum in Codice est p. 35, 9, διὰ τὸ τὴν Τροίαν ἀπὸ ἵππου δοκεῖν ἑαλωκέναι. Sitne ἀπό an ὑπό scribendum ex libris constitui non potest, quia stolidi scribae perpetuo has praepositiones inter se permiscent. Legendum est ὑφ' ἵππου. Elisiones enim suo arbitratu Graeculi explere solent, ut saepe notavimus.

Timaeus multum indignante Polybio ridiculam fabulam receperat in historiam, (τὸν Ἀλφειὸν) δύντα κατὰ γῆς τετρακισχιλίους σταδίους καὶ ὑπὸ τὸ Σικελικὸν ἐνεχθέντα πέλαγος ἀναδύειν ἐν ταῖς Συρακούσαις pag. 35, 32. Barbarum est ἀναδύειν. Graeci dicebant δύομαι, εἰσδύομαι, ἐκδύομαι, ἀναδύομαι, διαδύομαι, καταδύομαι, ὑποδύομαι aliaque, et in — δύω exeunt pauca quaedam *transitiva* ἐνδύω, ἀποδύω, ἐκδύω de *vestimentis*, quibus quem *induimus* vel *exuimus*, et καταδύω de *navibus*, quas in proelio *deprimebant*. Ἀναδύω autem nihil est nisi vitiosa et barbara forma. Quid igitur faciemus? Inserta una litterula scribendum ἀναδύνειν. Iones enim δύνω dicebant pro δύομαι, ἐνδύνω pro ἐνδύομαι, ἐκδύνω pro ἐκδύομαι et sic ἀναδύνω pro ἀναδύομαι. Sequiores omnes et in his Polybius formas Ionicas et Atticas promiscue usurpare coeperunt, et Polybius ἀναδύνειν dixit quemadmodum V. 47, dixerat: βαπτιζόμενοι καὶ καταδύνοντες ἐν τοῖς τέλμασιν ἄχρηστοι ἦσαν. Sic in Batrachomyom. vs. 89 legitur:

πολλάκι μὲν κατέδυνεν ἐφ' ὕδατι, πολλάκι δ' αὖτε
λακτίζων ἀνέδυνεν.

ubi ἐφ' ὕδατι mendosum est, quemadmodum et supra vs. 61:

σκιρτῆσαι κατὰ γῆν καὶ ἐφ' ὕδατι σῶμα καλύψαι.

utrobique repone ἐν ὕδατι. Ludicri carminis auctor dixit κατέδυνεν ἐν ὕδατι, ut Polybius καταδύνοντες ἐν τοῖς τέλμασιν.

Digitized by Google

Duplex mendum obsidet verba Polybii XII. 6. b. (p. 37, 13 Heys.): *οἱ Λοκροὶ μήτε ταῖς ἀραῖς ὄντες ἔνοχοι μήτε τοῖς ὅρκοις οἷς ὤμοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι — τῆς μὲν κατὰ τὸ κοινὸν ἐξαποστολῆς εὐκόλως οὐ μετέσχον, κατὰ δὲ μέρος τὰς ἐπανόδους ποιούμενοι καὶ σπανίως ἔδοσαν ἀναστροφὴν ταῖς γυναιξὶ πρὸς οἰκέτας γενέσθαι συνήθειαν ἢ πρὸς τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἄνδρας.* Quid sibi vult *εὐκόλως* in tali re? Qua tandem animi *lenitate* et *facilitate* Locrenses uti tum potuerunt, et quid omnino ea res ad Locrenses attinebat, si Lacedaemonii *ἐξαπέστελλον τοὺς ἀκμάζοντας εἰς τὴν πατρίδα τεκνοποιΐας χάριν*, ut paulo ante scripsit Polybius, qui diserte addidit, *οὔτε γὰρ κωλύειν τοὺς Λοκροὺς ἔμελλον (οἱ Λακεδαιμόνιοι) αὐτοὶ τὸ ὅμοιον ποιοῦντες, (ἄτοπον γάρ), οὔτε μὴν κελευόντων αὐτῶν οἱ Λοκροὶ πάντως ποιήσειν ἐκείνοις τὸ παραπλήσιον.* Quid sit pro *εὐκόλως* reponendum non difficulter ex Polybii disputatione colligitur. Polybius ultro fatetur nihil *certi* in ea re definiri posse et se *probabilia sequi*, quemadmodum appareat Aristotelem quoque et Timaeum *κατὰ τὸν εἰκότα λόγον πεποιῆσθαι τὴν ἐπιχείρησιν.* Ecce emicat Polybii manus: *τῆς μὲν κατὰ τὸ κοινὸν ἐξαποστολῆς εἰκότως οὐ μετέσχον*, id est *ὡς εἰκός, κατὰ τὸν εἰκότα λόγον. Probabile esse* scribit, quum Laecedaemonii iuventutem liberûm quaesendûm causa domum remitterent, Locrenses non fecisse idem, sed per vices singulos et raro suas repetiisse uxores. Reliqua quoque pars loci laborat. Excidit enim comparativus unde pendeat *ἢ πρὸς τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἄνδρας*, et *ἔδοσαν ἀναστροφὴν — συνήθειαν* non sunt inter se apta. Possis *συνήθειαν* in *συνηθεστέραν* refingere, idque Bekkerum voluisse suspicor, qui operarum errore *συνηθεστέρας*? apposuit. Sed sic nondum persanatus locus est, quia *ἔδοσαν ἀναστροφὴν γενέσθαι* pro *ἐποίησαν* vel *παρεσκεύασαν* non est Graeca oratio. Quaerant alii.

Dixerat Polybius se *probabilia tantum* sequi, quoniam *certi* nihil in ea re constitui poterat. Sine sensu nunc apud eum editur XII. 7: *ἀληθὲς μέντοι γε καὶ καθάπαξ διαστεῖλαι περί τινος οὐδὲν ἔστιν ἐν τούτοις.* Cur tandem quod probabile est in talibus et veri speciem habet *verum esse* non potest? Pro *ἀληθὲς — οὐδέν* loci sententia clamat *σαφὲς — οὐδέν* reponi oportere.

Digitized by Google

Timaei maledicentiam castigans Polybius XII. 12 b. huiusmodi quid dixerat: „ius esse scriptoribus in libris suis stultorum ineptias et absurda commenta et deliramenta quamvis libere reprehendere: sed qui ipsi sese ridicule et turpiter in talibus dedissent praeclare secum actum esse existimare oportere, si ipsi talem reprehensionem effugissent, nedum ultro alios maledictis insectari, quod Timaeus fecit." Huius sententiae prima pars periit et infeliciter admodum suppleta ab Heysio est in hunc modum: [ὅτι μὲν δεῖ τὴν φλυαρίαν] κατηγορεῖν καὶ διασύρειν τῶν ὀνειρωττόντων καὶ δαιμονώντων ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν. Pro διασύρειν ex Codice affertur θείασ εὑρεῖν, quod temere et inconsulto nescio quis in διασύρειν refinxit. Non est Graecum τὴν φλυαρίαν κατηγορεῖν τῶν ὀνειρωττόντων, sed sine articulo φλυαρίαν κατηγορεῖν τινος, quod est aliquem *stultum stolidumque esse dicere*, quemadmodum φλυαρίαν τινὸς καταγιγνώσκειν est aliquem *pro stulto stolidoque habere*, quo sensu utriusque verbi usus apud omnes frequens est admodum. Itaque coniungi non possunt τὴν φλυαρίαν τῶν ὀνειρωττόντων κατηγορεῖν καὶ διασύρειν, sed manifestum est alia omnia a Polybio scripta fuisse, quorum sententia quodammodo ἐκ τῶν συμφραζομένων colligi poterit, sed ipsa verba quis praestabit? Cuiusmodi autem ineptias et quae deliramenta Polybium in Callisthene et Timaeo exagitare putemus? Apparet, ut opinor, ex verbis τῶν ὀνειρωττόντων καὶ δαιμονώντων eum anilem superstitionem stolidamque credulitatem notare, ut solet Polybius bellum gerere cum omnibus, qui *prodigia* et *ostenta* et *monstra* et *portenta* in historias suas inepti reciperent. Eximius in eam rem Polybii locus est XVI. 12. ubi commemorato absurdo prodigio: τὸ τῆς Κινδυάδος Ἀρτέμιδος ἄγαλμα καίπερ ὂν ὑπαίθριον οὔτε νείφεται (scribe νίφεται) τὸ παράπαν οὔτε βρέχεται, ita pergit: ἐγὼ δὲ πρὸς τὰς τοιαύτας ἀποφάσεις τῶν ἱσοριογράφων οὐκ οἶδ' ὅπως παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν ἐναντιούμενος καὶ δυσανασχετῶν διατελῶ. δοκεῖ γάρ μοι τὰ τοιαῦτα παντάπασι παιδικῆς εἶναι τῆς ὅσα μὴ μόνον τῆς τῶν εὐλόγων ἐκτὸς πίπτει θεωρίας ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ δυνατοῦ, sed sapiens Polybii sententia mendosa et mutila est. Quod homines docti suspicati sunt excidisse ἀπειρίας vel τερατείας, nemo probabit. Equidem εὐηθείας intercidisse arbi-

Digitized by Google

tror, ut sit legendum *παντάπασι παιδικῆς εἶναι εὐηθείας ὅσα μὴ μόνον κτἑ.* Non satis sibi constat Polybius ubi continuo addit: *ὅσα μὲν οὖν συντείνει πρὸς τὸ διασώζειν τὴν τοῦ πλήθους εὐσέβειαν πρὸς τὸ θεῖον δοτέον ἐστὶ συγγνώμην ἐνίοις τῶν συγγραφέων τερατευομένοις καὶ λογοποιοῦσι περὶ τὰ τοιαῦτα, τὸ δ' ὑπεραῖρον οὐ συγχωρητέον*, quasi vero in his *τὸ ὑπεραῖρον* constitui ac definiri possit. Videtur hoc temperamentum Romanorum causa addidisse, de quibus dixerat VI. 56. *καί μοι δοκεῖ τὸ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὀνειδιζόμενον τοῦτο συνέχειν τὰ τῶν Ῥωμαίων πράγματα, λέγω δὲ τὴν δεισιδαιμονίαν.* De Timaei superstitione diserte Polybius scribit XII. 24 *ἐνυπνίων καὶ τεράτων καὶ μύθων ἀπιθάνων καὶ συλλήβδην δεισιδαιμονίας ἀγεννοῦς καὶ τερατείας γυναικώδους ἐστὶ πλήρης* (*ὁ Τίμαιος*). Callisthenem quoque superstitiosum fuisse perspicue intelligimus ex iis quae continuo sequuntur: *ἐκεῖνος γὰρ* (Timaeus) *κόλακα μὲν εἶναί φησι τὸν Καλλισθένην τοιαῦτα γράφοντα καὶ πλεῖστον ἀπέχειν φιλοσοφίας κόραξί τε προσέχοντα καὶ κορυβαντιώσαις γυναιξίν*, sed quae causa est cur qui *superstitiosus* sit *adulator* fuisse arguatur? Vitiosum esse arbitror *κόλακα* et Polybium ita scripsisse *βλᾶκα μὲν εἶναί φησι τὸν Καλλισθένην*, id est *εὐήθη καὶ ἠλίθιον*. Hoc demum cum caeteris optime quadrat. Timaeus *βλᾶκα* fuisse criminatur Callisthenem, quum ipse sit admodum superstitiosus. Hoc ipsum quum dixisset Polybius manus ipsius a librariis est depravata aut a Maio male lecta, qui haec edidit: *ὅσοι γε μὴν αὐτοὶ πολλὴν τῆς τοιαύτης ἐμπεποίηνται φλυαρίας τοὺς τοιούτους ἀγαπᾶν ἂν δέοι μὴ τυγχάνοντας κατηγορίας μηδέ τι καὶ τῶν ἄλλων αὐτοὺς κατατρέχειν, ὃ συμβέβηκε περὶ Τίμαιον.* Quid dicat Polybius manifestum est: manifestum est etiam eum non dixisse *ἐμπεποίηνται*. Lenissima correctione emendandum esse arbitror *πολλὴν τῆς τοιαύτης ἐμπεφόρηνται φλυαρίας*, quoniam verbo *ἐμφορεῖσθαι* non est aliud verbum rei accommodatius. Ἐμφορεῖσθαι enim, quod proprie significat *multo cibo* aut *potu replere sese* et *ingurgitare*, saepe figurate ponitur de eo qui aliqua re intemperanter et immodice abutitur et in ea re veluti helluatur. Exempla verbi *ἐμφορεῖσθαι* utroque sensu passim obvia sunt apud scriptores sequiores omnes. Quemadmodum temulentus homo dicitur

Digitized by Google

πολὺν τοῦ ἀκράτου ἐμπεφορημένος, sic superstitiosum historicus Timaeum πολλὴν τῆς τοιαύτης φλυαρίας ἐμπεφορῆσθαι a Polybio dictus est.

Superest in eodem loco aliud mendum: audimus Polybium ita dicentem: "qui ipsi anili superstitione laborant eos praeclare secum actum esse existimare oportet, si ipsi reprehensionem effugiunt, *nedum* ipsos ultro alios insectari." sed ultimum hoc quamquam est prorsus necessarium et ex tota sententiae conformatione sponte consequitur, in Graecis non inest, μηδέ τι καὶ τῶν ἄλλων αὐτοὺς κατατρέχειν. Dubitat Heyse utrum μηδ' ἔτι καί an μηδέ τι καί sit verius. Neutrum verum est, sed μήτι γε τῶν ἄλλων αὐτοὺς κατατρέχειν, nam sic Graece dici pro *nedum* notius est quam ut exemplis quisquam egeat.

Nolo premere suspicionem, quae mihi subnata est in verbis proximis: τὸν δὲ Φιλόσοφον αἰγίδα καὶ κεραυνὸν περιθέντα θνητῇ φύσει δικαίως αὐτὸν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τετευχέναι τούτων ὧν ἔτυχεν. Nihil esset in his verbis quod legentem impediret aut offenderet, nisi proxime praecederent haec: δικαίως αὐτὸν ὑπ' Ἀλεξάνδρου τετευχέναι τιμωρίας διεφθαρκότα τὴν ἐκείνου ψυχὴν καθόσον οἷός τ' ἦν. Unus et idem Timaei locus est, quem bis Polybius descripsit, sed sic ut prius Timaeum dicentem inducat Callisthenem *Alexandro* quem corruperat dedisse poenas, deinde eum *divinitus* poenas luisse. Possunt haec in concordiam redigi si unum vocabulum addideris. Callisthenes Alexandro αἰγίδα καὶ κεραυνὸν περιέθηκεν, id est uno verbo ἀπεθέωσεν Alexandrum. Hoc ipso verbo in re eadem utitur Polybius XII. 23. ἐκεῖνος (Callisthenes) μὲν οὖν ἀποθεοῦν Ἀλέξανδρον [οὐκ] ἐβουλήθη, Τίμαιος δὲ μείζω ποιεῖ Τιμολέοντα τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν, ubi delendum esse οὐκ et Suidas docet et sequentia demonstrant. Callisthenes igitur δικαίως ὑπὸ τοῦ (καινοῦ) δαιμονίου τέτευχε τούτων ὧν ἔτυχεν. Callisthenes ipse Alexandrum fecerat deum, atque ita ipse *novo* deo argute a Timaeo meritas poenas luisse dictus est. Huiusmodi dictum argutum et facetum a Timaei stilo alienum non est, sed ferri non posset si quis ipsi Polybio aliquid de genere hoc vellet affingere. In huius loci vicinia XII. 25 a. nescio quis pro Φιλοτιμότερον coniecit Φιλοτιμαιό-

Digitized by Google

τερον in his: ἵνα δὴ καὶ τοὺς φιλοτιμαιότερον διακειμένους μεταπείσωμεν, sed quicumque insitam Polybii animo gravitatem et tristitiam longo usu cognoverit Heysio assentietur *„facetius id argutiusque quam pro Polybii more confictum videri."* Polybius numquam ludit aut iocatur, et omnium minime ubi Timaeum asperrime insectatur, in qua re propter ingenii acrimoniam et acerbitatem subinde excedit modum. Dabo exemplum unum, in quo simul Polybii orationem vitio liberare potero. Audi quam acerbe haec dicat XII. 4 d. (Timaeus) τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ δι' ἑτέρων ἀκριβῶς τὴν ἀλήθειαν ἐξαρτίζειν ὡς οὐδὲ τούτων ὧν αὐτόπτης γέγονεν καὶ ἐφ' οἷς αὐτὸς ἥκει τόπους οὐδὲ περὶ τούτων οὐδὲν ὑγιὲς ἡμῖν ἐξηγεῖται. In his mendum inest facile deprehendendum et tollendum. Quid, quaeso, est ἀκριβῶς τὴν ἀλήθειαν ἐξαρτίζειν? Nihil prorsus. Maius ἀρτίζειν dederat, quod Bekkerus sine suspicione servavit, Heyse ἐξαρτίζειν sibi visus est videre. Si cogitasset absonum id esse et verum quaesivisset, non dubito quin ἐξετάζειν reperturus fuisset. Rectissime dici τὴν ἀλήθειαν ἐξετάζειν quis exempla requiret ut credat? De ipso Timaeo dixit Polybius XII. 26 d. ὥςε δοκεῖν — αὐτὸν μόνον ἐξητακέναι τὴν ἀκρίβειαν. Gravem hanc criminationem Polybius sic adstruit: τοῦτο δ' ἔςαι δῆλον ἐὰν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν δείξωμεν αὐτὸν ἀγνοοῦντα περὶ ὧν ἀποφαίνεται· σχεδὸν γὰρ οὐ πολλῶν ἔτι προσδεήσει λόγων ὑπέρ γε τῆς ψευδολογίας, ἐὰν ἐν οἷς ἔφυ καὶ ἐτράφη τόποις καὶ τούτων ἐν τοῖς ἐπιφανεςάτοις, ἐν τούτοις ἀγνοῶν εὑρεθῇ καὶ παραπαίων τῆς ἀληθείας. Mirificum quoddam et singulare exemplum inscitiae exspectes unde appareat Timaeum ne patriam quidem suam, ubi natus, ubi educatus sit, satis cognovisse, καὶ τούτων τοὺς ἐπιφανεςάτους τόπους, ut non opus sit pluribus ad demonstrandum huic homini nil prorsus in talibus credi posse. Exspectes errorem, qualem Zeno commisit in Nabidis expeditione describenda, a Polybio reprehensum XVI. 16. Audi quid Timaeus commiserit: Φησὶ τοιγαροῦν τὴν Ἀρέθουσαν κρήνην — ἔχειν τὰς πηγὰς ἐκ τοῦ κατὰ Πελοπόννησον — ποταμοῦ Ἀλφειοῦ· ἐκεῖνον γὰρ δύντα κατὰ γῆς — ἀναδύνειν ἐν ταῖς Συρακούσαις. Profecto melius hanc vetustam famam Timaeus contemsisset aut redarguisset, sed nihil, ut opinor,

Digitized by Google

prohibet quominus is, qui fabulam incaute admisit, in locorum descriptione unus omnium diligentissime fuerit versatus, et Polybius ob istiusmodi errorem numquam omnem Timaeo fidem abrogasset nisi cupiditas et ira, et fere dixerim odium Timaei gravissimum virum transversum egisset.

Quod in illo loco Polybius dixit: *ἐὰν — ἐν τούτοις ἀγνοῶν εὑρεθῇ καὶ παραπαίων τῆς ἀληθείας*, admonet me locorum quorumdam, ubi idem dicendi genus a scribis vitiatum est. Non est in Polybio magna elocutionis copia aut varietas: itaque eleganter scribendi facultatem et laudem semper deterens et extenuans solet subrustice *τὰ αὐτὰ διὰ τῶν αὐτῶν* significare, quamobrem eadem vocabula saepissime in eius oratione recurrunt. Saepe dicere solet *ἀγνοεῖν καὶ παραπαίειν*, saepe *παραπαίειν τοῦ εἰκότος, τοῦ συμφέροντος, τοῦ προσήκοντος*, et saepissime *τῆς ἀληθείας παραπαίειν*, veluti XVII. 14: *πολὺ παραπαίειν τῆς ἀληθείας*; X. 2: *παραπεπαικέναι τῆς ἀληθείας*; XV. 19: *εἴ τι παραπέπαικε τῆς ἀληθείας*. Itaque magnam veri speciem habet Schweighauseri suspicio XII. 12: *ὅταν δὲ ταύτης παραπέσῃ* (nempe *τῆς ἀληθείας*) reponentis *παραπαίσῃ*. Alio genere erroris III. 21 pro *ἵνα μὴ — παραπαίωσι τῆς ἀληθείας*, in plerisque libris est *παραπταίωσι*. Suspicor etiam XVIII. 19 pro *τοῖς δ' ὅλοις πράγμασιν ἀγνοεῖν ἔφη καὶ παραπίπτειν αὐτόν*, reponi *παραπαίειν* oportere, et XXIII. 12. scribendum esse *πολλοῖς ἐδόκει παραπαίειν* (pro *παραπίπτειν*) *τοῦ καθήκοντος*. similiterque VIII. 13: *πολύ τι παρέπαισε* (pro *παρέπεσε*) *τοῦ καθήκοντος*. Nempe *παραπαίειν τινός* dicitur eodem modo quo *ἁμαρτάνειν τινός*, sed *τινὸς παραπίπτειν* quomodo dici possit nullus video.

Philippus Messeniorum arcem per sacrificandi speciem ingressus de retinenda per vim arce cogitans ex Arato quaerit quid ei videatur VII. 11. (apud Heyse p. 26, 18). Cui ille: *εἰ μὲν χωρὶς τοῦ παρασπονδῆσαι Μεσσηνίους δύνῃ κρατεῖν τοῦ τόπου τούτου συμβουλεύω κρατεῖν· εἰ δὲ τοῦτον παραλαβὼν Φρουρᾷ πάσας ἀπολλύναι μέλλεις τὰς ἀκροπόλεις καὶ τὴν Φρουράν, ἣν παρέλαβες παρὰ Ἀντιγόνου, Φρουρούμενος τοὺς συμμάχους* (λέγων τὴν πίστιν), *σκόπει μὴ καὶ νῦν κρεῖττον ᾖ, τοὺς ἄνδρας ἐξαγαγόντα τὴν πίστιν αὐτοῦ καταλιπεῖν καὶ ταύτῃ Φρουρεῖν Μεσσηνίους*. In his duo verba a Maio male lecta

Digitized by Google

neque ab Heysio correcta sunt neque a Bekkero. Vitium tamen nullo negotio deprehenditur. Φρουρούμενος τοὺς συμμάχους barbarum est pro Φρουρῶν. Res tam nota est quam certa et in hoc ipso loco recte legitur καὶ ταύτῃ Φρουρεῖν Μεσσηνίους. Praeterea verborum compositio ἣν παρέλαβες παρ' Ἀντιγόνου, Φρουρούμενος τοὺς συμμάχους manifesto vitio laborat. Philippus enim quo tempore ab Antigono vitrico et tutore suo παρέλαβε τὴν Φρουράν, quam dicit Aratus, ipse dici non potuit Φρουρούμενος τοὺς συμμάχους. Quid multa? Pro Φρουρούμενος in Codice esse suspicor Φρουρουμένους et ἣ παρέλαβες pro ἣν παρέλαβες, namque nulla esse potest dubitatio quin Polybius scripserit: καὶ τὴν Φρουράν, ἣ παρέλαβες παρ' Ἀντιγόνου Φρουρουμένους τοὺς συμμάχους (λέγων τὴν πίστιν) κτέ.

Non desunt in Polybii Codicibus manifesta emblemata, olim in libri margine adscripta si quod vocabulum Graeculis minus notum aut rariore sensu positum esset, aut si quid in loci compositione vel sententia lectori explanandum aut dilatandum aut fulciendum esse videretur, quae omnia, ita uti fit, postea in ipsum textum irrepserunt. Alio loco complura de genere hoc ex Polybio colligam in unum, nunc defungar eo loco, qui legitur X. 19. Iuvenes quidam eximiae formae virginem ad Scipionem adduxerunt καὶ παραγήσαντες ἔφασκον αὐτῷ δωρεῖσθαι τὴν κόρην, Ὁ δὲ καταπλαγεὶς [καὶ θαυμάσας] τὸ κάλλος, ἰδιώτης μὲν ὢν οὐδεμίαν ἥδιον ἂν ἔφη δέξασθαι ταύτης τῆς δωρεᾶς, στρατηγὸς δ' ὑπάρχων οὐδ' ὁποίαν ἂν ἧττον. Interpolatori debentur verba καὶ θαύμασας et expungenda sunt. Καταπλαγείς apud Polybium est idem quod ὑπερθαυμάσας. Quomodo igitur acriori verbo verbum inertius addidisse Polybium credemus, qui omnino non solet ubi verbum unum sufficit alterum adiicere? Quod nunc circumfertur eiusdemmodi est ac si quis ὑπερθαυμάσας καὶ θαυμάσας τὸ κάλλος dicere voluisset.

Alterum manifestae interpolationis exemplum e Polybio subiungam. Populus Spartanorum dicitur VI. 10 reges contemnere non audere διὰ τὸν ἀπὸ τῶν γερόντων φόβον, οἳ [κατ' ἐκλογὴν] ἀριγίνδην κεκριμένοι πάντες ἔμελλον ἀεὶ τῷ δικαίῳ προσνέμειν ἑαυτούς. Sero natus Graeculus ad vetus adverbium ἀριγίνδην adscripsit κατ' ἐκλογήν. Veteres omnes dixerant ἀρι-

Digitized by Google

ςίνδην et πλουτίνδην αἱρεῖσθαι, ἐκλέγεσθαι, κρίνεσθαι, quum *optimus quisque* vel *ditissimus quisque* crearetur vel legeretur, quemadmodum ἀγχιςίνδην ponebatur pro *ut quisque est cognatus proximus*. Comicus nescio quis τὴν τῶν χορευτῶν γαςριμαργίαν deridens urbanissime et salsissime dixit eos legi Φαρυγγίνδην, vide Photium in v. Haec olim abierant omnia in desuetudinem quum sciolus ad Polybii ἀριςίνδην adscriberet suum κατ' ἐκλογήν.

Scipio igitur patrem virginis ad se vocari iubet καὶ δοὺς αὐτὴν ἐκ χειρὸς ἐκέλευε συνοικίζειν ᾧ ποτ' ἂν προαιρῆται τῶν πολιτῶν. Quid sibi vult ἐκ χειρός? Male legisse Maium suspicor et in Palimpsesto Codice exaratum fuisse id quod res et loquendi consuetudo postulat δοὺς αὐτὴν εἰς χεῖρας.

Notissimum est quam facile ΘΚ et ΘΙC permisceantur et ubi semel Maius et Heyse ἐκ se videre putarunt factum est ut non animadverterent χεῖρας, non χειρός, esse scriptum.

Male curatum est librorum vitium XII. 7 in his: κἂν ἐλάττων ᾖ (ὁ κανὼν) — μετέχῃ δὲ τῆς τοῦ κανόνος ἰδιότητος κανόνα φησὶν εἶναι —, ὅταν δὲ τῆς εὐθείας καὶ τῆς πρὸς ταύτην οἰκειότητος ἐγγίζῃ πάντα μᾶλλον δεῖν ἢ κανόνα καλεῖν. Viri docti satis esse opinati sunt negationem inserere: itaque alii (οὐκ) ἐγγίζῃ, alii (μὴ) ἐγγίζῃ ediderunt, sed prorsus ab loci sententia et rei, qua de agitur, natura abhorrere verbum ἐγγίζειν, unusquisque statim admonitus concedet. Ἐγγίζειν apud Polybium nonnumquam cum genitivo coniungi, quamquam et cum verbi natura et cum constanti reliquorum omnium usu ea res pugnat, nunc quidem concedamus, sed si ulla alia in re, in hac certe satis non est ad rectum *prope accedere*. Quid multa? Quid sententia postulet manifestum est omnibus: superest ut quaeramus quomodo hoc Polybius dixerit. Equidem eum simpliciter, ut solet, dixisse suspicor: ὅταν δὲ τῆς εὐθείας καὶ τῆς πρὸς ταύτην οἰκειότητος ὑςερίζῃ. Est enim ὑςερίζειν τινός nihil aliud quam ἐςερῆσθαι, aliqua re *destitutum esse*, quod ipsum locus postulat.

Pergit Polybius Timaeum acriter perstringere et post multa XII. 25 haec addit: ἴσως δ' οὖν ἄν τις ἐπαπορήσειε πῶς τοιοῦτος ὢν οἷον ἡμεῖς ὑποδείκνυμεν τοιαύτης παρ' ἐνίοις ἀποδοχῆς τέτευχε καὶ πίςεως. Emendandum est τοσαύτης pro τοιαύτης.

Digitized by Google

Leve hoc est neque omnino attigissem nisi is locus egregiam opem ferre posset alteri loco pessime mulcato XII. 10 ubi editur: *καίτοι διότι τοῦτ' ἴδιόν ἐστι Τιμαίου καὶ ταύτῃ παρημίλληται τοὺς ἄλλους συγγραφέας καὶ καθόλου τῇδέ πῃ τῆς ἀποδοχῆς, δοκῶ, πάντες γιγνώσκομεν.* Impedita haec esse vides ac mutila. Omnia habebunt optime in hunc modum restituta: *καὶ καθόλου τοσαύτης τέτευχεν ἀποδοχῆς, δοκῶ, πάντες γιγνώσκομεν.*

In iis quae post pauca sequuntur XII. 25 d. (apud Heyse p. 41, 9) quum in Codice haec appareant: *ε..... μαι... καταψεύδεσθαι* Polybii manum hanc esse suspicor: *ἐὰν μὴ τολμᾷ τις καταψεύδεσθαι τοῦ ἐπιτηδεύματος*, ubi *καταψεύδεσθαι τοῦ ἐπιτηδεύματος* est medicum se esse mentiri et quum medicae artis ignarus sis et expers tamen te medicum profiteri.

Sequitur post pauca proverbialis locutio: *εἰσὶ γὰρ ἀληθῶς ὅμοιοι τοῖς ἐκ βίβλου κυβερνῶσιν.* In Codice est *βύβλου* pervulgato errore: sed ne *βίβλου* quidem sanum est; scribendum *τοῖς ἐκ βιβλίου κυβερνῶσιν*, quemadmodum dicitur *ἐκ βιβλίου στρατηγεῖν, στρατηγὸς ἐκ βιβλίου*, et similia. De grandi opere multis libris composito *αἱ βίβλοι* dici consuevit et sic saepius Polybius suas *βίβλους* nominat, sed in iocoso proverbio *βιβλίον*, non *βίβλος*, dicendum est.

Continuo sequuntur haec: *ἀλλ' ὅμως οὗτοι μετὰ φαντασίας ἐπιπορευόμενοι τὰς πόλεις ἐπειδὰν ἀθροίσωσι τοὺς λόγους ἐπ' ὀνόματος τοὺς ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων ἀληθινὴν πεῖραν δεδωκότας αὐτῶν εἰς τὴν ἐσχάτην ἄγουσιν ἀπορίαν καὶ καταφρόνησιν παρὰ τοῖς ἀκούουσιν τῆς τοῦ λόγου πιθανότητος καταγωνιζομένης πολλάκις τὴν ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων δοκιμασίαν.* In his reliqua omnia plana sunt et perspicua, sed nihil sani extundi potest e verbis *ἐπειδὰν ἀθροίσωσι τοὺς λόγους ἐπ' ὀνόματος.* Heyse opinatus est *ἀθροίζειν τοὺς λόγους ἐπ' ὀνόματος* esse *"nobilium auctorum orationes omnes, omniaque clarissima dicta cumulare,"* quod neque in Graecis verbis inest neque rei accommodatum est. Contra rem acu tetigit is qui in Didotiana editione pro *τοὺς λόγους* reposuit *τοὺς ὄχλους.* Dubneri hanc optimam esse emendationem suspicor, qua recepta una tantum difficultas superest in *ἐπ' ὀνόματος.* Luchtius *ἐπὶ βήματος* con-

Digitized by Google

iecit, sed ἐπὶ τοῦ βήματος Graecum est et ea verba a Polybii loco alienissima sunt. Excidit post τοὺς ὄχλους una syllaba, quam si revocaveris locus clara luce splendebit. Polybius ita dixerat: ἐπειδὰν ἀθροίσωσι τοὺς ὄχλους, (τοὺς) ἐπ' ὀνόματος, τοὺς ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων κτέ. Efficiunt isti (inquit) sua facundia ut medici *nobiles*, qui saepe praeclara experimenta sui dedissent, apud vulgus hominum in contemtum adducantur. Notum est τοὺς ἐπ' ὀνόματος et τοὺς ἐν ὀνόματι apud Polybium et alios dici *nobiles* et *claros* viros. Fieri potest ut vera lectio τοὺς ὄχλους τοὺς in Codice scripta sit, sed Maii oculos fugerit.

Pessimis modis mulcata sunt quae e palimpsesto Maius protulit XII. 25 d. et multa etiam post Heysii secundas curas impedita sunt et aegra. Insectatur Polybius et alios historicos et Timaeum, qui nil nisi ex antiquiorum libris historiae scribendae materiam in summo otio colligebant et sic sese bonos historicos esse opinabantur, quum contra, Polybio iudice, praecipuis scribendi praesidiis prorsus essent destituti, quoniam neque locorum naturam oculis suis inspexerant neque ipsi in rebus domi militiaeque gerendis versati exercitatique erant. Itaque προσφέρονται πρὸς τὴν ἐπιβολὴν οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν γραφόντων ἁπλῶς δίκαιον οὐδὲν πλὴν εὐχέρειαν καὶ τόλμαν καὶ ῥᾳδιουργίαν. Non potuit acerbius quam sic eos castigare: pergit autem: παραπλήσιον τοῖς φαρμακοπώλαις δοξοκοποῦντες καὶ πρὸς χάριν βλέποντες ἀεὶ τὰ πρὸς τοὺς καιροὺς ἕνεκα τοῦ πορίζειν τὸν βίον διὰ τούτων. Modum omnem in his excedere videtur: quis enim credat fuisse olim historicos illis conviciis dignos, aut fuisse qui palpando et adulando in historia conscribenda ex ea re *victum sibi quaesiverint?* In dictione nonnulla mihi suspicionem movent: πρὸς χάριν λέγειν quid sit scio, sed βλέπειν πρὸς χάριν inauditum est mihi neque quid sit exputo. Sic etiam βίον πορίζειν novi, sed τὸν βίον πορίζειν neque novi neque intelligo. Videant alii ecquid remedii excogitent. Quod autem dixit δίκαιον οὐδὲν πλὴν εὐχέρειαν καὶ τόλμαν καὶ ῥᾳδιουργίαν, ipsius Polybii negligentiae tribuerim qui, ut et alias parum dictionem curare solet, πλήν posuit quum ἀλλά deberet. Deinde Timaeum nominatim reprehensurus, qui quum plurima legisset

Digitized by Google

sibi videbatur ad historiam scribendam satis esse paratus, haec praemittit: ἔνιοι δὲ καθάπερ οἱ λογικοὶ τῶν ἰατρῶν ἐνδιατρίψαντες ταῖς βιβλιοθήκαις καὶ καθόλου τὴν ἐκ τῶν ὑπομνημάτων περιποιησάμενοι πολυπειρίαν πείθουσιν αὐτοὺς ὡς ὄντες ἱκανοὶ πρὸς τὴν ὅλην ἐπιβολήν, neque hoc tantum, sed etiam τοῖς ἐκτὸς ἀρκούντως δοκοῦσι προσφέρεσθαι. Hucusque omnia recte procedunt, sed quae continuo sequuntur misere corrupta et perturbata sunt. Maius extricavit: εἰ μη..... μενος ὡς ἐμοὶ δοκεῖ πρὸς τὴν ... ἱστορίαν. Heyse de suo supplevit εἰ [νὴ μὰ Δία εὑρίσκονται ἓν μόνον παρέχοντες] μέρος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, πρὸς τὴν [πραγματικὴν] ἱστορίαν. Quae supplevit, ut vides, neque bene Graeca sunt, neque sententiam loci sat commode sarciunt. Ex iis quae statim subiiciuntur intelligimus Polybium huiusmodi quid dicere debuisse: [ἓν μόνον ἐκ τῶν τριῶν προσφερόμενοι] μέρος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, πρὸς τὴν πραγματικὴν ἱστορίαν. Tres partes posuerat: rerum gestarum investigationem sive ex libris sive alio modo collectam, locorum inspectionem, rerum usum. Timaeus per annos quinquaginta Athenis in summo otio libris impalluerat, neque locorum naturam contemplatus umquam neque in rebus gerendis versatus. Itaque de tribus partibus unam tantum ad historiam scribendam adhibuerat eoque nomine a Polybio ut tantae rei impar reprehenditur. Namque, ut ipse statim pergit dicere, τὸ ὑποπτεῦσαι τὰ τῶν προγεγονότων ὑπομνήματα πρὸς [μὲν τὸ γνῶναι] τὰς τῶν ἀρχαίων διαλήψεις — εὔχρηστόν ἐστιν: in his manifesto mendosum est ὑποπτεῦσαι, quod et Maius et Heyse e palimpsesto sine ulla dubitatione protulerunt. Quis locus est in tali re verbo ὑποπτεύειν? Requiritur: „Veterum libros *legere* (aut aliquid huiusmodi) utile est." Frustra quaero quid in hanc sententiam ex ὑποπτεῦσαι exsculpi possit. Quaerant acutiores. In ultima parte loci recte correxit Maius: εἴ τις — ἱκανὸς (pro ἱκανῶς) οἴοιτο ζωγράφος εἶναι, quem Heyse nunc quidem sequi debuerat.

Male legerunt Codicem Maius et Heyse p. 43, 4, τὴν περὶ Λεῦκτρα μάχην — ἕνεκα (Maius, ἕνηκα Heyse) μετήλλαξε τὸν βίον Ἐπαμεινώνδας. Verum vidit Bekkerus ἐν ᾗ καὶ μετήλλαξε.

In iis quae continuo sequuntur ἐάν τις θεωρῇ τὰς ἐκτάξεις καὶ μετατάξεις — γελοῖος φαίνεται, lege transpositis litteris

Digitized by Google

φανεῖται, quod res ipsa et constans loquendi usus requirit. Idem vitium manifestum tenetur p. 50, 14 in his: τὴν δ' αἰτίαν τῆς ἁμαρτίας ἐροῦμεν, ἥτις οὐκ ἔνδοξος μὲν φαίνεται τοῖς πλείστοις, ἀληθινωτάτη δ' εὑρεθήσεται τῶν Τιμαίου κατηγορημάτων. Luce clarius est Polybium dedisse φανεῖται pro φαίνεται. Sed quid est οὐκ ἔνδοξος? Potestne causa, quam Polybius redditurus sit, *gloriam* aliquam habere aut non habere? Absurdum id quidem est. *Speciem* habere potest et *veri similitudinem* ac *probabilitatem*, aut non habere. Quid aliud in tali re cogitari dicique potest quam: ἥτις παράδοξος μὲν φανεῖται, ἀληθινωτάτη δ' εὑρεθήσεται?

Ipsius Polybii in scribendo negligentiam frustra conatus est corrigendo tollere Heyse p. 43, 25: εἰ γὰρ ἐκ τῆς ἱστορίας ἐξέλῃ τις τὸ δυνάμενον ὠφελεῖν ἡμᾶς, τὸ λοιπὸν αὐτῆς ἄζηλον καὶ ἀνωφελὲς γίνεται παντελῶς. Ad haec Heyse: „*Scilicet ubi* utilia *tolluntur, reliqua sunt* inutilia. *At dixeris futilia, vilia, ἀφελές.*" Ἀφελές nihil minus significat quam *futile*. Poterat Polybius dixisse οὐδενὸς ἄξιον, σπουδῆς οὐκ ἄξιον, εὐκαταφρόνητον, aut aliquid huiuscemodi, sed ut est in scribendo rudis et rusticanus dedit id quod acutioribus risum moveat. Sic et alia subinde dixit quae quis iure reprehendat, ut paulo ante vidimus δίκαιον οὐδὲν πλὴν εὐχέρειαν καὶ τόλμαν, et supra pag. 32, 21: τῆς προεκθέσεως οὐ μόνον ἰσοδυναμούσης τῇ προγραφῇ ἀλλὰ καὶ πλεῖόν τι δυναμένης, illa coniungens, ut vides, quae ex rei natura coniuncta esse non possunt. At vel sic tamen re iterum expensa dubito Polybio quamvis negligenter scribenti imputare perineptum illud: ἐάν τις ἐξέλῃ τὸ δυνάμενον ὠφελεῖν τὸ λοιπὸν ἀνωφελὲς γίγνεται, praesertim quum Maii testimonio standum sit toties in manifesto errore deprensi. Quid si pro δυνάμενον ὠφελεῖν dedit Polybius δυνάμενον νουθετεῖν ἡμᾶς? Verissime sic et rectissime, ut opinor, dixisset.

Felicissimam Geelii emendationem male sprevit Bekkerus XII. 25. 1. ubi Timaeus esse dicitur παραπλήσιος τοῖς ζωγράφοις τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνα....γμένων θυλάκων ποιουμένοις τὰς ἀπογραφάς. Maius temere explevit ἀνα(μεμι)γμένων, sine sensu. Rem acu tetigit Geelius ἀνα(σεσα)γμένων reponens. Heyse -αγμένων vidit pellucere.

Digitized by Google

Veterem formam Graeculi corruperunt p. 44, 19, τέτραφε τέκνα καὶ μετὰ γυναικὸς ἔζηκε. Veteres constanter dixerunt τέτροφα quemadmodum ἔσροφα, κατέσροφα, sive ea forma esset verbi τρέφω, sive in compositis verbi τρέπω praesertim in ἀνατρέπω ἀνατέτροφα. Sequiores Graeculi coeperunt τέτραφα et ἀνατέτραφα dicere, quas formas, credo, elicuerunt ex passivis τέθραμμαι et τέτραμμαι, ἀνατέτραμμαι. Hinc scribae antiquas lectiones sollicitant et formis vetustis novicias substituunt. Apud Demosthenem *de Corona* p. 324, 27 Dindorfius perperam ἀνατετραφότες recepit, et aliquoties apud Aeschinem et Dinarchum idem error deprehenditur, sed error est, cui nusquam parcendum. Polybius quoque τέτροφε τέκνα scripserat. Non simplici errore legitur in Codice p. 65, 8: οὐ μόνον σφᾶς ἀπολωλεκότας ἀλλὰ καὶ βίον καὶ τεκνα καὶ πόλεις ἄρδην κατεσραφότας, ubi Heyse κατεσροφότας correxit. Sed non est hoc satis: requiritur ἀνατρέπειν scribendumque est ἀνατετροφότας, ut apud Aeschinem *in Ctesiphont.* § 149: τὸν τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν πόλιν ἄρδην ἀνατετροφότα, similiterque in eadem re apud alios.

Expunge molestam litterulam p. 46, 12, ὅτι τοὺς περὶ διαλύσεως γενέσθαι λόγους αἴτιοι καθεσήκασι, perspicuum est scribi oportere τοῦ pro τοὺς. Sine articulo dicitur ποιεῖσθαι λόγους pro *agere*, et sic ἐγένοντο λόγοι pro *actum est* de pace, de foedere, περὶ εἰρήνης, περὶ διαλλαγῆς sive περὶ διαλύσεως, similiaque.

Deinde reliqua in hunc modum constituenda videntur: τρίτον ὅτι προνοηθεῖεν τοῦ μὴ βουλεύεσθαι τὰ (πλήθη περὶ τῶν δι)αλύσεων ἀλλὰ (τοὺς προεσῶ)τας τῶν πολι(τῶν τοὺς) σαφῶς εἰδότας τίνα διαφορὰν ἔχει ὁ πόλεμος τῆς εἰρήνης, et post pauca: λοιπὸν (ἀξιοῖ) αὐτοὺς ἐπισήσαντας μαθεῖν ἡλίκην ὁ πόλεμος διαφορὰν ἔχει τῆς εἰρήνης. Recte in his supplevit Heyse (πλήθη περὶ τῶν δι) et (τοὺς προεσῶ), sed male idem credidit suppleri posse τοὺς προεσῶτας τῶν πολι(τευμάτων) σαφῶς εἰδότας. Potest quis προεσάναι τῆς πόλεως, τῶν πολιτῶν et τῆς πολιτείας, sed τῶν πολιτευμάτων non item. Deinde contra loci sententiam dedit λοιπὸν οἴεται αὐτοὺς ἐπισήσαντας μαθεῖν: non enim *putabat* hoc Hermocrates, sed *iubebat* eos qui in consilio essent diligenter hoc animadvertere, et ob id ipsum

Digitized by Google

a Polybio Timaeus reprehenditur quod Hermocratem pugnantia secum induxit dicentem.

Creditur Polybius dixisse p. 55, 17, ὡς μετάθετός ἐστιν ἡ τύχη καὶ παρὰ μικρὸν εἰς ἑκάτερα ποιεῖ μεγάλας ῥοπάς, sed mihi non videtur id credibile. Excidisse syllabam arbitror et sic corrigi oportere: ὡς εὐμετάθετος ἡ τύχη, sic demum dicet quod voluit, *variam* et *instabilem* esse fortunam.

Turpem errorem intactum reliquerunt praeter Maium Heyse et Bekkerus XV. 21 (apud Heyse p. 57, 26): οἱ ἄνθρωποι — πρόσεισι πρὸς τὸ δέλεαρ ἀνεπισάτως σαφῶς εἰδότες κτέ. Est enim πρόσεισιν apud Polybium idem quod προσέρχεται, et requiritur, credo, pluralis numerus προσίασιν.

Metri vestigia apparent in his p. 58, 14: καὶ τοῦτο ἔπραξε τῶν ἀδίκων ἔργων, ὡς ἡ παροιμία φησί, δικαιότατα. Poëta dixerat:

ἔπραξε
τῶν ἀδίκων ἔργων τοῦτο δικαιότατα.

ubi videndum an non δικαιότατον sit verius. Non dubitabis autem quin sit verissimum ubi comparaveris alium Polybii locum IV. 18: οἱ δ' Αἰτωλοὶ διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ταχέως ἐγκρατεῖς γενόμενοι τῆς πόλεως τῶν ἀδίκων ἔργων ἓν τοῦτ' ἔπραξαν δικαιότατον.

Philippus reportata victoria ad Chaeroneam pag. 63, 3, τοσοῦτον ἐπέσχε τοῦ χρήσασθαι τῷ καιρῷ πρὸς τὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν βλάβην ὥστε τοὺς μὲν τεθνεῶτας τῶν Ἀθηναίων κελεύσας θάψαι, τοὺς δ' αἰχμαλώτους χωρὶς λύτρων προσαμφιέσας ἐξαπέστειλε τοῖς ἀναγκαίοις. Non vult Heyse sollicitari ἐπέσχε „quod valde bonum est," sed ἀπέσχε non tantum valde bonum est sed etiam plane necessarium et unice verum, quemadmodum et alio Polybii loco XXXII. 14 ubi editur τοσοῦτον ἀπέσχετο τοῦ κομίσασθαι ὧν πρότερον ἐδωρήσατο ὥστε καὶ ταῦτα ἀπέδωκεν. Non offendit Heysium ἀπέσχετο, sed Bekkerum summo iure offendit, qui resectis litterulis male repetitis emendavit, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ κομίσασθαι. Praeterea κελεύσας in ἐκέλευσε refingendum est, quae res Heysium non fefellit. Si retinebis participium Polybius narrabit Philippum interfectos in proelio quoque remisisse ad suos, nam sic τοὺς τεθνεῶτας non minus quam τοὺς αἰχμαλώτους a verbo ἐξα-

Digitized by Google

πέφειλε pendebit. Denique inserenda copula est et sic legendum: χωρὶς λύτρων καὶ προσαμφιέσας.

Praepositio elapsa est p. 64, 30: τὸν τίχον τοῦτον εἰπών· νήπιος ὃς πατέρα κτείνας υἱοὺς καταλείπει.

emenda ἐπειπών, ut in ea re dicere solent omnes.

Mirifice legitur p. 66, 26: ἀλλά μοι δοκοῦσι μεγαλείως ἀγνοεῖν οἱ ταῦτα πράττοντες. Μεγάλειος enim et μεγαλείως cum admiratione dicuntur in re praeclara et egregia, et risum movet μεγαλείως ἀγνοεῖν ut *magnifice* errare. Polybius μεγάλως dederat, ut solet. Μεγάλως et μεγαλείως iterum confusa sunt III. 87 in μεγαλείως (μεγάλως) ἐχάρησαν, et graviore etiam errore V. 27. ὅτι νομιοῦσι μεγαλείως παρολιγωρεῖσθαι, nisi forte putamus aliquem *magnifice* negligi et contemni posse.

Pag. 67, 19 pro ἐπακουστέον ἑτοίμους — πᾶσι τοῖς παραγγελλομένοις reponendum est ὑπακουστέον ἑτοίμως.

Irrepsit emblema p. 68, 1 in αὐτόθεν [εὐθέως], namque lubenter Polybius ponit αὐτόθεν pro εὐθέως, quod scioli non uno loco apposuerunt de suo.

Ibid. vs. 12 scribe δοκῶ μέν pro δοκῶμεν.

Ibid. p. 68, 21 pro φήμη δέ τις ἐνέτρεχεν emendandum est διέτρεχεν, quod verbum in ea re proprium est.

Ut passim alibi confusa sunt ἀπό et ὑπό p. 69, 30 ὥστε — μᾶλλον ἀπὸ τοῦ πλήθους ἢ τοῦ Κλειτομάχου καταγωνισθῆναι τὸν Ἀριστόνικον. Certissimum est ὑπὸ τοῦ πλήθους Polybium scripsisse.

Frequenti et trito errore legitur p. 70, 31, ἀναλαβόντα μὲν τὰ χρήματα, τὴν δὲ βασιλείαν προϊέμενον, imo vero προέμενον.

Vitiose editur p. 73, 12: ὁ μὲν γὰρ Εὐμένης πᾶσαν ἐλπίδα προὔτεινε καὶ πᾶν γένος δελέατος ὑπερῆπτε πεπεισμένος θηρεύσειν τὸν Περσέα ταῖς ἐπαγγελίαις. Pro ὑπερῆπτε Maius ὑπερήτει edidit, Bekkerus ὑπηρέτει supposuit, Heyse e Codice ὑπερῆπτε restituit; sed neque ὑπηρετεῖν neque ὑπεράπτειν in ea re locum habet. Suspicor dedisse Polybium et in Codice scriptum esse ὑπερρίπτει. Optime enim dicitur δέλεάρ τινι ὑπορριπτεῖν, *obiicere* alicui escam, pro *ostentare*, προτείνειν, προσείειν, προβάλλειν vel παραβάλλειν.

Non memini me vidisse infeliciorem coniecturam qu[e]

Digitized by Google

quae Heysio excidit p. 74, 28: τοῦ γὰρ εἰς μέσον ἐμεῖν ταῦτα κύριος ὑπῆρχεν αὐτός. Abiicit verissimum ἐνεγκεῖν, quod sibi venerat in mentem, et admisit in textum ἐμεῖν opinatus Polybium "*continuare metaphoram* τοῦ καταπιεῖν." Sed καταπιεῖν quis proprie dicitur τὸ δέλεαρ, ut paulo ante recte dicitur καταπιεῖν ἐᾶσαι Εὐμένη τὸ δέλεαρ, et iocose supra, ubi dixerat Eumenem Perseo omne genus escae ostentasse, addidit καταπιεῖν δὲ τῶν λεγομένων οὐδὲν οἷος ἦν ἐπὶ τοσοῦτον ὥςε καὶ προθέσθαι (imo vero προέσθαι) τι τῶν αὐτοῦ. Praeterea verbo καταπίνειν oppositum est non ἐμεῖν, sed ἐξεμεῖν.

Sine sensu editur p. 79, 13: ὅσῳ δὲ μεῖζον δεῖ πολίτην ἰδιώτου φρονεῖν, namque nihil inter πολίτην et ἰδιώτην interest. Nihil aliud a Polybio profectum esse potest quam μεῖζον δεῖ ΠΟΛΙΝ ἰδιώτου φρονεῖν, *civitatem* maiores spiritus gerere dixit oportere quam *privatum*.

Editur p. 79, 32: Λυκίσκος κάκιστος ὢν καλῶς κατέςρεψε τὸν βίον, ὥςε τοὺς πλείστους εἰκότως ὀνειδίζειν τῇ τύχῃ διότι τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἄθλον, τὴν εὐθανασίαν, τοῖς χειρίστοις ἐνίοτε περιτίθησιν. Absurde Maius ediderat ἀθανασίαν pro εὐθανασίαν, sed excidit articulus prorsus necessarius διότι (τὸ) τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἄθλον.

Non dixit Polybius quod editur p. 81, 15: εἰ μή τις — βούλεται θεωρεῖν ἐγρηγορότως ἐνύπνια, sed ἐγρηγορώς.

Barbarum est quod p. 82, 14 legitur, τὸν ἐπικεκρεμαμένον Φόβον, pro ἐπικρεμάμενον.

Non credo sanum esse quod vulgatur p. 84, 4: πάρεςι γάρ τις ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν ἀεροπετὴς Φίλιππος. Non est enim Graecis usitatum eum quem *de coelo delapsum* velint dicere ἀεροπετῆ appellare, sed aut διοπετῆ aut οὐρανοπετῆ. Suspicor Polybium scripsisse οὐρανοπετὴς Φίλιππος, et in Codice noto compendio ὀῡνοπετὴς scriptum esse, ut passim ὀῡνός, ὀῡνιος, μεσοῡνεῖν, cett. pro οὐρανός, οὐράνιος, μεσουρανεῖν, et alia.

Quod continuo sequitur p. 84, 7: ὀκτωκαίδεκα γεγονὼς ἐτῶν non est Graecum, sed ἔτη. Ex ipsa enim natura sequitur id quod omnium perpetuo usu confirmatur, ut dicatur εἶναι et γενέσθαι ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα, sed γεγονέναι ἔτη, ut Latine esse *annorum* octodecim, sed natum esse *annos* octodecim.

Dici non potest οὐδεμία γὰρ οὔτε πιθανότης οὔτε εὔλογον

Digitized by Google

προὐφαίνετο, quod editur p. 84, 17, sed dicendum est οὔτ' εὐλογία, idque Polybio reddendum.

Locum inter se mutarunt duae praepositiones, quae saepe confunduntur ЄK et ЄIC p. 85, 15 in his: τῶν μὲν τοῦ Καλλικράτους εἰκόνων εἰσφερομένων κατὰ τὸ σκότος, τῶν δὲ τοῦ Λυκόρτα κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκφερομένων εἰς τὸ φῶς, nam contra accidit: Callicratis statuae ἐξεφέροντο et *removebantur*, Lycortae εἰσεφέροντο εἰς τὸ φῶς, et ubi olim steterant *reponebantur*.

Iterum in praepositione peccatum est p. 86, 5. (XXXVII. 4) in his: ἐπιτιμῶν τοῖς τὴν τύχην καὶ τὴν εἱμαρμένην ἐγγράφουσιν ἐπί τε τὰς κοινὰς πράξεις καὶ τὰς κατ' ἰδίαν περιπετείας, non est enim verbo ἐγγράφειν in tali re locus et manifesto requiritur ἐπιγράφουσιν pro ἐγγράφουσιν. Noto et frequenti usu ἐπιγράφειν τινὰ εἴς τι vel ἐπί τι, quod proprie significat alicuius nomen *inscribere* donario, spoliis, monumento, aut in templi fastigio ad memoriam eius conservandam, figurate ponitur pro *referre aliquid ad aliquem* auctorem et omnino alicui *tribuere* aliquid. Ἐγγράφειν est *referre in tabulas* aut *in commentarios*, veluti ἐγγράφειν εἰς κατάλογον, εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, unde παρέγγραπτοι appellati sunt. Figurate omnes utebantur verbo ἐπιγράφειν, ἐπιγράφεσθαι et nomine ἐπιγραφή in λαβεῖν τὴν ἐπιγραφήν, et ἐπίγραμμα et ἐπιγράμματος τυχεῖν, similiaque. Itaque qui res gestas Fortunae aut Fato tribuunt, ut poëta qui dixit:

τύχη τὰ θνητῶν πράγματ' οὐκ εὐβουλία.
vitam regit fortuna, non sapientia,

dicuntur τὴν τύχην ἢ τὴν εἱμαρμένην ἐπὶ τὰς πράξεις ἐπιγράφειν, non ἐγγράφειν. Is cui res gestae tribuuntur saepe ἐπιγράφεσθαι dicitur aut λαμβάνειν τῶν πεπραγμένων τὴν ἐπιγραφήν, quemadmodum saepe Polybius loquitur, veluti I. 31, XI. 7 aliisque locis.

Non est ferendum quod in Codice est p. 86, 31: τῶν ἀνθρώπων βουλομένων μήτε γαμεῖν μήτε ἂν γήμωσι τὰ γεινόμενα τέκνα τρέφειν, et p. 87, 9: ἵνα τρέφηται τὰ γεινόμενα. Pro γίγνομαι in vetustis libris ΓЄINOMAI (id est γίνομαι prima producta) exarari solebat, ut ΓЄINΩCKΩ pro γιγνώσκω. Emendata scriptura est τὰ γιγνόμενα.

Digitized by Google

Foeda barbaries inquinat locum p. 88, 16: δοκοῦντος μεγίσου πάθους γεγονέναι — οὐκ ἔλαττον ἄν τις θήσαιτο quantocyus restitue ἄν τις ἡγήσαιτο.

Non est Graecum quod editur XXXVIII. 1 b. (p. 89, 2 Heys.) ἐκινδύνευσαν μὲν πάντες, ἔπταισαν δὲ τελέως ὀλίγιστοι. Non potest τελέως cum superlativo coniungi, et τελέως ὀλίγοι (et nonnumquam τελέως ὀλίγοι τινές) usitatum Polybio loquendi genus est, veluti XXXII. 16: πλὴν τελέως ὀλίγων τινῶν. Dixerat igitur Polybius ἔπταισαν δὲ τελέως ὀλίγοι, quemadmodum XV. 14: ὀλίγοι τελέως διέφυγον.

Paucis versibus interiectis haec sequuntur, quae proponam ut legenda esse arbitror: τί δὴ τοῦτ' αἰσχρὸν εἰ περὶ τῶν ἐκτὸς ἀμφισβητοῦντες ἔπταισαν; In Codice est ὅτι δὴ τοῦτ' αἰσχρόν, pro quo Heyse substituit: ὅ,τι δῆτα οὐκ αἰσχρόν, et περὶ τῶν καὶ ἐκτός.

Post pauca vs. 7 corrige: εὔκλειαν — τὴν μεγίσην ἀπηνέγκαντο, pro ἀπήνεγκαν, quia in tali re ἀποφέρεσθαι, non ἀποφέρειν, solemnem et stabilem sedem habet.

Nil moror nunc scribarum errores, quales sunt vs. 3 προειδόμενοι et vs. 8 εἵλαντο et si qui alii de genere hoc subinde apud Heyse reperiuntur, ut p. 91, 29 ἀπολείποντες pro ἀπολιπόντες, quae omnia nullo negotio deprehendi et emendari ab unoquoque possunt.

Miror nondum repertam esse correctionem loci p. 91, 21, ubi Polybius verbose, ut solet, veritatis laudes persecutus ita pergit: τὴν δ' ὑπὲρ τῶν γεγονότων τοῖς ἐπιγενομένοις διὰ τῶν ὑπομνημάτων παράδοσιν ἀμιγῆ παντὸς [πάθους] ἀπολείπεσθαι καθήκει. Pro πάθους Maius μίσους ediderat, quod absurdum est. Heyse e Codice nil extricare potuit, sed πάθους de suo dedit, et cogitavit de ζήλου aut θυμοῦ. Nihil horum facit ad rem, quae manifesto requirit ἀμιγῆ παντὸς [ψεύδους].

Error est XII. 25 m. (pag. 44, 27 Heys.) in his: ἐξ ὧν πᾶς ἄν τις εἰκότως συγκαταλάβοιτο τρίτον εἶναι μέρος τῆς ἰσορίας καὶ τρίτην ἔχειν τάξιν τὴν ἐκ τῶν ὑπομνημάτων πολυπραγμοσύνην. Vitiosum est συγκαταλάβοιτο, neque quidquam prodest id dissecare in συγκαταλάβοι τό, quod fecit Heyse. Requiritur verbum *concedendi, assentiendi*, et in promtu est πᾶς ἄν τις εἰκότως συγκατάθοιτο τρίτον εἶναι μέρος κτἑ.

Digitized by Google

Notissimi et frequentissimi verbi *συγκαταθέσθαι* et nominis *συγκατάθεσις* exempla quaedam apponere quid opus est?

Post pauca male Heyse edidit: *λογικοὶ μὲν γὰρ καιροὶ πάντας ἐπιδέχονται τοὺς ἐνόντας λόγους, οἱ δὲ πολιτικοὶ βραχεῖς καί τινας τῶν ὑπόντων.* Vera lectio est: *ὀλίγοι μὲν γὰρ καιροί — οἱ δὲ πλεῖστοι.* Et *πλεῖστοι* quidem diserte in Codice scriptum est: utrum *ὀλίγοι* an *λογικοί* Codex exhibeat Maius et Heyse dissident. Sed quia *λογικοὶ καιροί* nihil significat, perspicuum est *ὀλίγοι* unice verum esse.

Impegisse Maium suspicor XII. 25 m. (pag. 45, 13 Heys.) in his: *ἔστι μὲν οὖν ὁ καιρὸς ἐν πᾶσι δυσπαράγγελτος, οὐ μὴν ἀδύνατος εἰς ὑπόνοιαν ἀναχθῆναι.* Satis certum est Polybium dedisse *εἰς ὑπόνοιαν ἀχθῆναι*, non *ἀναχθῆναι*, atque illud ipsum in Palimpsesto exstare veri non est dissimile. Caeterum sive Maius erravit sive librarius deletis duabus literulis male repetitis *ἀχθῆναι* emendandum est. Frequens admodum apud Polybium est verbi *ἄγειν* in talibus usus, veluti in *εἰς ἐπίστασιν ἄγειν, ἄγειν εἰς ζήτησιν, εἰς ἀπορίαν, εἰς καταφρόνησιν, εἰς καταμώκησιν, εἰς ἀπιστίαν*, similiaque complura. Ἄγειν *τινὰ εἰς ἐπίστασιν* est *ποιεῖν τινὰ ἐφιστάναι* (*τὴν διάνοιαν*) id est *efficere ut aliquis hoc agat, animum advertat* poniturque pro *studium* et *cupiditatem alicuius rei cognoscendae in animo excitare*, veluti XI. 1 a: *τὸ τῶν προγραφῶν γένος εἰς ἐπίστασιν ἄγει τοὺς ἀναγιγνώσκειν θέλοντας καὶ συνεκκαλεῖται καὶ παρορμᾷ πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν τοὺς ἐντυγχάνοντας* et XIV. 34: *περὶ τῶν τοιούτων ἀνδρῶν εἰς ἐπίστασιν ἄγειν τοὺς ἀναγιγνώσκοντας κτέ.* Eodem modo *ποιεῖν τινὰ ζητεῖν* dicitur *ἄγειν τινὰ εἰς ζήτησιν*, et pro *ποιεῖν τινὰ ἀπορεῖν* dicitur *ἄγειν τινὰ εἰς ἀπορίαν*, similiterque in caeteris. Itaque Polybius ut dicat *ποιεῖν τινὰ ὑπονοεῖν τι efficere ut aliquis alicuius rei notionem animo concipiat* ita dicit: *ἄγειν τινὰ εἰς ὑπόνοιαν*, non *ἀνάγειν*. Eodem sensu statim utitur verbo *ὑπονοεῖν* ubi addit: *ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος μάλις' ἂν ὑπονοηθείη τὸ λεγόμενον διὰ τούτων.* Unum tantum Polybii locum subiiciam ex libro XII. 26 c, ubi scribit: *οὐκ εἰς σύγκρισιν, ἀλλ' εἰς κατα μώκησιν ἄγει καὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς πράξεις*, et post pauca: *εἰς διαβολὴν ἤχασι τὴν ὅλην αἵρεσιν, ὥστε καὶ τὰ καλῶς ἀπορούμενα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀπιστίαν ἦχθαι*

Digitized by Google

Repertam sibi veram lectionem ex manibus abiecit Heyse p. 47, 27 (XII. 25 p.) in verbis: μειράκιόν τι — βουλόμενον παραγγελματικῶς ἐκ τῶν παρισαμένων τοῖς προσώποις ποιεῖσθαι τὴν ἐπιχείρησιν. Unice verum est ἐκ τῶν παρεπομένων τοῖς προσώποις, quod Heysio quoque in mentem venit sed retinuit tamen παρισαμένων, quia id Maium *vidisse* opinabatur. Sed non cogitavit verbum παρίσασθαι a loci sententia prorsus abhorrere. Τὰ παρισάμενά τινι trito omnium usu significat ea *quae alicui veniunt in mentem*. Quae cogitatio mentem subiit παρασῆναί τινι aut παρεσηκέναι a Graecis dicitur omnibus. Sed Polybii adolescentulus dicitur conari personae cuique *convenientia* reddere, quae quum constanti certoque usu τὰ παρεπόμενα τοῖς προσώποις dicantur, consequitur ita scribi oportere, etiam si Maius (quod mihi non est credibile) illud in Codice vidit.

Eliminanda est molesta praepositio ex his XII. 26 b. (pag. 48, 21 Heys.) τοῦτο δ' ἐστὶ — τῶν προκαλουμένων τὸν βουλόμενον ἐπὶ τὸν τῆς ἀνδρείας ἀγῶνα καὶ τὸν [περὶ] τῆς ἀρετῆς στέφανον. Vera lectio est καὶ τὸν τῆς ἀρετῆς στέφανον, quod dictum est eodem modo atque in noto versiculo:

Ἑλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο στέφανον,

et saepius στέφανος πάλης, παγκρατίου et sim., quibus quum περί nullo modo addi posse manifestum sit, sic τὸν περὶ τῆς ἀρετῆς στέφανον perperam dici apparet. Dubitationem omnem eximet lepidus locus Polybii de Eumene et Perseo avaritia certantibus XXIX. 1 f. ὁ δ' Εὐμένης τέλος ἀπέσχη τῆς ἐπιβολῆς ἀδυνατήσας καταγωνίσασθαι τῇ σφετέρᾳ πανουργίᾳ τὴν τοῦ Περσέως μικρολογίαν· καὶ δὴ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ ποιήσαντες ἱερὸν τὸν στέφανον τῆς φιλαργυρίας διελύθησαν ἐπ' ἴσης καθάπερ ἀγαθοὶ παλαισταί.

Iterum expellenda est importuna praepositio ubi scribit Polybius de Timaeo XII. 26 d. (pag. 49, 26 Heys.) τηλικαύτην ἐπίφασιν ποιεῖ διὰ τῆς ἀκριβολογίας — ὥστε δοκεῖν — αὐτὸν μόνον ἐξητακέναι τὴν ἀκρίβειαν. Manus Polybii haec esse videtur τηλικαύτην ἐπίφασιν ποιεῖται τῆς ἀκριβολογίας, et suspicor Maium, qui in vicinia plurima turbavit et nonnulla prorsus pessumdedit, etiam in hoc Codicis scripturam non satis fideliter repraesentasse. Ἐπιφαίνειν τι apud Polybium

Digitized by Google

est *magnam alicuius rei speciem habere, aliquid prae se ferre.* Sic Timaeus, qui iudice Polybio oculos hominum doctrinae accuratissimae specie praestringebat, *ἀκριβολογίαν μεγάλην ἐπέφαινεν*, sive (quod idem est) *ἀκριβολογίας μεγάλην ἐπίφασιν ἐποιεῖτο.* Male curavit Heyse locum Polybii XII. 6 a. ubi edidit: *σπουδάζοντες — τὴν ἀδοξίαν ἐξαλείφειν τῷ βουλεύεσθαι τῶν δεσποτῶν ἀπόγονοι μᾶλλον ἐπιφανῆναι ἢπερ ἀπελεύθεροι.* Pro *ἐπιφανῆναι* in Codice est *ἐπιφαίνειν*, quod sanissimum est, sed pro *βουλεύεσθαι* dudum *βούλεσθαι* repositum oportuerat. *Ἐπιφαίνειν* est idem fere quod *δοκεῖν*, sed ponitur de iis rebus, quae alicui decus addunt vel honorem, ut Locrenses nunc dicuntur veterum dominorum posteri quam liberti maluisse videri. Pro *ἐπιφαίνειν* trita apud omnes periphrasi dicebatur *ἐπίφασιν ποιεῖσθαι*, non *ποιεῖν*, quo pacto faex Graeculorum interdum loquitur, unde Polybio alicubi pro *ἔπλει* et *ἀπέπλει* affricuerunt *τὸν πλοῦν* et *τὸν ἀπόπλουν ἐποίει* pro *ἐποιεῖτο.* Putidum esset huius usus exempla apponere, sed dabo unum locum ut simul vitium eximam. Editur XII. 26 b. *Τίμαιος — τοιαύτην ποιεῖται σπουδήν*, ubi *τοσαύτην* genuinum est. Eodem igitur modo nunc dixit *τηλικαύτην ἐπίφασιν ποιεῖται τῆς ἀκριβολογίας*, quemadmodum paulo ante dixerat: *ἠπάτηκε δ' αὖ τινὰς διὰ τὴν ἐπίφασιν τῆς ἀκριβολογίας*, ut supra emendavimus scripturam a Maio profectam *ἠνάγκακε δ' αὐτῷ διὰ τὴν ἐπίφασιν τῆς ἀληθινολογίας.*

Tralaticio errore AN in ΔH depravatum est XII. 27 (pag. 51, 7 Heys.) in his: *Ἔφορός φησιν εἰ δυνατὸν ἦν αὐτοὺς παρεῖναι πᾶσι τοῖς πράγμασιν, ταύτην δὴ διαφέρειν πολὺ τῶν ἐμπειριῶν.* Quis non videt *ταύτην ἂν διαφέρειν κτέ.* verum esse?

Maius edidit XII. 28 a. (pag. 53, 12 Heys.) *καίτοι γε περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἀνάγκη μεγάλα διαψεύδεσθαι τοὺς ἀπείρους.* Perperam Heyse substituit *περὶ τοιοῦτο μέρος.* Latet aliud mendum: *γε* necessario in *καί* convertendum est. Polybius dicit eos, qui rerum usu ipsi destituti ex aliorum testimoniis res gestas colligant, *etiam* hac in re vehementer errare solere. Post pauca scribendum: *ἡ γὰρ τῶν παρεπομένων τοῖς πράγμασιν ὑπόμνησις αὐτὴ* (non *αὕτη*) *χειραγωγεῖ τὸν ἐξηγούμενον ἐφ' ἕκαστα τῶν συμβεβηκότων.*

Digitized by Google

Confusa sunt contra loci sententiam duo participia p. 53, 21 Heys. *ὁ μὲν ἄπειρος οὔτε ἀνακρῖναι τοὺς παραγεγονότας ἱκανός ἐστιν οὔτε συμπαρὼν γνῶναι τὸ γενόμενον.* Natura rei docet praesens tempus *τὸ γιγνόμενον* reponi oportere, quemadmodum Solon dixit civibus suis:

εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε καὶ εἰς ἔπη αἰμύλου ἀνδρός,
εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε.

et hunc quidem errorem Bekkerus abstersit, reliquit autem simillimum, qui Heysium quoque fugit XV. 21 (apud Heys. 57, 24) *οἱ δ' ἄνθρωποι τοὺς μὲν ἀκούοντες ἀπολλυμένους — τοὺς δ' ἀκμὴν ὁρῶντες*, ubi Heyse edidit *τὰς μὲν ἀκούοντες ἀπολλυμένας πόλεις τὰς δέ κτἑ.* Manifestum est Polybium distinguere civitates quae *olim* periissent et quae recenti memoria (*ἀκμήν*) eversae essent. Itaque perspicuum est *ἀπολομένας*, non *ἀπολλυμένας*, veram lectionem esse.

Initio libri XIV ubi Heyse male supplevit *κἂν ὅλ(ως εὐ)χερ(ῶς) παραδέχωνται τὰ κατὰ μέρος ἔργα καὶ λόγους*, admonuimus iam antea suppleri oportere *κἂν ὁλ(οσ)χερ(ῶς) παραδέχωνται.* In vicinia mirificus error legentes ludificatur. Audi modo: *πρὸς δὲ τούτοις συμβαίνει καὶ τὰς προαιρέσεις τῶν βασιλέων ἐκφανεςάτας γεγονέναι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους. ἃ γὰρ πρότερον ἐγένετο περὶ αὐτῶν τότε σαφῶς ἐπεγνώσθη πάντα παρὰ πᾶσιν.* In *ἐγένετο περὶ αὐτῶν* neque Graecitatis neque sententiae ratio constat. Graecum est enim *ἐγένετο περὶ αὐτούς*, non *αὐτῶν*, et absurdum est dicere ea quae antea regibus *accidissent* illo demum tempore omnia omnibus patuisse. Neque de iis rebus, quae regibus acciderant, dicit Polybius, sed regum consilia (*τὰς προαιρέσεις τῶν βασιλέων*) et quod quisque eorum olim animo volverit ac molitus sit omnibus tunc notum esse factum. Quid igitur latet in *ἐγένετο*? Nihil aliud, ut opinor, quam *ἃ γὰρ πρότερον ἐλέγετο περὶ αὐτῶν.* Patuisse nunc dixit omnibus regum consilia, de quibus antea fama tantum fuit quaedam hominumque sermores. De quibus antea *λόγος ἦν* quaeque hominum sermonibus iactabantur ea dicuntur illo tempore omnia omnibus patefacta esse: *ἃ πρότερον ἐλέγετο — τότε σαφῶς ἐπεγνώσθη.*

In Scipionis et Hannibalis colloquio XV. 8 ex Hannibale quaerit Scipio: *τὸ δὲ δὴ μέγιστον ἤλθομεν ἐπὶ τί μέρος;* Sunt

Digitized by Google

haec verba sensu vacua. Dixisse eum suspicor *ad quem finem* pervenimus? ἤλθομεν ἐπὶ τί πέρας; Simili modo post pauca dicit: τί πέρας οὖν πάλιν τῶν ἡμετέρων λόγων; Post pauca ita dicit Scipio: τί λείπεται ποιεῖν; σὺ τὴν ἐμὴν χώραν μεταλαβὼν εἰπόν. ἀφελεῖν τὰ βαρύτατα τῶν ἐπιταγμάτων; ἵνα μὴ λαβόντες ἆθλα τῆς παρανομίας διδαχθῶσι τοὺς εὖ ποιοῦντας εἰς τὸ λοιπὸν παρασπονδεῖν; Ultima verba labem et vitium conceperunt. Nam si Scipio dicere voluit Poenos sic violati iuris *poenas non daturos*, necessarium est articulum addere, μὴ λαβόντες τὰ ἆθλα τῆς παρανομίας, quemadmodum constanter dicitur quis τἀπιτίμια, τἀπίχειρα, τὸν μισθὸν λαβεῖν et ἀπολαβεῖν eorum, quae deliquit. Sed aliud quid Scipio dixerat, quod acrius est et rei accommodatius, nempe hoc: ἵνα δὴ λαβόντες ἆθλα τῆς παρανομίας κτἑ. Ἆθλα λαμβάνειν est fructum ferre, praemium ferre, lucrum ex aliqua re auferre. Ironice igitur dixit Scipio si pro maleficio beneficium et commodum auferant futurum ut datam fidem violare discant.

Loco suo transpositum verbum est XV. 35: καὶ περὶ μὲν τῶν τοιούτων ἀνδρῶν εἰς ἐπίσασιν ἄγειν τοὺς ἀναγιγνώσκοντας — καὶ καθόλου προστιθέναι τὸν ἐπεκδιδάσκοντα λόγον· ἐπὶ δὲ τῶν προειρημένων ἀνδρῶν οὐδαμῶς ἁρμόζει, ubi verbum ἁρμόζει transferendum est pro λόγον.

Prudentissime iudicat Polybius XV. 36: πάσας τὰς ἐκπληκτικὰς περιπετείας μίαν ἔχειν Φαντασίαν τὴν πρώτην ἀξίαν ἐπισάσεως, τὸ δὲ λοιπὸν οὐ μόνον ἀνωφελῆ γίγνεσθαι τὴν μάκρωσιν καὶ θέαν αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ μετά τινος ὀχλήσεως ἐπιτελεῖσθαι τὴν ἐνέργειαν τῶν τοιούτων, sed sapiens dictum turpis commaculat scribae error. Quid est enim μάκρωσις? Vocabulum nihili. Proponam tibi locos Polybii, unde veram lectionem expiscatus sum, ex quibus tu vide an in idem incidas. Post pauca enim addit: τοὺς διὰ τῆς ἀκοῆς ἢ διὰ τῆς ὁράσεως βουλομένους τι πολυπραγμονεῖν, et iterum: οὐδὲ μὴν θεώμενος οὐδ' ἀκούων ἥδεται συνεχῶς οὐδεὶς τῶν παρὰ Φύσιν γιγνομένων καὶ παρὰ τὴν κοινὴν ἔννοιαν τῶν ἀνθρώπων, et paulo post: ἀλλ' εἰσάπαξ μὲν καὶ πρῶτον σπουδάζομεν ἃ μὲν ἰδεῖν ἃ δὲ ἀκοῦσαι. Ecquid ex his subolet quid reponendum sit pro τὴν μάκρωσιν καὶ θέαν αὐτῶν. Nonne vides τὴν ἀκρόασιν καὶ θέαν a Polybio profectum esse? Iunguntur saepe θέα et ἀκρόασις, θε[illegible]

Digitized by Google

σθαι et ἀκροᾶσθαι, et sim. ut apud Thucydidem III. 38. argute Cleon dicit: εἰώθατε θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων. Quia saepe libri recitari solebant factum est ut pro *lectoribus* ἀκροαταί dicerentur, ut apud Polybium IX. 1. τῷ πλείονι μέρει τῶν ἀκροατῶν ἀψυχαγώγητον παρεσκευάκαμεν τὴν ἀνάγνωσιν.

Mendosus est locus Polybii et male correctus XXII. 22 a. (pag. 63, 19 Heys.) ubi Codex exhibet: ἔτι δὲ τὴν περιμένους τοῦ βασιλέως ἐπιβουλὴν γενομένην ἐν Δελφοῖς, Maius τὴν Εὐμένους correxit, quod servavit Bekkerus. Heyse τὴν περὶ Εὐμένους supposuit. Neque hoc Graecum est neque illud. Repone: ἔτι δὲ τὴν κατ' Εὐμένους τ. β. ἐπιβουλὴν γενομένην. Solum κατά in ea re locum habet. Recte Heyse ipse post pauca supplevit: τὰ δὲ τελευταῖα (τὰ) περὶ τὴν (κατὰ) τοῦ βασιλέως Εὐμένους ἐπιβουλήν.

Sagaciter admodum nomen Eumenis in vitio latens elicuit Schweighauserus XXXIII. 4 πρὸς τοὺς πορευομένους πρεσβευτάς emendans τοὺς παρ' Εὐμένους πρεσβευτάς.

Mendosa sunt etiam haec in vicinia: καθάπερ γὰρ εἴπομεν Φίλιππον τὸν Ἀμύντου διανοηθῆναι καὶ προθέσθαι συντελεῖν τὸν πρὸς τοὺς Πέρσας πόλεμον, Ἀλέξανδρον δὲ τοῖς ὑπ' ἐκείνου κεκριμένοις χρῆσθαι τῶν πράξεων, ubi dubitanter coniicio ταῖς ὑπ' ἐκείνου κεκριμέναις ἐγχειρῆσαι τῶν πράξεων, comparato loco XXVIII. 9 a: δοκοῦσι πολλοὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐπιθυμεῖν τῶν καλῶν, ὀλίγοι δὲ τολμᾶν ἐγχειρεῖν αὐτοῖς, σπάνιοι δὲ τῶν ἐγχειρησάντων ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν τὰ πρὸς τὸ καθῆκον ἐν ἑκάστοις ποιούμενα, ubi Maius edidit ἐπὶ τέλος ἄγειν, sed ἀγαγεῖν (quod Heysio teste diserte in Codice scriptum est) prorsus est necessarium, ut demonstrat participium ἐγχειρήσαντες. Ἄγειν coniungendum fuisset cum σπάνιοι δὲ τῶν ἐγχειρούντων.

Post pauca rescribe: Φίλιππον διανοηθῆναι — καὶ τὰς παρασκευὰς ἑτοίμους πάσας σχεῖν, pro ἔχειν, qui tralaticius in libris omnibus error est. Tritissimus scribarum error commaculat Polybii sententiam XXXVIII. 1 a. (p. 88, 25 Heys.): τοὺς ζῶντας μετὰ τιμωρίας ἐλεεινοτέρους νομίζομεν τῶν ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς ἐκλειπόντων τὸν βίον. Ut in reliquis omnibus libris MSS, sic in Polybianis perpetuo confunduntur ΕΙ et Ι

Digitized by Google

in omni verborum genere. Hinc ΛΕΙΠΕΙΝ et ΛΙΠΕΙΝ passim inter se locum mutant praeter loci sententiam. Editores interdum eximunt vitium, interdum relinquunt. In vicinia Codex exhibet *Ἀθηναῖοι — ἐμφρόνως ἐξέλειπον τὴν πόλιν*, quod optime in *ἐξέλιπον* refictum est, sed non minus necessarium est in illis verbis reponere *ἐκλιπόντων τὸν βίον* pro *ἐκλειπόντων*. Quod in omni genere verborum apud Polybium I et EI confundi diximus paucis exemplis confirmare iuvat. Vidimus supra Bekkerum *νείφεται* male pro *νίφεται* edidisse. Notabilis est lectionis varietas V. 15 in verbis *λυθείσης γὰρ τῆς συνουσίας*, ubi pro *λυθείσης* in libris est *αὐθίσης*, *ἀφθίσης*, *ἀφθείσης* et *αὖθις*. Haec omnia nata sunt ex antiqua scriptura ΛΥΘΙCΗC pro ΛΥΘΕΙCΗC. Sic *Ἠλείαν* IV. 9 abiit in *Ἰδίαν*, et contra X. 42 *Αἰνιᾶνα* in *Αἰνείαν*. Bis male edidit Bekkerus *καθαρίως* VI. 3 et XV. 5 pro *καθαρείως*. Idem tamen probam scripturam reposuit XI. 9. *καθαρειότερα*, ubi libri exhibent *καθαρσιώτερα*. Hinc nullo negotio emendabitur locus IV. 9. *ἠγοῦντο συμφέρειν σφίσι τότε τίθεσθαι τοῖς παραγγελλομένοις*. Pro *τίθεσθαι*, quod sensu vacuum est, sententia requirit *parere, obtemperare*. Quin ergo reponimus *πείθεσθαι τοῖς παραγγελλομένοις*. In eiusdem loci vicinia (p. 86, 24 Heys.) editur: *ἀφορίαν εἶναι συνέβαινε καίπερ οὔτε πολέμων συνεχῶν ἐσχηκότων ἡμᾶς οὔτε λοιμικῶν περισάσεων*. Pro simplici verbo *ἐσχηκότων* loquendi usus compositum postulat *κατεσχηκότων*. Dicuntur enim *τύχαι, συμφοραί, πόλεμοι, λοιμοί* et sim. *τὴν Ἑλλάδα, τὴν χώραν, τὴν πόλιν κατέχειν*, ut apud Aristophanem in Avibus vs. 1726:

μεγάλαι, μεγάλαι κατέχουσι τύχαι
γένος ὀρνίθων.

Feliciter admodum res cessit Heysio, qui si usquam alibi indefessi laboris fructum tulit XXXIX. 3 a. (pag. 94, 29 Heys.) ubi veluti ex Orco in lucem revocavit haec verba: *[ὁ Πόπλιος] ἐπισρέψας ἐξ αὐτῆς καὶ λαβόμενός μου τῆς δεξιᾶς, ὦ Πολύβιε, ἔφη, καλὸν μὲν ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἐγὼ δέδια καὶ πρ[οφοβοῦ]μαι, μήποτέ τις ἄλλος τοῦτο τὸ παράγγελμα δώσει περὶ τῆς ἡμετέρας πατρίδος.* Nihil horum Maius extricare potuerat praeter haec: *μήποτέ τις — περὶ τῆς*. Iure elatus animo ad haec Heyse adscripsit: *„pertinaci nostro non unin-*

Digitized by Google

diei studio integra debes P. Scipionis verba, quae posthac nulla aetas oblitterabit." Nisi aliunde certa fide et ipsius Polybii testimonio constaret Scipionem ipsum quum solo aequatam Carthaginem spectaret animo graviter commotum verba Homeri de excidio Ilii recitare coepisse,

ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή,
καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο.

nisi, inquam, id certa fide constaret, ipsius Scipionis apud Polybium verba: ὦ Πολύβιε, καλὸν μὲν ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἐγὼ δέδια κτἑ. adducerent aliquem ut crederet Polybium Homeri verba laudasse, quibus auditis Scipio ita dixerit. Sed constans fama est Scipionem ipsum praeclara summi poëtae verba pronuntiasse, et Scipionis erat magis quam Polybii in Carthaginis excidio talia cogitare et dicere. Scipio Homeri carmina optime tenebat, ut commode ei pulcherrimi loci in mentem venire posset. Sic idem ad Numantiam, ubi Gracchum oppressum accepit, haec Homeri protulit:

ὣς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

Deinde disertissimum est Appiani testimonium *de rebus Punicis* cap. 132. Polybium auctorem laudantis, καὶ τάδε μὲν Πολύβιος αὐτὸς ἀκούσας συγγράφει. Adscribam Appiani locum, quia non est integer: ὁ δὲ Σκιπίων — λέγεται δακρῦσαι καὶ φανερὸς γενέσθαι κλαίων ὑπὲρ πολεμίων. Ἐπὶ πολὺ δ' ἔννους ἐφ' ἑαυτοῦ γενόμενος — εἴτε ἑκὼν εἴτε προφυγόντος αὐτὸν τοῦδε τοῦ ἔπους· Ἔσσεται ἦμαρ κτἑ. Manifestum est verbum aliquod excidisse. Supplendum esse coniicio: (εἶπεν) εἴτε ἑκὼν εἴτε κτἑ., ut sequens ЄΙΤЄ praecedens ЄΙΠЄ absorbserit. Itaque suspicor in longiore lacuna olim sic scriptum fuisse: Scipionem quum aemulae imperii Romani stragem ac vastitatem contemplaretur illa verba poëtae pronuntiasse, quae quum Polybius laudavisset, tum vero illa dixisse Scipionem: ὦ Πολύβιε, καλὸν μὲν ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως κτἑ. Nempe in talibus vocula μέν ita ponitur, ut sit ferme idem atque ὡς σὺ φής, habetque locum ubi quis cum aliqua exceptione probat aut cum reprehensione aliqua laudat id quod dixerat alius. Dabo exemplum ex Machonis loco apud Athenaeum p. 244 A ludentis in versiculo Euripideo Iphig. Aulid. 23:

γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιζάμενον.

Digitized by Google

Emit nescio quis carnes, quibus quum magnum os esset additum, ad venditorem ita dicit:

μὴ προσίσα τοῦτό μοι
τοὐσοῦν. ὁ δ' εἶπεν· ἀλλὰ μήν ἐσι γλυκύ.

cui ille:

γλυκὺ μέν, προσισάμενον δὲ λυπεῖ παντα χῇ.

Sic igitur quum Polybius dixisset καλόν γε, ὦ Σκιπίων, τὸ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ εἰρημένον, aut aliquid eiusdemmodi, reposuit Scipio: ὦ Πολύβιε, καλὸν μὲν ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἐγὼ δέδια καὶ προφοβοῦμαι μή ποτέ τις ἄλλος τοῦτο τὸ παράγγελμα δώσει περὶ τῆς ἡμετέρας πατρίδος. In his unum vocabulum mendosum est et neque Scipioni neque Polybio debetur, sed Heysio, nempe προφοβοῦμαι, quod ille reposuit quum in Codice πρ....μαι tantum superesset. Sed inepte abundat praepositio in προφοβοῦμαι pro φοβοῦμαι: itaque suspicio mihi subnata est dixisse Scipionem: ἐγὼ δέδια καὶ πεφόβημαι, quemadmodum saepissime δεδιέναι καὶ φοβεῖσθαι et nonnumquam δέδοικα καὶ πεφόβημαι coniunguntur, ut apud Platonem in Euthyphrone p. 12 B. πεφόβηταί τε καὶ δέδοικεν ἅμα δόξαν πονηρίας.

Quod ab initio diximus non tantum Maium, sed Heysium quoque subinde nobis pro Polybianis ea apposuisse quae numquam a Polybio proficisci potuerunt, huius rei nunc pauca quaedam exempla et specimina subiiciemus. Habet autem hoc difficillima Codicis Palimpsesti lectio ut mens diuturno labore occaecata et ἰλιγγιῶσα oculis ψευδῆ ἰνδάλματα obiiciat. Sensit hoc Heysius quoque, qui non semel ψευδῶν εἰδώλων ἔλαχεν et improbo labore exhaustus ea se videre opinatus est quae vertigo quaedam mentis veluti somnianti ostentabat. Huiusmodi ψευδεῖς ὄνειροι non admodum difficulter a vigilantibus et hoc agentibus arguuntur. Neque enim in his quidquam sanum est aut solidum: neque sententia ullo modo constat neque certa Graecitatis ratio. Apparent ea quae nemo ante vidit vel audivit. Pleraque tam nova sunt et mira ut nihil ex his intelligas. Satis est exempla quaedam apponere. Vide an haec expedire possis p. 62, 2: θεωρῶν δή τι πάσης βασιλείας ἐν μακροτέρῳ τὰ χρήματα ἢ καὶ τῇ Φύσει νουνεχὴς ὢν καὶ στρατηγικὸς περιεβάλετο μὴ καί ποτε γένοιτο κομι-

Digitized by Google

diei studio integra debes P. Scipionis verba, quae posthac nulla aetas oblitterabit." Nisi aliunde certa fide et ipsius Polybii testimonio constaret Scipionem ipsum quum solo aequatam Carthaginem spectaret animo graviter commotum verba Homeri de excidio Ilii recitare coepisse,

ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή,
καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο.

nisi, inquam, id certa fide constaret, ipsius Scipionis apud Polybium verba: ὦ Πολύβιε, καλὸν μὲν ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἐγὼ δέδια κτἑ. adducerent aliquem ut crederet Polybium Homeri verba laudasse, quibus auditis Scipio ita dixerit. Sed constans fama est Scipionem ipsum praeclara summi poëtae verba pronuntiasse, et Scipionis erat magis quam Polybii in Carthaginis excidio talia cogitare et dicere. Scipio Homeri carmina optime tenebat, ut commode ei pulcherrimi loci in mentem venire posset. Sic idem ad Numantiam, ubi Gracchum oppressum accepit, haec Homeri protulit:

ὣς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

Deinde disertissimum est Appiani testimonium *de rebus Punicis* cap. 132. Polybium auctorem laudantis, καὶ τάδε μὲν Πολύβιος αὐτὸς ἀκούσας συγγράφει. Adscribam Appiani locum, quia non est integer: ὁ δὲ Σκιπίων — λέγεται δακρῦσαι καὶ φανερὸς γενέσθαι κλαίων ὑπὲρ πολεμίων. Ἐπὶ πολὺ δ' ἔννους ἐφ' ἑαυτοῦ γενόμενος — εἴτε ἑκὼν εἴτε προφυγόντος αὐτὸν τοῦδε τοῦ ἔπους· Ἔσσεται ἦμαρ κτἑ. Manifestum est verbum aliquod excidisse. Supplendum esse coniicio: (εἶπεν) εἴτε ἑκὼν εἴτε κτἑ., ut sequens ϵΙΤϵ praecedens ϵΙΠ$\overline{\epsilon}$ absorbserit. Itaque suspicor in longiore lacuna olim sic scriptum fuisse: Scipionem quum aemulae imperii Romani stragem ac vastitatem contemplaretur illa verba poëtae pronuntiasse, quae quum Polybius laudavisset, tum vero illa dixisse Scipionem: ὦ Πολύβιε, καλὸν μὲν ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως κτἑ. Nempe in talibus vocula μέν ita ponitur, ut sit ferme idem atque ὡς σὺ φής, habetque locum ubi quis cum aliqua exceptione probat aut cum reprehensione aliqua laudat id quod dixerat alius. Dabo exemplum ex Machonis loco apud Athenaeum p. 244 A ludentis in versiculo Euripideo Iphig. Aulid. 23:

γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιζάμενον.

Digitized by Google

Emit nescio quis carnes, quibus quum magnum os esset additum, ad venditorem ita dicit:

μὴ προσίσα τοῦτό μοι
τοὐσοῦν. ὁ δ' εἶπεν· ἀλλὰ μήν ἐσι γλυκύ.

cui ille:

γλυκὺ μέν, προσισάμενον δὲ λυπεῖ παντα χῇ.

Sic igitur quum Polybius dixisset καλόν γε, ὦ Σκιπίων, τὸ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ εἰρημένον, aut aliquid eiusdemmodi, reposuit Scipio: ὦ Πολύβιε, καλὸν μὲν ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἐγὼ δέδια καὶ προφοβοῦμαι μή ποτέ τις ἄλλος τοῦτο τὸ παράγγελμα δώσει περὶ τῆς ἡμετέρας πατρίδος. In his unum vocabulum mendosum est et neque Scipioni neque Polybio debetur, sed Heysio, nempe προφοβοῦμαι, quod ille reposuit quum in Codice πρ....μαι tantum superesset. Sed inepte abundat praepositio in προφοβοῦμαι pro φοβοῦμαι: itaque suspicio mihi subnata est dixisse Scipionem: ἐγὼ δέδια καὶ πεφόβημαι, quemadmodum saepissime δεδιέναι καὶ φοβεῖσθαι et nonnumquam δέδοικα καὶ πεφόβημαι coniunguntur, ut apud Platonem in Euthyphrone p. 12 B. πεφόβηταί τε καὶ δέδοικεν ἅμα δόξαν πονηρίας.

Quod ab initio diximus non tantum Maium, sed Heysium quoque subinde nobis pro Polybianis ea apposuisse quae numquam a Polybio proficisci potuerunt, huius rei nunc pauca quaedam exempla et specimina subiiciemus. Habet autem hoc difficillima Codicis Palimpsesti lectio ut mens diuturno labore occaecata et ἰλιγγιῶσα oculis ψευδῆ ἐνδάλματα obiiciat. Sensit hoc Heysius quoque, qui non semel ψευδῶν εἰδώλων ἔλαχεν et improbo labore exhaustus ea se videre opinatus est quae vertigo quaedam mentis veluti somnianti ostentabat. Huiusmodi ψευδεῖς ὄνειροι non admodum difficulter a vigilantibus et hoc agentibus arguuntur. Neque enim in his quidquam sanum est aut solidum: neque sententia ullo modo constat neque certa Graecitatis ratio. Apparent ea quae nemo ante vidit vel audivit. Pleraque tam nova sunt et mira ut nihil ex his intelligas. Satis est exempla quaedam apponere. Vide an haec expedire possis p. 62, 2: θεωρῶν δή τι πάσης βασιλείας ἐν μακροτέρῳ τὰ χρήματα ἢ καὶ τῇ φύσει νουνεχὴς ὢν καὶ στρατηγικὸς περιεβάλετο μὴ καί ποτε γένοιτο κομιδὴ

Digitized by Google

τῶν ἔξω πορευομένων χρημάτων, ἐμπεσούσης ἔτι τῆς πράξεως τῆς περὶ τὸν Ἀριαράθην εἰς τὴν παροιμίαν· ἔχοντες γὰρ ἐπιδεῶς, διατετραμμένοι τοῖς πολεμίοις ἐγένοντο. Frustra te in his torquebis; ἀδιανόητα sunt. Nihilo plus proficies in his p. 87, 17: ὥσε ἀπὸ δυσμενείας μὲν᾽ ἢ βλάβης τῆς ἐν τοῖς πρότερον καιροῖς πρὸς Ῥωμαίους ἔτι γεύσασθαι φιλίας τε καὶ εὐνοίας περὶ τὰ τῆς πόλεως· ὑπὸ δὲ τῷ Ψευδοφιλίππῳ πρῶτον μὲν πρέσβεις καὶ ἐφέται διήτησαν καὶ πολλοὺς μὲν ἀνέλαβον φρουροὺς ἀλλὰ τοὺς πλείσους ἐπεῖδον αὐτῶν ἐν πάνυ βραχεῖ χρόνῳ φυγαδευθέντας καὶ σρεβλωθέντας καὶ φονευθέντας ἢ τῶν ἐν τοῖς πρότερον καιροῖς ὑπὸ τῶν κατ᾽ ἀλήθειαν βασιλέων καθεσαμένων. In quamcumque te partem dederis, nullum umquam sensum ex his verbis elicies, sed quod non inest nemo eruere potest. Peiora etiam (si fieri id ullo modo potest) haec sunt p. 90, 27: τοιγαροῦν σερηθέντες πάντων τῶν καλῶν οἱ μὲν ὑπὸ σένους, ἔνιοι δὲ καὶ δειλίᾳ περισάντες, εἰς τὰς πόλεις τότε παρεδέξαντο ῥάβδους καὶ πελέκεις ἐθελοντηδόν· ἐν μεγάλῃ γὰρ ἴπῳ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν ἦσαν. Unum addo ex pag. 94, 7 ubi ex Hasdrubale quaerit uxor indignabunda πῶς αὐτὸς μὲν θαρρούντως κατ᾽ ἰδίαν παρὰ συσρατηγῷ παρίζοιτο τὴν δωρεὰν αὔτοπτον ποιῶν ἀναιδῶς, ἀλλ᾽ ὅλον αἰσχίσως καταλείπων τὰ πράγματα καὶ τοὺς ἀσοὺς αὐτῷ πισεύοντας ὑπέλθοι πρὸς τοὺς πολεμίους. Quibus ista omnia scateant vitiis exponere nihil opus est. Inanes sunt verborum species omni sensu destitutae, quas nollem vir optimus nobis apposuisset, namque πολὺ κρεῖττόν ἐσι σιωπᾶν ἢ οὐδὲν λέγειν. Caeterum tam bene est de his Polybii excerptis meritus ut ei facile hanc φιλοτιμίαν περὶ τὰ ἀδύνατα condonemus.

Continui me nunc fere intra Polybii excerpta quae in Vaticano Palimpsesto insunt: de reliquis Polybianis post Bekkerum emendandis alio tempore nonnulla dicere in animo est.

C. G. Cobet.

Digitized by Google

LECTIONES TULLIANAE.

SCRIPSIT

W. G. PLUYGERS.

(*Continuantur e Mnemosynes Vol.* X. *pag.* 97.)

CAPUT XI.

Orationes Philippicae.

I. § 10. Cicero consilium reversionis suae exponens ex Bruto se audivisse narrat L. Pisonem in senatu libere esse locutum, sed non satis adiuvisse eum qui debuissent. „Hunc igitur ut sequerer properavi, quem praesentes non sunt secuti, non ut proficerem aliquid — nec enim sperabam id nec praestare poteram, — sed ut etc." Verbum „praestare" post sperandi verbum locum tueri non potest, quippe quod ne speratur quidem id certe praestari non potest. Sententia requirere videtur „nec *sperare* poteram."

I. § 20. „At quae est ista tertia decuria? — Centurionum, inquit. — Quid? isti ordini iudicatus lege Iulia non patebat? — Census praefiniebatur, inquit. —" Si quod adversarius arguit verum esse conceditur, ita tamen ut argumentum non totam causam complecti significetur, particula *at* fere solemnis est: „*At* census praefiniebatur."

Digitized by Google

II. § 41. „Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turselius qua facie fuerit, qua statura, quo municipio, qua tribu. Nihil scio, inquies, nisi quae praedia habuerit. Igitur fratrem exheredans te faciebat heredem." In postremis subiectum primarium in sententia locum obtinet et maxime mentes advertere debet. In Vaticano manus secunda *is* ante *igitur* addidit; recte quidem, sive libri cuiuspiam auctoritatem secuta, sive suum ipsius indicium.

II. § 73. Antonius bona proscribere coactus in iis reliquias Pompeianae sectionis hastae submisit. „Auctionis vero miserabilis adspectus: vestis Pompeii non multa eaque maculosa, eiusdem quaedam argentea vasa collisa, sordidata mancipia, ut doleremus quidquam esse ex illis reliquiis, quod videre possemus." Non dolebat Cicero esse inter illas reliquias quae videre posset, sed esse omnino reliquias. Malebat enim omnia periisse, quam ex antiquo splendore domus Pompeianae superesse corrupta et contaminata. Legendum est: „quidquam ex illis esse *reliqui*." „Ex illis" est ex veste, argento, mancipiis.

II. § 76. „Qui — in proximum annum consulatum peteres — cum Gallicis et lacerna cucurristi." Nimis ridiculum est „cucurristi." Legendum „*accucurristi*," nam sequitur narratio de Antonii in Urbem adventu.

II. § 94. „Quis enim cuiquam inimicitior quam Deiotaro Caesar? aeque atque huic ordini, ut equestri, ut Massiliensibus, ut omnibus, quibus rem publicam populi Romani caram esse sentiebat." Duplex comparandi particula „aeque atque" et „ut" non nisi allatis similibus exemplis defendi poterit. Quae si desunt quatuor incisa uno membro comprehendenda erunt: „Aeque atque huic ordini *et* equestri *et* Massiliensibus *et* omnibus etc."

II. § 104. Antonius in M. Varronis fundum Casinatem invaserat, ab hasta Caesaris, ut ipse aiebat. „Remove gladios parumper illos quos videmus: iam intelliges aliam causam esse

Digitized by Google

hastae Caesaris, aliam confidentiae et temeritatis tuae; non enim te dominus modo illis sedibus, sed quivis amicus, vicinus, hospes, procurator arcebit." Innumeri apud scriptores latinos loci sunt in quibus sedes et aedes confunduntur. Idem hic accidisse videtur. Nam sedes non intelligitur nisi certi hominis, cuius significatio in „illis sedibus" desideratur. Tum dominus et sedes nomina sunt ex diverso rerum genere petita. Dominus enim est qui dominium habet, quod in sede nullum est: sedes autem ad vitam pertinet et domicilium, neque est domini sed habitantis. Denique qui it possessum non sedes intrat, sed fines, fundum, aedes, neque a sedibus arcetur, deiicitur, sed ab aedibus. Legendum videtur „illis *aedibus*."

III. § 6. Legio Martia relicto Antonio Albae consedit. „Quam potuit urbem eligere aut opportuniorem ad res gerundas, aut fideliorem, aut fortiorum virorum, aut amiciorum rei publicae civium." Urbs saepe ita ponitur ut cogitentur incolae, neque est reprehendendum, si quod hi sentiunt id urbi attribuitur. Itaque per se recte dicitur urbs amica, infesta, fidelis. Sed hoc loco primum urbs proponitur, ab incolis seiuncta, cum certa significatione loci („urbs opportuna ad res gerundas."); tum incolarum animi et virtutes commemorantur. In hac certe oratione quod hominum est ad locum transferre vitiosum est. In rhetorica quoque horum verborum compositione tenuitas membri „aut fideliorem" improbanda est. Fortasse Cicero scripsit: „aut *fideliorum ac* fortiorum virorum" cf. Or. III. § 39 „in municipio fidelissimo et fortissimo;" Or. IV. § 6. „Albae constiterunt in urbe opportuna munita propinqua, fortissimorum virorum, fidelissimorum civium atque optimorum;" Or. V. § 24. „In provinciam firmissimorum et fortissimorum civium;" quo loco equidem ab Halmio dissentiens „fortissimorum" retinuerim sed pro „firmissimorum" (coll. Or. VI. § 2 „coloniam vestram fidissimam fortissimamque") „*fidissimorum*" reposuerim.

Digitized by Google

V. § 11. „Quid? illi immanes quaestus ferendine, quos M. Antonii tota exhausit domus?" Pro *tota* coniecit Ernesti *una*, Halmius *tot una*. Locus sine dubio corruptus sed vulnus non in *tota* quaerendum esse videtur. Etenim quaestus exhaurire est pecuniam quaestu faciendo collectam ita consumere, ut nihil sit superfuturum. Quod si hoc loco significatur, domus Antonii ponitur pro M. Antonii victu, cultu, ceteris quae domus appellatione continentur. At locus de pecuniis perditis ac dissipatis supra absolvitur, hic de immensa pecunia agitur ex rei publicae venditione in aedes Antonianas congesta. Qua de re omnem dubitationem tollunt quae continuo sequuntur: „Decreta falsa vendebat, regna civitates immunitates in aes accepta pecunia iubebat incidi. — Calebant in interiore aedium parte totius rei publicae nundinae etc." Id certe non est quaestus exhaurire, sed haurire. Itaque sententia requirit „quaestus quos M. Antonii *hausit* domus." Loci vero unde hauserit significationem librarius omisit. In qua restituenda fortasse non spernenda est unius libri auctoritas *toto* pro *tota* exhibentis. Sententiae certe satisfacit „quos M. Antonii *toto* ex *orbe terrarum* hausit domus." Sed non minus recte dictum erit „q. M. A. tota ex *r. p.* hausit domus." Et alia reperiri poterunt aeque bona.

V. § 23. „C. Caesar — paucis diebus exercitum fecit." De hac re Cicero semper compositum verbum usurpat, quod hic quoque revocandum videtur: „exercitum *confecit*." cff. § 43: „subito praeter spem omnium exortus — confecit exercitum, quem furori M. Antonii opponeret." § 44: „ex Antonii amicis sed amicioribus libertatis contra Antonium confecit exercitum."

V. § 24. Antonius de exercitu Caesaris certior factus ex Urbe profugit. „At quo? In provinciam firmissimorum et fortissimorum civium, qui illum, ne si ita quidem venisset ut nullum bellum inferret, ferre potuissent, impotentem, iracundum, contumeliosum, superbum, semper poscentem, semper rapientem, semper ebrium." Hunc locum supra attigi non pertractavi. Nam in hac figura orationis incisa „impotentem,

Digitized by Google

iracundum, contumeliosum, superbum" et „semper poscentem, semper rapientem, semper ebrium" pari numero esse oportet. In prioribus unum de quatuor incisis abundat. Gravis suspicio est „iracundum" ex interpretatione praecedentis „impotentem" ortum esse.

VI. § 4. „Quamquam, Quirites, non est illa legatio sed denuntiatio belli, nisi paruerit. — Mittuntur enim qui nuntient, ne oppugnet consulem designatum" etc. Hic *denuntient* unice verum videtur, ut § 6, „non commisisset ut ei senatus tamquam Hannibali — denuntiaret, ne oppugnaret Saguntum.

VI. § 11. Nam Trebellium (Antonius) valde iam diligit: oderat tum, cum ille novis tabulis adversabatur: iam fert in oculis posteaquam ipsum vidit sine novis tabulis salvum esse non posse. Audisse enim vos arbitror, Quirites, quod etiam videre potuistis, quotidie sponsores et creditores L. Trebellii convenire. O fides! (hoc enim opinor Trebellium sumpsisse cognomen) quae potest esse maior fides quam fraudare creditores? domo profugere? propter aes alienum ire ad arma?" Cognomen Trebellii a nullo scriptore tradi testantur qui in eiusmodi rebus indagandis operam posuerunt. At hic a Cicerone Trebellium ipso cognomine appellatum fuisse vix potest dubitari: „O *Fide!*" (hoc enim opinor Trebellium sumpsisse cognomen) etc.

VI. § 13. „In foro L. Antonii statuam videmus, sicut illam Q. Tremuli, qui Hernicos devicit, ante Castoris. O impudentiam incredibilem! tantumne sibi sumpsit, quia Mylasis myrmillo Thraecem iugulavit familiarem suum? Quonam modo istum ferre possemus, si in hoc foro spectantibus vobis depugnasset?" Cicero hoc loco dissimulatione sermonis usus esse videtur, non ea valde lepida sed foro et Quiritium turbae satis accommodata: „*Quodammodo* istum ferre possemus, si in hoc foro spectantibus vobis depugnasset." Nam gladiatoribus palmae urbanae nobilissimae erant. Vulgata autem lectio non videtur commode posse explicari.

Digitized by Google

VII. § 1. „Adducta est enim, patres conscripti, res in maximum periculum et in extremum paene discrimen. Non sine causa legatorum missionem semper timui numquam probavi, quorum reditus quid sit allaturus ignoro: expectatio quidem quantum afferat languoris animis quis non videt?" Cicero si in scribendo nostram disciplinam adhibuisset, sine dubio post *probavi* semicolon posuisset, post *ignoro* comma.

VII. § 3. „Iam nunc fingunt responsa Antonii eaque defendunt. Alii postulare illum ut omnes exercitus dimittantur. — Alii remittere eum nobis Galliam citeriorem, illam ultimam postulare: praeclare! ex qua non legiones solum, sed etiam nationes ad Urbem conetur adducere. Alii nihil eum iam nisi modeste postulare. Macedoniam suam vocat omnino, quoniam C. frater est inde revocatus." Ex iis quae cummaxime agit Antonius demonstratur, quanto errore iudicetur nihil nisi modeste postulare. Itaque duae sententiae coniungendae sunt et superioribus accommodandae: „*qui* Macedoniam suam vocat."

VII. § 4. „Atque haec ii loquuntur, qui quondam propter levitatem populares habebantur. Ex quo intelligi potest animo illos abhorruisse semper ab optimo civitatis statu, non voluntate fuisse populares. Qui enim evenit ut, qui rebus improbis populares fuerint, iidem in re una maxime populari, quod eadem salutaris rei publicae sit, improbos se quam populares esse malint?" In hac argumentatione Cicero assumit quod erat demonstrandum. Nam qui rem popularem reiiciunt *quod* eadem rei publicae sit salutaris, ii sine dubio non voluntate sunt populares, sed perniciem rei publicae populi commodis praeponunt. Legendum est: „*quae* eadem salutaris rei publicae sit."

VII. § 14. „Quam turpe porro legiones ad senatum legatos mittere, senatum ad Antonium! quamquam illa legatio non est: denuntiatio est paratum illi exitium nisi paruerit huic ordini. Quid refert? tamen opinio est gravior." Haec ita constituenda sunt: „Quam turpe — Antonium! Quam-

Digitized by Google

quam illa legatio non est (denuntiatio est — ordini), quid refert? tamen opinio est *gravis*." In Vaticano *grui* et ex correctione *gravior*. Perperam. Nam sententia haec est: quamquam legatos non misimus, videri misisse grave est; nam ex hac opinione vires belli languescunt. Parenthesis „denuntiatio — ordini" ita possit cum oratione coniungi: „Quamquam illa legatio non est, *sed* denuntiatio paratum illi exitium nisi paruerit huic ordini, quid refert? etc. Neque absurda suspicio est *sed* post *est* excidisse. Verum traditae lectionis quam plurimâ retinere plerisque tutissimum videbitur.

VIII. § 1. „Victa est igitur propter verbi asperitatem te auctore nostra sententia. Vicit L. Caesaris — qui verbi atrocitate dempta oratione fuit quam sententia lenior." Haec commate non puncto disiungenda sunt.

VIII. § 7. „Dilectus tota Italia decreti sublatis vacationibus; saga cras sumentur; consul se cum praesidio descensurum esse dixit. Utrum hoc bellum non est? Ultima „Utrum hoc bellum non est?" a linea solent scribi et maxima distinctione seiungi a superioribus. Perperam. Eadem verba non integra tradita esse Halmius suspicatur coniicitque legendum esse: „Utrum hoc bellum *est*, *an* non est?" Utrumque dici posse videtur. Vide Topic. § 25. „Utrum igitur hactenus satis est?" Pro Flacco § 45. „Utrum enim est in clarissimis viris is quem iudicatum hic duxit Hermippus?"

VIII. § 12. „Sed quaeso, Calene, quid tu? servitutem pacem vocas? maiores quidem nostri non modo ut liberi essent, sed etiam ut imperarent arma capiebant: tu arma abiicienda censes ut serviamus? Quae causa iustior est belli gerendi quam servitutis depulsio? in qua etiam si non sit molestus dominus, tamen est miserrimum posse si velit." Qui „servitutem pacem vocas," et „tu arma abiicienda censes, ut serviamus" affirmantis esse censent, non interrogantis, recte iudicare videntur. In sequentibus vero legendum est: „tamen est miserrimum *esse* posse si velit."

Digitized by Google

VIII. § 17. In eadem disceptatione cum Caleno legitur: „Parva est enim mihi tecum aut parva de re dissensio? Ego huic faveo, tu illi? immo vero ego D. Bruto faveo, tu M. Antonio: ego conservari coloniam populi Romani cupio, tu expugnari studes." Sententiam horum verborum ita proponere licet: non mihi tecum dissensio est de hominibus humilioribus atque ignotis, quorum alter mihi alter tibi gratiosus sit quamquam pari sint dignitate atque virtute, sed de Bruto et Antonio dissentimus. Verum in tali causa argumentatio non nominandis dumtaxat viris absolvitur, sed virtutibus ac vitiis utriusque explicate proponendis et ponderandis. Praeterea si Cicero et Calenus de Bruto et Antonio dissentiebant non de re („aut parva de re") sed de hominibus dissensio erat. „Ego D. Bruto faveo, tu M. Antonio" magistro deberi videntur, qui „ego huic faveo, tu illi „explanavit." Quibus expunctis sententia haec est: non de hominibus sed de re gravissima dissentimus: „Ego huic faveo, tu illi? immo vero ego conservari coloniam populi Romani cupio, tu expugnari studes."

VIII. § 18. „Ego te, cum in Massilienses tam es acerbus, Q. Fufi, non animo aequo audio. Quousque enim Massiliam oppugnabis? ne triumphus quidem finem facit belli, per quem lata est urbs ea, sine qua numquam ex transalpinis gentibus maiores nostri triumphaverunt?" Libri *facit* et *fecit*, sed verum est *faciet*.

VIII. § 20. „Quam hesternus dies nobis, consularibus dico, turpis illuxit! iterum legatos! quid? si ille faceret inducias? Ante os oculosque legatorum tormentis Mutinam verberavit; opus ostendebat munitionemque legatis; ne punctum quidem temporis, cum legati adessent, oppugnatio respiravit. Ad hunc legatos?" In hac indignatione argumentatio qualis est „num aliud quid faceremus si ille faceret inducias" locum tueri non potest. Legendum est: „Quid? Ante os oculosque — verberavit; — respiravit. Ad hunc legatos?"

Digitized by Google

X. § 13. Equitatum „in Macedonia Cn. Domitius — a legato Syriaco abduxit." Quaerendum est an libera re publica legati ex provincia nomen habere potuerint, ut hic legatus Syriacus dicitur. In quaestore ceterisque magistratibus qui certam provinciam sortiebantur ea appellatio satis intelligitur; sed in legato, qui magistratui provinciali comes et adiutor negotiorum dabatur, non ipse provinciae praeponebatur, alia est ratio. Fortasse *Syriaco* delendum est.

X. § 15. „Qui autem hos exercitus ducunt? Ii, credo, qui C. Caesaris res actas everti, qui causam veteranorum prodi volunt. Si ipse viveret C. Caesar acrius, credo, acta sua defenderet, quam vir fortissimus defendit Hirtius: aut amicior causae quisquam inveniri potest quam filius?" Caeraris res actae locutio est plane singularis; *res* praecedentis syllabae dittographia videtur et „Caesaris *acta*" reponendum esse. Tum restituendum „aut amicior causae *veteranorum* quisquam inveniri potest quam filius?" Si veteranorum nomen abest causa contra sententiam oratoris de defensione actorum Caesaris accipiatur necesse est.

X. § 18. „Quae, malum! est ista ratio semper optimis causis veteranorum nomen opponere? Quorum etiam si amplecterer virtutem, ut facio, tamen, si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. At nos conantes servitutis vincula rumpere impediet, si quis veteranos nolle dixerit? Non sunt enim, credo, innumerabiles, qui pro communi libertate arma capiant; nemo est praeter veteranos milites vir, qui ad servitutem propulsandam ingenuo dolore excitetur. Potest igitur stare res publica freta veteranis sine magno subsidio iuventutis? quos quidem vos libertatis adiutores complecti debetis, servitutis auctores sequi non debetis." In „At nos etc." nihil obiicitur iis quae modo proposita sunt, sed mutata forma in eadem re pergit oratio; itaque coniunctio interrogativa requiritur: „*An* nos etc." Sequentia „Potest igitur stare res publica — iuventutis?" sive ita explicantur ut significent: non potest stare res publica etc.; sive: potest stare etc., falsa est argumentationis conclusio haec: sunt praeter

Digitized by Google

veteranos iuvenes innumerabiles qui pro re publica arma capiant: non potest igitur stare sine illis iuvenibus res publica. Neque sanior erit conclusio: potest igitur stare. Itaque aut aliquid ante „Potest" excidisse statuendum est, aut mutato verborum ordine legendum: „Potest igitur stare res publica *sine veteranis freta* magno subsidio iuventutis." Haec autem erunt affirmantis non interrogantis.

XI. § 5. „Cervicibus fractis caput abscidit idque adfixum gestari iussit in pilo: reliquum corpus tractum atque laniatum abiecit in mare." Non tantum Vaticani primae manui tribuendum erat, ut propter hanc unam auctoritatem „atque laniatum" expungeretur. Quae verba si Cicero non addidit, omisit certe etiam „tractum" nam „corpus tractum abiecit in mare" nullam imaginem menti proponit.

XI. § 26. Cicero censet bellum contra Dolabellam decernere parato homini qui iam imperium habeat. „Quis igitur is est? Aut M. Brutus aut C. Cassius aut uterque. Decernerem plane, sicut multa in consulibus, alterum ambosve, ni Brutum" etc. *In* ante „consulibus" de coniectura illatum est, sequentia quoque multis modis tentata. Mihi librorum scriptura sana videtur. Alter ambove formula est quae in negotiis consulibus decernendis tam crebro recurrebat, ut qui rem alteri ambobusve mandandam censeret per breviloquentiam dicere posset: decerno ALTER AMBOVE. Sed Latini in tali syntaxi nomina et alia declinabilia ad formam totius sententiae accommodare solent. Ita rectè dicitur: decerno alterum ambosve, sicut multa consulibus decernuntur.

XI. § 27. „Nam et Brutus et Cassius multis iam in rebus ipse sibi senatus fuit. Necesse est enim in tanta conversione et perturbatione omnium rerum temporibus potius parere quam moribus. Nec enim nunc primum aut Brutus aut Cassius salutem libertatemque patriae legem sanctissimam et morem optimum indicavit." Parere moribus hoc loco est servare morem maiorum, instituta rei publicae atque maio-

Digitized by Google

rum exempla sequi. In hac significatione pluralis *mores* sine dubio praeter consuetudinem positus est; sed post *temporibus* aures postulabant *moribus*. Eiusdem generis esse videtur in Pison. § 30. „qui eius civitatis in qua in principum numero vultis esse non leges, non instituta, non mores, non iura noritis." Sine dubio consuetudo *morem* postulat non *mores;* sed inter cetera nomina pluralis numeri *morem* insuave est: contra „non leges non instituta, non mores non iura" aequabilitate terminationum auribus blanditur. Ita ne aures offenderentur verborum proprietas posthabita est.

XI. § 36. „Animadverti, patres conscripti, exaudiri etiam nimium a me Brutum ornari." Imo: „*exaudivi* etiam, nimium" etc. Liber Tegernseensis *exaudi rui* i. e. *exaudivi* vel *exaudiri* parem auctoritatem utrique lectioni conciliat; utra autem vera sit sequentia demonstrant: „vide, inquit, ne veteranos offendas: hoc enim vel maxime exaudio" § 37.

XIII. § 9. „Quamquam enim magnas res bellicas gesserat (M. Lepidus) et triumpho dignas, non erat tamen ei tribuendum, quod nec L. Aemilio nec Aemiliano Scipioni nec superiori Africano nec Mario nec Pompeio, qui maiora bella gesserunt: sed quod silentio bellum civile confecerat cum primum licuit, honores in eum maximos contulistis." Bellum silentio conficere est ita conficere, ut aut ipse de pace sileas et neminem certiorem facias, aut ceteri omnes conciliatam pacem nulla mentione dignam putent. Quis autem illud sive imperatoris, sive civium, silentium maximis inusitatisque honoribus ornabit? In *silentio* latet *sapientia*, vel *clementia*, vel aliud nomen eius generis. Vide Or. V. § 39 et 40.

XIII. § 17. „Nam si ipse (M. Antonius) servire poterat, nobis dominum cur imponebat? et si eius pueritia pertulerat libidines eorum, qui erant in eum tyranni, etiamne in nostros liberos dominum et tyrannum comparabat? Itaque illo interfecto qualem in nos eum (Caesarem) esse voluit, talis ipse in ceteros exstitit." Sententia pro *comparabat* requirit *cor-*

Digitized by Google

parare debebat, vel eiusmodi quid. Tum in sequentibus certe ineptum *in ceteros* delendum est. Oppositio verbis continetur: qualem Caesarem *esse voluit* ipse *exstitit*. „Qualem in nos eum esse voluit" libri vario ordine exhibent. Dubitari potest, annon *in nos* quoque insiticium sit. Satis est enim in hac sententia „qualem eum esse voluit talis ipse exstitit." Si *in nos* retinebitur, cum Lag. 55 legendum erit „qualem eum in nos esse voluit, talis ipse [in ceteros] exstitit."

XIII. § 19. „Caesaris enim incredibilis ac divina virtus latronis impetus crudeles ac furibundos retardavit: quem tum ille demens laedere se putabat edictis, ignorans quaecumque falso in eum diceret [in sanctissimum adolescentem], ea vere recidere in memoriam pueritiae suae." Verba „in sanctissimum adolescentem" in commemoratione flagitiosae Antonii pueritiae firmum praesidium habent. Itaque emendatio huius loci ita instituenda est, ut ea verba retineri possint. Legendum videtur: „quaecumque falso *ediceret* in sanctissimum adolescentem ea vere recidere in memoriam pueritiae suae." Libri complures *falso diceret* omissis *in eum*.

XIII. § 24. „Equidem negare non possum a Caesare Hirtium ornatum, sed illa ornamenta in virtute et industria posita lucent. Tu vero, qui te ab eodem Caesare ornatum negare non potes, quid esses, si tibi ille non tam multa tribuisset? Ecquo te tua virtus provexisset? ecquo genus? In lustris, popinis, alea, vino tempus aetatis omne consumpsisses" etc. Librorum „ecquo genus?" merito spernitur; neque Ursini „ecquo ingenium?" probari potest; nam ingenium et industria facultates sunt longe diversae, ita ut quod alter ingenio alter industria profecerit inter se comparari non possint. In hac oratione ipsum „industria" necessarium est: „ecquo *industria?*" Nomen ante sequens *in lustris* omissum erat. Lacuna neminem latere potuit. Explevit sine iudicio nescio quis.

XIV. § 4. „Caesar cum exercitu per se comparato, cum primis pestibus rem publicam liberasset, ne quid postea

Digitized by Google

sceleris oriretur, profectus est ad eundem Brutum liberandum." Locus sine dubio corruptus, sed levi fortasse medicina sanabilis legendo „cum *primum* pestibus rem publicam liberasset."

XIV. § 7. „Supplicationem decernitis (imperatoribus qui Antonium iusto proelio vicerunt: Antonium) hostem non appellatis. Gratae vero nostrae dis immortalibus gratulationes erunt, gratae victimae, cum interfecta sit civium multitudo! De improbis, inquit, et audacibus; nam sic eos appellat clarissimus vir: quae sunt urbanarum maledicta litium, non inustae belli internecivi notae. Testamenta, credo, subiiciunt aut eiiciunt vicinos aut adulescentulos circumscribunt; his enim vitiis affectos et talibus malos aut audaces appellare consuetudo solet. Bellum inexpiabile infert —; Dolabellae — facinus — suo consilio factum esse testatur —. Est igitur quisquam qui hostes appellare non audeat?" etc. *Aut* inter *malos* et *audaces* de coniectura interpositum est. Praeter probabilitatem quamdam ex aestimata omittendi occasione profectam nihil habet ea emendatio quo se commendet. Nam post „de improbis *et* audacibus" malos *aut* audaces vitiosum est. Sed alia in eodem loco insunt admodum suspiciosa. Etenim disputatur quo nomine Antoniani recte appellentur, hostium cum Cicerone, an improborum et audacium cum Servilio. In eo autem argumento ita Cicero versatur, ut demonstret non fecisse Antonianos, quod qui faciunt communi sermonis usu improbi et andaces appellentur, sed ea admisisse, quae qui admittunt ab omnibus hominibus Latinis nominentur hostes: ergo Servilium non recte improborum et audacium nomine usum esse. Tota igitur disputatio ipsorum verborum disceptatione continetur quibus Servilius usus est, neque licet in iis quidquam mutare aut pro iis alia ponere, ne ea quidem quae prorsus idem valeant. Itaque cum Servilius Antonianos „*improbos* et audaces" dixisset, nullo modo defendi potest in hac disputatione subiici verba „*malos* et audaces." Iterum eadem verba requiruntur quae supra posita sunt: „*improbos et* audaces." Sed ne ita quidem oratio vitio carebit. Nam falsa testamenta, vis, adulescentulorum circumscriptiones sce-

Digitized by Google

lera sunt et ex vitiosa natura orta facinora, non vitia. Denique videndum erit aevine sit Ciceronis vulgarem sermonis usum uno nomine consuetudinis indicare. „His enim vitiis affectos et talibus malos aut audaces appellare consuetudo solet" delenda videntur.

XVI. § 9. „Quas enim turpitudines Antonii libenter cum dedecore subierunt, easdem per vim laetantur aliis se intulisse." Iterum Ciceronis orationem corrector exigui iudicii insulso additamento corrupit, qui non intelligeret totam sententiam absolvi si dictum esset Antonios *libenter* subiisse quae alii non nisi *per vim* patiuntur. „Cum dedecore" expungendum est.

XIV. § 13. Sermo erat, Ciceronem quoque arma in patriam parare. „Nonne satis est ab hominibus virtutis ignaris gratiam bene merentibus non referri? Etiam in eos, qui omnes suas curas in rei publicae salute defigunt impetus crimen̄ [invidiaque] quaeretur?" Halmii palmaria emendatio *impietatis* pro *impetus* scribentis ambabus manibus amplectenda est, sed in eo a viro clarissimo dissentiendum, quod *invidiaque* tamquam glossema abiicit. Nam crimina quaerit accusator ut reum damnet, in homines populo acceptos invidia criminibus quaeritur. Legendum videtur: „*impietatis crimine invidia* quaeretur." In „invidiaque" coniunctio ex sequentis syllabae repetita scriptione orta est: qui error correctionem „crimen" pro „crimine" peperit.

XIV. § 21. „Necesse est eos qui re sunt hostes verbis notari, sententiis nostris hostes iudicari." „Verbis notari" in hac re vitiosum est, requiritur certe „*verbo* notari." Sed haec delere praestat quam corrigere.

XIV. § 23. „Civile bellum consul Sylla gessit; legionibus in urbem adductis quos voluit expulit, quos potuit occidit: supplicationis mentio nulla. Grave bellum Octavianum insecutum est: supplicatio Cinnae nulla victori. Cinnae victoriam imperator ultus est Sylla: nulla supplicatio decreta a

Digitized by Google

senatu." Compositio totius loci demonstrat Ciceronem scripsisse „supplicatio nulla victori." Si Cinnae nomen addidissit certe non hoc loco posuisset. In sequentibus: „Eos enim cives pugna illa (Pharsalia) sustulerat, quibus non modo vivis sed etiam victoribus incolumis et florens civitas esse posset," sententiam perspexit homo Italus, qui in Lag. 55 inverso ordine scripsit: „quibus non modo *victoribus* sed etiam *vivis* incolumis et florens civitas esse posset."

XIV. § 29. „Est autem fidei pietatisque nostrae declarare fortissimis militibus quam memores simus quamque grati. Quam ob rem promissa nostra atque ea, quae legionibus bello confecto tributuros nos spopondimus hodierno senatus consulto renovanda censeo; aequum est enim militum, talium praesertim, honorem coniungi. Atque utinam, patres conscripti, civibus omnibus solvere nobis praemia liceret! quamquam nos ea quae promisimus studiose cumulateque reddemus." Sententia haec est: Utinam omnes milites (non *cives*) tam bene de re publica meriti essent, quam ii qui cum Hirtio, Pansa, Caesare pugnaverunt! „*civibus*" delendum est.

XIV. § 34. „Atque etiam censeo, patres conscripti, quae praemia militibus promisimus nos re publica recuperata tributuros, ea vivis victoribusque cumulate, cum tempus venerit, persolvenda: qui autem ex iis, quibus illa promissa sunt, pro patria occiderunt, eorum parentibus, liberis, coniugibus, fratribus eadem tribuenda censeo." Alterum *censeo* in fine huius loci abundat; ut „persolvenda" prius membrum apte concludit, ita „tribuenda" posterius.

XIV. § 36. „Cumque A. Hirtius consul, imperator, proelio audito, re cognita fortissimo praestantissimoque animo exercitum castris eduxerit etc." Ante „re cognita" otiosum „proelio audito" delendum videtur. Videatur § 27. „Quid dicam de Hirtio? qui re audita e castris duas legiones eduxit."

Digitized by Google

Infinitivum ποιῆσαι, et nihil opus esse novum addere verbum, quod et sententiam oneret, et periodi dissolvat harmoniam. Quare γενέσθαι eliminandum esse iudico.

Unam literam abiectam velim in his § 3 Ἐβουλόμην δ' ἄν, ὦνδρες, ὥσπερ ὠφέλιμόν ἐστι τῇ πόλει εἶναι τοὺς κρίνοντας ἐν ταύτῃ τοὺς παρανομοῦντας, οὕτω καὶ φιλάνθρωπον κτἑ. Nimirum Graeca oratio erit: τοὺς κρίνοντας ἐν αὐτῇ τοὺς παρανομοῦντας.

Peccatum est a librariis contra Atticorum etymologiam initio § 10, ubi ita scribitur: εὖ δ' ἴσε, ὦνδρες, ὅτι οὐ μόνον τοῦτον νῦν κολάσετε κατεψηφισμένοι, ἀλλὰ καὶ τοὺς νεωτέρους ἅπαντας ἐπ' ἀρετὴν προτρέψετε. Requirit enim veterum consuetudo, ut rescribamus: κολάσεσθε κατεψηφισμένοι κτἑ.

Repetenda est praepositio initio § 14 in his: Δεῖ δ', ὦνδρες, μηδὲ ταῦτα λαθεῖν ὑμᾶς, ὅτι οὐχ ὅμοιός ἐστιν ἀγὼν περὶ τούτου καὶ τῶν ἄλλων ἰδιωτῶν. Postulat enim sententia, ut legamus περὶ τούτου καὶ περὶ τῶν ἄλλων [1]). Praeterea reponatur: μηδὲ τοῦτο λαθεῖν κτἑ.

Frequens est in MS. confusio praepositionum ἐπί et εἰς. Perspicuum est huic non illi locum esse in § 17 principio, ubi editur: Λεωκράτης δὲ τούτων οὐδενὸς φροντίσας, συσκευασάμενος ἃ εἶχε χρήματα μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τὸν λέμβον κατεκόμισε, τῆς νεὼς ἤδη περὶ τὴν ἀκτὴν ἐξορμούσης.

Aliquanto gravius laborant, quae sub finem eiusdem § in hunc modum leguntur: οὐδὲ τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος καὶ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Σωτείρας ἀφορῶν καὶ προδιδοὺς ἐφοβήθη, οὓς αὐτίκα σώσοντας ἑαυτὸν ἐκ τῶν κινδύνων ἐπικαλεῖται. Intelligam: οὐδὲ τὴν ἀκρόπολιν — ἀφορῶν προδιδοὺς ἐφοβήθη κτἑ. i. e. *nec pertimuit, quum e longinquo proditam a se arcem respiceret.*

Duplici errore (§ 19) liberanda sunt verba: πρῶτον μὲν τὰς τῶν γειτόνων καὶ τῶν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ κατοικούντων οἳ τοῦτον ἴσασιν ἐν τῷ πολέμῳ φυγόντα καὶ ἐκπλεύσαντ' Ἀθήνηθεν,

---

[1]) Idem mendum tolle § 104. ubi legas, repetita praepositione: ὥς' οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς αὐτῶν πατρίδος ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάσης τῆς Ἑλλάδος ὡς κοινῆς ἤθελον ἀποθνήσκειν. Ibidem dele praepositionem ἐν ante Μαραθῶνι. Cf. epigramma § 109 extr.

Digitized by Google

ἔπειτα τῶν παραγενομένων εἰς Ῥόδον κτἑ. Nam corrigendum: οἳ τουτονὶ ἴσασιν et ἔπειτα δὲ τῶν κτἑ. [1]).

Nomen proprium abesse malim in his § 25: ἄξιον δ' ἐστὶν ἐφ' οἷς μέλλω λέγειν ἀγανακτῆσαι καὶ μισῆσαι τουτονὶ [Λεωκράτην], sin minus, inverso ordine scripsisset Λεωκράτη τουτονί, ut recte legitur v. c. § 39.

In eodem § bis medica manus adhibenda hisce: ὅτι ἐκ τῆς πατρίδος αὐτὰ (τὰ ἱερά scil.) κινήσας συμφεύγειν αὐτῷ, ἐκλείποντα τοὺς νεὼς καὶ τὴν χώραν ἣν κατεῖχεν, ἠξίωσε καὶ ἱδρύσασθαι ἐπὶ ξένης καὶ ἀλλοτρίας κτἑ. Quae verba sanissima erunt, ubi rescripseris ἐκλιπόντα et ἱδρῦσθαι, nam sic demum recte ex eodem verbo ἠξίωσε hic Infinitivus pendet cum altero συμφεύγειν.

§ 27: ἔπειτα τὸν προδόντα μὲν ἐν τῷ πολέμῳ, σιτηγήσαντα δὲ παρὰ τοὺς νόμους, μὴ φροντίσαντα δὲ μήθ' ἱερῶν μήτε πατρίδος μήτε νόμων, τοῦτον ἔχοντες ἐν τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ οὐκ ἀποκτενεῖτε καὶ παράδειγμα τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ποιήσετε; κτἑ. Verum videtur: τοῦτον ἔχοντες ὑπὸ τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ; nisi quod praeterea dubito, an genuinum sit pronomen ὑμετέρᾳ, quo optime careas. Conferatur § 2 huius orationis: ὑμᾶς δ' ὡς ὑπὲρ πατέρων καὶ παίδων καὶ γυναικῶν καὶ πατρίδος καὶ ἱερῶν βουλευομένους, καὶ ἔχοντας ὑπὸ τῇ ψήφῳ τὸν προδότην ἁπάντων τούτων ἀπαραιτήτους δικασὰς (ποιῆσαι εὔχομαι τῇ Ἀθηνᾷ).

Articulum excidisse crediderim § 29: ὁ γὰρ τὸν πάντ' αὐτῷ συνειδότων ἔλεγχον φυγὼν ὡμολόγηκεν ἀληθῆ εἶναι τὰ εἰσηγγελμένα. Reponatur: ὁ γὰρ τὸν τῶν πάντ' αὐτῷ κτἑ. Codd. variant inter τὸν πάντων αὐτῷ et τῶν πάντων αὐτῷ. Scheibio debetur πάντ' [2]). In sqq. pro δημοτικόν cum Ernestio et Reiskio utique corrigendum δημοτικώτατον.

---

[1]) Eundem errorem castiga § 55: πρῶτον μὲν γὰρ — ἔπειτα οὐ μετὰ τῆς ἑταίρας κτἑ. Lege: ἔπειτα δ' οὐ μετὰ κτἑ.

[2]) Similiter § 50 extr., inserto articulo, scripserim: οὐκ ἰδίᾳ πολεμοῦντες ἀλλ' ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας προκινδυνεύοντες. Magis etiam manifestus est idem error § 51: ὥσπερ τοίνυν τοῖς εὐεργέταις μεγίσας τιμὰς ἀπονέμετε, οὕτω δίκαιον καὶ τοὺς τὴν πατρίδα καταισχύνοντας καὶ προδιδόντας ταῖς ἐσχάταις τιμωρίαις κολάζειν. Docent enim opposita ταῖς

Digitized by Google

Interpolatorem deprehendisse mihi videor in hisce (§ 34): *εἰ μὲν ὁμολογεῖ τὰν τῇ εἰσαγγελίᾳ ἀληθῆ καὶ ὅσια* (corruptum) *εἶναι, τί οὐ τῆς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίας τυγχάνει; εἰ δὲ μή φησι* [*ταῦτα ἀληθῆ εἶναι*], *τί οὐ παραδέδωκε τοὺς οἰκέτας καὶ τὰς θεραπαίνας;* Idem aut alius non abstinuit manum a § 36 extr.: *καί μοι λαβὲ τὸ ψήφισμα* [*γραμματεῦ*] *τὸ Ὑπερείδου καὶ ἀναγίγνωσκε.* Recte substantivum omissum videbis § 20 extr. § 23 extr. § 28 extr. § 80 extr. § 125 extr. § 129 extr. § 146 extr. Contra expungatur § 77 init. § 114 extr. et § 118 extr.

Perpensita quoque, quaeso, an elegans in paucis orator § 39 scribere potuerit in hunc modum: *καίτοι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, ὦνδρες, τίς οὐκ ἂν τὴν πόλιν ἠλέησεν, οὐ μόνον πολίτης ἀλλὰ καὶ ξένος ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἐπιδεδημηκώς;* Si res mei esset arbitrii, una litura delerem languida ista *ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις*, quem pannum magistellus, ut opinor, non assuisset, si intellexisset *ἐπιδεδημηκώς* Attice vix differre ab *ἐπιδημῶν*; nisi quod Perfecto mora significatur diuturnior.

In § 40 video te in ora libri tui apposuisse signum interrogandi, ad haec verba: *ὁρᾶν δ' ἦν ἐπὶ μὲν τῶν θυρῶν γυναῖκας ἐλευθέρας περιφόβους κατεπτηχυίας καὶ πυνθανομένας κτἑ.*, sublito vocabulo *περιφόβους*. Nempe te, opinor, non fugiebat illud vocabulum vicini *κατεπτηχυίας* interpretamentum esse. Quare fidenter id in nova quam paras editione expungas. Idem signum apposuisti corrupto vocabulo *ὁρωμένας*. Inter plurimas, quae prolatae sunt a viris doctis coniecturas, mihi quidem unice placet *ὀδυρομένας*.

Rectissime tu § 43 initio ante *ὅπλα* articulum inseris in his: *καὶ μήτε ὅπλα θέμενον ὑπὲρ τῆς πατρίδος μήτε τὸ σῶμα παρασχόντα τάξαι.* Scribis nempe *τὰ ὅπλα*. Vide tamen an admittenda sit crasis *θὥπλα*. Ita confusa erunt ΘΟΠΛΑ et ΟΠΛΑ, eamque causam esse suspicor, cur toties ante hoc ipsum substantivum articulus perierit. Alium tibi in Leo-

---

ἐσχάταις τιμωρίαις reponendum esse *τὰς μεγίστας τιμάς*. Contra articulus male abundat in § 128: *ἀσφαλέστερον γὰρ ἕκαστος ὑμῶν τὴν δικαίαν καὶ* [*τὴν*] *εὔορκον ψῆφον θήσεται.* Intelligitur enim unus idemque calculus.

Digitized by Google

cratea locum indicabo ubi idem vulnus eodem modo curandum est. Legimus enim § 77: *τίνα δ' ἂν τρόπον* ΟΠΛΑ *καταισχύνειέ τις μᾶλλον, ἢ εἰ λαβεῖν μὴ θέλει καὶ τοὺς πολεμίους ἀμύνασθαι.* Sed haud dubie reponendum ΘΟΠΛΑ i. e. *θῶπλα*, ut rectissime editur § 76 *ὑμῖν γὰρ ἔστιν ὅρκος — μήτε τὰ ἱερὰ ὅπλα καταισχυνεῖν μήτε τὴν τάξιν λείψειν κτἑ.*

Uncinis significabo quae ab interpolatore profecta esse mihi persuadeo in his quae leguntur § 43, 44. *ὥστε, ὦνδρες, τὸν ἐν τοῖς τοιούτοις Φόβοις καὶ τηλικούτοις κινδύνοις ἐγκαταλιπόντα τὴν πόλιν, καὶ μήτε θῶπλα θέμενον ὑπὲρ τῆς πατρίδος μήτε τὸ σῶμα παρασχόντα τάξαι τοῖς στρατηγοῖς, ἀλλὰ Φυγόντα καὶ προδόντα τὴν τοῦ δήμου σωτηρίαν τίς ἂν ἢ δικαιὴς Φιλόπολις καὶ εὐσεβεῖν βουλόμενος ψήΦῳ ἀπολύσειεν ἢ ῥήτωρ κληθεὶς τῷ προδότῃ τῆς πόλεως βοηθήσειε, τὸν οὐδὲ συμπενθῆσαι τὰς τῆς πατρίδος συμΦορὰς τολμήσαντα, οὐδὲ συμβεβλημένον οὐδὲν εἰς τὴν τῆς πόλεως καὶ τοῦ δήμου σωτηρίαν; καίτοι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους οὐκ ἔστιν ἥτις ἡλικία οὐ παρέσχετο ἑαυτὴν [εἰς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν], ὅθ' ἡ μὲν χώρα τὰ δένδρα συνεβάλλετο κτἑ.* Ad *παρέσχετο ἑαυτήν* cogitando supple e praegressis *τάξαι τοῖς στρατηγοῖς.* Praeterea exspectaveram: *τῷ οὐδὲ συμπενθῆσαι — τολμήσαντι οὐδὲ συμβεβλημένῳ*, nam unde, quaeso, haec pendent nisi a verbo *βοηθήσειε*? Contra vereor, ne insiticia sint vocabula: *τῷ προδότῃ τῆς πόλεως.* Nihil igitur amplius requirerem in hac scriptura: — *ἢ (τίς) ῥήτωρ κληθεὶς βοηθήσειε τῷ οὐδὲ συμπενθῆσαι τὰς τῆς πατρίδος συμΦορὰς τολμήσαντι, οὐδὲ συμβεβλημένῳ οὐδὲν εἰς τὴν τῆς πόλεως καὶ τοῦ δήμου σωτηρίαν; καίτοι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους οὐκ ἔστιν ἥτις ἡλικία οὐ παρέσχεθ' ἑαυτήν, ὅθ' ἡ μὲν χώρα τὰ δένδρα συνεβάλλετο κτἑ.*

Duo vocabula transponenda videntur in extrema § 58, ubi ita legimus: *ὥς' ἂν μέν τι περὶ τούτων λέγῃ, οὐδ' ὑμᾶς ἐπιτρέψειν αὐτῷ νομίζω.* Diligenter perlectis, quae praecedunt, intelliges voculam *οὐδέ* iungendam esse cum *ἐπιτρέψειν*, non cum *ὑμᾶς*, itaque alterutro modo Lycurgum dedisse, aut *ὑμᾶς οὐδ' ἐπιτρέψειν* aut *οὐδ' ἐπιτρέψειν ὑμᾶς αὐτῷ νομίζω.*

Suspecta habeo, quae uncis circumdedi in praeclara illa sententia, quae initio § 61 sic scripta exstat: *ὥσπερ γὰρ ἀν-*

Digitized by Google

θρώπῳ ζῶντι μὲν ἐλπὶς ἐκ τοῦ κακῶς πρᾶξαι μεταπεσεῖν, τελευτήσαντι δὲ συναναιρεῖται πάντα δι' ὧν ἄν τις εὐδαιμονήσειεν, οὕτω καὶ περὶ τὰς πόλεις συμβαίνει πέρας ἔχειν τὴν ἀτυχίαν ὅταν ἀνάσατοι γένωνται. [εἰ γὰρ δεῖ τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, πόλεώς ἐστι θάνατος ἀνάσατον γενέσθαι] τεκμήριον δὲ μέγιστον· ἡμῶν γὰρ ἡ πόλις κτέ. Ut enim taceam Graecum esse τὸ ἀνάσατον γενέσθαι, et Lycurgum, ne tam brevi intervallo bis eadem repeterentur, potius scripturum fuisse: πόλεως τοῦτ' ἔστι θάνατος, tanta inest ex mea quidem sententia huic additamento ἀπειροκαλία, ut vel hoc solo argumento oratori abiudicandum esse censeam. Tu, quaeso, etiam diligenter consideres, an vitio careant ipsa sequentia: ἡμῶν γὰρ ἡ πόλις τὸ μὲν παλαιὸν ὑπὸ τῶν τυράννων κατεδουλώθη, τὸ δ' ὕστερον ὑπὸ τῶν τριάκοντα· καὶ ἐκ τούτων ὅμως ἀμφοτέρων ἠλευθερώθημεν κτέ. Omisi, quae interpolatori deberi acute tu perspexisti; sed num tu Graecum esse putas: ἐλευθερωθῆναι ἐκ τυράννων? Ego nullus dubito, quin praepositio ἐκ errore nata sit e praecedenti vocula καί. Legendum igitur: καὶ τούτων ὅμως ἀμφοτέρων ἠλευθερώθημεν κτέ. i. e. *et utrisque liberati sumus, tum tyrannis, tum XXX viris.*

Contra vocabulum periisse puto § 62 in verbis: ὡς ἅπαξ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κατεσκάφη, τὸν αἰῶνα ἀοίκητός ἐστι. Sermo est de urbe Troia, quae ἅπαντα τὸν αἰῶν' ἀοίκητός ἐστιν. Cf. § 7, § 106 et § 110 huius orationis.

Saepius peccatur uno eodemque errore in § 63 primum in his: ὡς οὐδὲν ἂν παρ' ἕν' ἄνθρωπον ἐγένετο τούτων. Intelligitur τὸ ἀνάσατον γενέσθαι τὴν πατρίδα, itaque corrigendum: ὡς οὐδὲν ἂν — τοιοῦτον. Mox scribitur: εἰ μὲν γὰρ ὁμολογοῦσι τὴν πατρίδα αὐτὸν ἐκλιπεῖν, τοῦτο συγχωρήσαντες ὑμᾶς ἐάτωσαν διαγνῶναι περὶ τοῦ μεγέθους, εἰ δ' ὅλως μηδὲν τούτων πεποίηκεν, οὐ μανία δήπου τοῦτο λέγειν ὡς οὐδὲν ἂν γένηται παρὰ τοῦτον; Quot verba tot menda. Ne longus sim, locus corrigendus mihi videtur in hunc modum: εἰ μὲν γὰρ ὁμολογοῦσι τὴν πατρίδ' αὐτὸν ἐγκαταλιπεῖν, τοῦτο συγχωρήσαντες ὑμᾶς ἐώντων διαγνῶναι περὶ τοῦ μεγέθους * *, εἰ δ' ὅλως μηδὲν τοιοῦτο πεποίηκε, καὶ ὡς μανία δήπου τὸ λέγειν, ὡς οὐδὲν ἂν γένοιτο παρ' ἕνα τοιοῦτον. *Si enim assentiuntur, patriam ab eo esse destitutam,*

Digitized by Google

hoc concedentes vestro iudicio permittant, ut de maleficii magnitudine feratis sententiam —, sin vero omnino nihil tale commisit, vel sic tamen mera profecto insania est perhibere, fieri non posse, ut eiusmodi quid per unum civem civitati accidat. In his utcunque restituendis accepi a te ἐώντων et τὸ λέγειν et παρ' ἕνα pro παρά, quae egregia emendatio est. Lacuna, quam indicavi, expleri poterit v. c. Genitivo τοῦ ἁμαρτήματος, cf. § 66: vel τοῦ ἀδικήματος; sed nescio, annon plura exciderint.

§ 67. καὶ οὐ τοῦτο λογιεῖσθ', εἰ εἷς ἐστι μόνος ἄνθρωπος, ἀλλ' εἰς τὸ πρᾶγμα. Fortasse: ἀλλ' εἰ ἀληθὲς τὸ πρᾶγμα. Minus lene fuerit: ἀλλ' εἰ τὸ πρᾶγμα (πεποίηκε) cl. § 90.

§ 70 extr. ἆρα γ' ὅμοιον τῷ Φεύγοντι τὴν πατρίδα τεττάρων ἡμερῶν πλοῦν; Scribendum aut ὅμοιοι, ut iam ab aliis coniectum est, aut τῷ Φεύγειν τὴν πατρίδα. Sequitur §. 71 init. ἦ που ταχέως ἂν ἠνέσχετό τις ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τοιοῦτον ἔργον. Immo vero τάχ' ἄν i. e. *fortasse*, quo adiecto augetur ironia.

Videsis, an, ducibus Graecitate et sana ratione, recte agnoverim interpolatorem in his, quae leguntur initio § 73: καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς νίκης οὐ τοὺν Σαλαμῖνι τρόπαιον ἀγαπήσαντες ἔστησαν, ἀλλ' ὅρους τοῖς βαρβάροις πήξαντες [τοὺς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος] καὶ τούτους κωλύσαντες μὴ ὑπερβαίνειν, συνθήκας ἐποιήσαντο μακρῷ μὲν πλοίῳ μὴ πλεῖν ἐντὸς Κυανέων καὶ Φασήλιδος, τοὺς δ' Ἕλληνας αὐτονόμους εἶναι κτἑ.

Similiter tria vocabula interpretamenti speciem prae se ferunt in § 79: τοὺς μὲν γὰρ ἀνθρώπους πολλοὶ ἤδη ἐξαπατήσαντες καὶ διαλαθόντες οὐ μόνον τῶν παρόντων κινδύνων ἀπελύθησαν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἀθῷοι [τῶν ἀδικημάτων τούτων] εἰσίν. In vicinia obiter corrigas Πλαταιᾶσι pro ἐν Πλαταιαῖς.

§ 80 extr.: καὶ γὰρ παλαιῶν ὄντων τῶν τότε πεπραγμένων ὅμως συχνῶς ἔστιν ἐν τοῖς γεγραμμένοις ἰδεῖν τὴν ἐκείνων ἀρετήν. Malim καίπερ γὰρ κτἑ. cf. § 75 § 82 init. Οὕτω τοίνυν, ὦνδρες, ἐνέμειναν ἐν τούτῳ πάντες. Expungatur praepositio ἐν, quae sensu translato Graece omittitur. Graecum est ἐμμένειν ἐν τῇ χώρᾳ, sed τῷ ὅρκῳ, ταῖς σπονδαῖς cet. In eadem § τοὺς μὲν προγόνους ὑμῶν ἀποθνήσκειν τολμᾶν ὥσε[illegible]

Digitized by Google

τὴν πόλιν ἀδοξεῖν, ὑμᾶς δὲ μὴ κολάζειν τοὺς καταισχύναντας αὐτήν. Oppositorum ratio postulat: ὑμᾶς δὲ μηδὲ κολάζειν κτἑ. Similiter voculam necessariam intercidisse iudico § 83 βούλομαι δὲ μικρὰ τῶν παλαιῶν ὑμῖν διελθεῖν κτἑ. Quasi nunc primum de veteribus narraturus sit! Corrige sodes, βούλομαι δ' ἔτι μικρὰ κτἑ. At ne sic quidem locus persanatus est, nam ex ipsis sequentibus: οἷς παραδείγμασι χρώμενοι καὶ περὶ τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων βέλτιον βουλεύσεσθε luculenter apparet vocabula τῶν παλαιῶν non esse neutrius generis, sed masculini, et valere τῶν προγόνων, uti postmodo appellantur. Quare videndum, an simul rescribendum sit in hunc modum, βούλομαι δ' ἔτι μίκρ' ἄττα περὶ τῶν παλαιῶν ὑμῖν διελθεῖν, οἷς παραδείγμασι χρώμενοι καὶ περὶ τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων βέλτιον βουλεύσεσθε.

Interpolatorem ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendisse mihi videor initio § 84 in verbis: Ἐπὶ Κόδρου γὰρ βασιλεύοντος Πελοποννησίοις γενομένης ἀφορίας [κατὰ τὴν χώραν αὐτῶν] ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὴν πόλιν ἡμῶν καὶ ἡμῶν τοὺς προγόνους ἐξαναστήσαντας κατανείμασθαι τὴν χώραν. Et mox ibidem: ἀνελόντος δὲ τοῦ θεοῦ αὐτοῖς ὅτι τὴν πόλιν αἱρήσουσιν, ἐὰν μὴ τὸν βασιλέα τῶν Ἀθηναίων [Κόδρον] ἀποκτείνωσιν, ἐστράτευον ἐπὶ τὰς Ἀθήνας. Et post pauca § 85: οὕτως οἱ πρόγονοι ἡμῶν, ὡς ἔοικε, καὶ τοὺς ἔξωθεν ἀνθρώπους εὔνους ἔχοντες διετέλουν. ἐμβαλόντων δὲ (l. δὴ) τῶν Πελοποννησίων τί ποιοῦσιν [οἱ πρόγονοι ἡμῶν], ἄνδρες δικασταί; Quae verba statim excipiuntur hisce: οὐ καταλιπόντες τὴν χώραν ὥσπερ Λεωκράτης ᾤχοντο κτἑ. sic, ni fallor, corrigendis: οὐκ ἐγκαταλιπόντες τὴν χώραν κτἑ. Mox pro θρεψαμένην reponendum esse θρέψασαν iam monuit Hirschigius. Corrupta sunt etiam quae sequuntur: ἀλλ' ὀλίγοι ὄντες κατακλεισθέντες ἐπολιορκοῦντο καὶ διεκαρτέρουν εἰς τὴν πατρίδα. Intelligam: ἀλλ' ὀλίγοι ὄντες κατακλησθέντες εἰς τὴν πατρίδα διεκαρτέρουν πολιορκούμενοι, sed vereor, ne potius litura huic loco medendum sit ad hoc exemplum: ἀλλ' ὀλίγοι ὄντες κατακλησθέντες [ἐπολιορκοῦντο καὶ] διεκαρτέρουν εἰς τὴν πατρίδα. Quorum verborum ne tria ultima quidem an genuina sint satis mihi constat.

In § 86 curae tuae atque sagacitati commendo verbum προσέχειν in his: Φασὶ γοῦν τὸν Κόδρον παραγγείλαντα τοῖς

Digitized by Google

Ἀθηναίοις προσέχειν, ὅταν τελευτήσῃ τὸν βίον. Codrus Atheniensibus imperasse mihi videtur ut se mortuo obitum suum *nuntiarent* Peloponnesiis, quippe qui, ubi oraculi eventum rescivissent, haud dubie castra moturi essent. Ego tamen, quid lateat, non reperio.

Non magis possum acquiescere in vulgata scriptura § 87 init. τὸν δὲ περιλελειμμένον παροξυνθέντα τῷ Κόδρῳ καὶ νομίσαντα πτωχὸν εἶναι, σπασάμενον τὸ ξίφος ἀποκτεῖναι τὸν Κόδρον. Nam est in repetendo sine vi eodem substantivo nescio quid puerile, quod disertum oratorem dedeceat. Quis nostrum in tali sententia non dedisset σπασάμενον τὸ ξίφος ἀποκτεῖναι αὐτόν. Et ita dederat, ni fallor, olim Lycurgus, sed inepta magistellorum planissima quaeque explicandi libido cum innumeris aliis hunc quoque locum pessumdedit. Idem aut alius interpolator grassatus est § 89 in his: μονώτατος δ' ἂν προσηκόντως ἐξορισθείη τῆς χώρας ἣν ἐγκαταλιπὼν [τοῖς πολεμίοις] ᾤχετο. Idem emblema iam aliis locis perite tu sustulisti; hic locus tuam videtur fugisse diligentiam.

Vix quidquam est in re grammatica quod difficilius sciolorum πολυπραγμοσύνην effugiat quam *ellipticae* quae vocantur locutiones. Sic v. c. initio § 92 solitam labem passa sunt haec: οἱ γὰρ θεοὶ οὐδὲν πρότερον [ποιοῦσιν] ἢ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν παράγουσιν. Peius a sciolo expleta sunt priora verba § 129: πᾶσιν ἐπίσημον ἐποίησαν ὅτι οὐδ' αἱ παρὰ τῶν θεῶν ἐπικουρίαι τοῖς προδόταις βοηθοῦσιν, εἰκότως οὐδὲν γὰρ πρότερον [ἀδικοῦσιν] ἢ περὶ τοὺς θεοὺς ἀσεβοῦσι, τῶν πατρίων νομίμων αὐτοὺς ἀποσεροῦντες. Felicius evasit § 33: οὐδὲν ἕτερον ἢ φοβούμενος, μὴ ἐκ τῆς αὐτῆς οἰκίας οἵ τ' ἐξελέγχοντες τῷ ἔργῳ καὶ ὁ ἐξελεγχόμενος γένηται.

Transponenda sunt duo vocabula vicina § 96 extr. in his: τοὺς δὲ ταχεῖαν τὴν ἀποχώρησιν ποιησαμένους καὶ τοὺς ἑαυτῶν γονέας ἅπαντας ἐγκαταλιπόντας ἀπολέσθαι. Sententia loci imperiose postulat, ut in editione tua reponas: — τοὺς ἑαυτῶν γονέας ἐγκαταλιπόντας, ἅπαντας ἀπολέσθαι.

Levis corruptela tollenda § 99: μεγάλου δὲ στρατοπέδου μέλλοντος αὐτοῖς εἰσβάλλειν εἰς τὴν χώραν, εἰς Δελφοὺς ἰὼν ἠρώτα. Corrigatur αὐτῷ i. e. τῷ Ἐρεχθεῖ. Statim sequuntur

Digitized by Google

haec: *τί ποιῶν ἂν νίκην λάβοι παρὰ τῶν πολεμίων. χρήσαντος δ' αὐτῷ τοῦ θεοῦ, τὴν θυγατέρ' εἰ θύσειε πρὸ τοῦ συμβαλεῖν τὼ στρατοπέδω.* Num tibi post haec addenda videntur vocabula: *κρατήσειν τῶν πολεμίων*, quae post *στρατοπέδω* leguntur in codicibus? At alia restat, (non creatur hac, quam proposui, litura) difficultas in sequentibus: *ὁ δὲ τῷ θεῷ πειθόμενος τοῦτ' ἔπραξε καὶ τοὺς ἐπιστρατευομένους ἐκ τῆς χώρας ἐξέβαλε*, in quibus non intelligo cur additae sint voculae *ὁ δὲ*, quae multo melius abbessent, nisi simul statuamus nonnulla excidisse post *τὼ στρατοπέδω*. Locus igitur in hunc modum videtur constituendus: — *χρήσαντος δ' αὐτῷ τοῦ θεοῦ, τὴν θυγατέρα εἰ θύσειε πρὸ τοῦ συμβαλεῖν τὼ στρατοπέδω* ****, *ὁ δὲ τῷ θεῷ πειθόμενος κτἑ.*

§ 101 *Ταῦτ' ὦνδρες τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐπαίδευε.* Quod h. l. post longissimam *ῥῆσιν* omittitur nomen Euripidis argumento est, ipsos versus postmodo a Grammaticis suppletos esse, ab ipso autem oratore e libello recitatos fuisse non orationi suae adscriptos.

Pronomen demonstrativum e fuga revocetur § 102: *οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητήν, ὥστε νόμον ἔθεντο καθ' ἑκάστην πεντετηρίδα μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τἄπη κτἑ.* Lego: *τούτου* (Homeri) *μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν κτἑ.* Possis quoque *τὰ τούτου ἔπη*, verum illud praetulerim.

§ 105 non hercle iniuria haerere mihi videris in verbis: *ὥστε τοῖς ἀνδρειοτάτοις Λακεδαιμονίοις ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις πολεμοῦσι πρὸς Μεσσηνίους ἀνεῖλεν ὁ θεὸς παρ' ἡμῶν ἡγεμόνα λαβεῖν καὶ νικήσειν τοὺς ἐναντίους.* Unice verum esse arbitror: *ἡγεμόνα λαβόντας νικήσειν.*

Confusae sunt duae praepositiones, quae saepissime confunduntur in § 107, ubi editur: *νομίζοντες οὕτως ἂν αὐτοὺς μάλιστα πρὸ τῆς πατρίδος ἐθέλειν ἀποθνήσκειν.* Graecum est: *μάλιστ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος κτἑ.*

Proponam tibi tres correctiunculas in versibus Tyrtaei. Leve est vs. 3 male edi: *τὴν δ' αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν*, ubi sententia postulat *αὑτοῦ*; paulo minus levem errorem peperit ignoratum a librariis digamma Aeolicum vs. 8 *χρημοσύνη τ' εἴκων καὶ συγερῇ πενίῃ.* Facile corriges, nam verum est:

Digitized by Google

χρημοσύνῃ Fείκων κτέ. Vs. 19 sq. iam alibi significavi scribendos esse in hunc modum:

τοὺς δὲ παλαιοτέρους, ὧν οὐκέτι γούνατ' ἐλαφρά,
μὴ καταλείποντες φεύγετε Fέργ' Ἄρεος.

Codd. variant inter (τοὺς) γεραιούς et γηραιούς. Scheibius edidit e Bergkii coniectura τοὺς γεραρούς, quod vix sensum praebet, et misere languet. Tandem vs. 26 scribatur: αἰσχρὰ τά τ' ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεσητὰ Fιδεῖν pro vulgata lectione: καὶ νεμεσητὸν ἰδεῖν.

§ 108 οἱ μὲν γὰρ πρόγονοι τοὺς βαρβάρους ἐνίκησαν. Scribendum aut: οἱ μὲν γὰρ (ἡμέτεροι) πρόγονοι aut: οἱ μὲν γὰρ πρόγονοι (ἡμῶν) Cf. § 85 et § 109. In vicinia perperam editur: ταῖς μὲν τύχαις οὐχ ὁμοίως ἐχρήσαντο, quamvis certum sit Lycurgum scripsisse ὁμοίαις, ut iam Bekkerum, sed hucusque frustra, monuisse video. Mox § 110 corrigatur μέγα (pro μεγάλα) βλάψετε, uti recte legitur § 66. § 112: καὶ τούτων ληφθέντων καὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀποτεθέντων ὑπὸ τῶν τοῦ Φρυνίχου φίλων. Verbum ἀποτιθέναι, hac in re apud seriores non infrequens, subdubito an ferri possit apud Lycurgum. Ex veterum consuetudine exspectaveram: καὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαχθέντων κτέ.

In plurima confusione praepositionum περὶ et ὑπέρ addubito, num recte scribatur § 114 initio: ἐὰν ἀπολογῶνταί τινες περὶ τοῦ τετελευτηκότος.

Certius est § 116 turpi additamento liberanda esse verba: καὶ τοσοῦτον ἔσεσθέ γε τῶν προγόνων χείρους, ὅσον ἐκεῖνοι μὲν τοὺς λόγῳ μόνον (l. μόνῳ cl. § 122 et § 123) τῷ προδότῃ βοηθήσαντας ταῖς ἐσχάταις τιμωρίαις μετῆλθον, ὑμεῖς δ' αὐτὸν τὸν ἔργῳ [καὶ οὐ λόγῳ] τὸν δῆμον ἐγκαταλιπόντα ὡς οὐδὲν ἀδικοῦντ' ἀφήσετε; Similiter corrigatur § 123; ὁπότε γὰρ ἐκεῖνοι ἀνάσατον τὴν πόλιν οὖσαν τὸν λόγῳ μόνῳ προδιδόντα οὕτως ἀπέκτειναν, τί ὑμᾶς προσήκει τὸν ἔργῳ [καὶ οὐ λόγῳ] τὴν οἰκουμένην ἐκλιπόντα (lege ἐγκαταλιπόντα) ποιῆσαι; Salvus evasit locus § 104: οὐ γὰρ λόγῳ τὴν ἀρετὴν ἐπετήδευον, ἀλλ' ἔργῳ πᾶσιν ἐπεδείκνυντο. Novum emblema odorari mihi videor § 118 in his: καί μοι λαβὲ πρῶτον μὲν τὸ ψήφισμα καθ' ὃ ἡ εἰκὼν τοῦ Ἱππάρχου [τοῦ προδότου] ἐξ ἀκροπόλεως καθῃρέθη κτέ. Praeterea malim ἐκ πόλεως. Sequitur: ἔπ-

Digitized by Google

τῆς σήλης τὸ ὑπόγραμμα καὶ τοὺς ὕστερον προσαναγραφέντας προδότας εἰς ταύτην τὴν σήλην. Malim εἰς τὴν αὐτὴν σήλην, quamquam, quod vulgatur, ferri posse non nego. Quid, si vocabula εἰς ταύτην τὴν σήλην non a Lycurgo, sed ab interprete profecta esse dicamus? Omissa certe nemo requirat.

§ 130 τίς γὰρ ὁρῶν θανάτῳ ζημιούμενον τὸν προδότην ἐν τοῖς κινδύνοις ἐκλείψει τὴν πατρίδα. Vix opus erit, ut te admoneam verum esse: ἐν τοῖς κινδύνοις ἐγκαταλείψει τὴν πατρίδα. Conferas, si tanti est, e plurimis locis similibus huius orationis § 43: ὥστε, ὦνδρες, τὸν ἐν τοῖς τοιούτοις φόβοις καὶ τηλικούτοις κινδύνοις καὶ τοσαύτῃ αἰσχύνῃ ἐγκαταλιπόντα τὴν πόλιν κτέ. Articulum obiter restituas in sqq. § 130: ἢ τίς παρὰ τὸ συμφέρον τῆς πόλεως φιλοψυχήσει εἰδὼς ἐπικειμένην (sic enim iure repositurus es pro ὑποκειμένην) αὐτῷ ταύτην (τὴν) τιμωρίαν.

Locus § 131, duplici mendo affectus, facillimo negotio restituetur in integrum: Τοσούτῳ δ' ἂν δικαιότερον οὗτος ἀποθάνοι τῶν ἐκ τῶν στρατοπέδων φυγόντων (ita recte daturus es pro φευγόντων), ὅσον οἱ μὲν εἰς τὴν πόλιν ἥκουσιν ὡς ὑπὲρ ταύτης μαχούμενοι ἢ κοινῇ μετὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν συναπολούμενοι, οὗτοσὶ δὲ κτέ. Neminem, praesertim monitum, fugere potest, Lycurgum dedisse: — μαχούμενοι ἢ κοινῇ μετὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν συναπολούμενοι.

Pronomen excidisse videtur § 134: οἳ τῶν μὲν ἀγαθῶν τῆς πόλεως μεθέξουσιν, ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις οὐδὲ βοηθείας ἀξιώσουσι. καίτοι τὸν κτέ. Lege: ἀξιώσουσιν αὐτήν. καίτοι κτέ.

Verbum ἱεροσυλεῖν suapte natura absolute poni debet, quare mendi suspectum habeo § 136, ubi iungitur cum obiecto. Scribitur enim sic: — οὗ τὴν χαλκῆν εἰκόν' ἔκδοτον κατέλιπε τοῖς πολεμίοις ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος ἱεροσυλῆσαι καὶ αἰκίσασθαι. At nullo negotio lenissima mutatione Lycurgo reddi poterit: ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος ἱερῷ συλῆσαι καὶ αἰκίσασθαι. Citatur tamen nostro loco locus similis Demosthenis LVII. 64, quem ruri haec scribenti mihi ad manum non esse doleo. Sequiores recentiorisque aetatis scriptores in hac quaestione nihil moror. Tu in hanc rem, quaeso, diligentius inquirito.

Digitized by Google

§ 143: καὶ ἐπικαλεῖται τοὺς θεοὺς σώσοντας αὐτὸν ἐκ τῶν κινδύνων. Imo vero ὡς σώσοντας αὐτὸν κτἑ.

§ 145: ὅταν ὁ ἐγκαταλιπὼν τὴν πόλιν καὶ Φυγὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ καταγνοὺς καὶ οἰκήσας ἐν Μεγάροις ἐπὶ προσάτου πλείω πέντ' ἢ ἓξ ἔτη ἐν τῇ χώρᾳ κἀν τῇ πόλει ἀνασρέφηται. Si hunc locum solum per se spectas non improbabiliter tu corrigis πλεῖν ἢ ἓξ ἔτη, deleto πέντε. At inspecta § 44 huius orationis, ubi legimus: καὶ ᾤκει ἐν Μεγάροις πλεῖν (nam ita recte tu corrigis pro πλείω) ἢ πέντ' ἔτη προσάτην νέμων (ita tu legis pro ἔχων) Μεγαρέα κτἑ., videbis etiam eo, quem tractamus, loco rescribendum esse: πλεῖν ἢ πέντ' ἔτη ἐν τῇ χώρᾳ κτἑ. De eadem re mentio fit § 56, quem locum aliquanto emendatiorem, quam vulgo fertur, apponam: πρὸς δὲ τούτοις τί προσῆκεν ἐν Μεγάροις ὄντ' Ἀθηναῖον ὡς ἔμπορον πέντ' ἔτη μετοικεῖν. Vulgo editur τὸν Ἀθηναῖον et κατοικεῖν, quorum illud ex mea, hoc ex Hirschigii, quam recte tu probas, coniectura mutavi.

Finem huic commentariolo imponam tentando loco corruptissimo, qui inchoat § 51, καὶ δι' ἃ οὐκ ἀλόγως ἐπετήδευον, ἐπίσασθε, ὦ Ἀθηναῖοι, μόνοι τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τιμᾶν. Traditae scripturae vestigiis presse insistens, conieci: καὶ νὴ Δία ταῦτ' οὐκ ἀλόγως γ' ἐπετήδευον, ἐπεὶ ἐπίσασθε, ὦνδρες Ἀθηναῖοι, μόνοι τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τιμᾶν.

Haec erant fere, vir amicissime! quae ex tumultuarii huiusce studii fructibus mihi quidem non prorsus indigna videbantur, ut cum Graece eruditis et tecum imprimis communicarem. Tu vero, qui totus es in Lycurgo, si quid erit in his meis adnotatiunculis veri, a falsis id facili negotio distingues. De singulis autem, nisi aliter tibi fuerit visum, post ferias aestivas iucundo colloquio coram disputare nobis licebit. Vale!

Scribebam rure in pago Beetsterzwaag,
Nonis Iuliis a. MDCCCLXI.

Digitized by Google

THEMISTII LOCUS CORRECTUS.

Ἀποδαρθεῖν et ἀποθαρρεῖν confusa.

Solent Veteres omnes temporum felicitatem et tranquillitatem cum tempestate serena comparare marique placido et tranquillo. Saepius hoc Themistius facit, quem in huiusmodi comparatione turpi librariorum errore liberare iuvat. In Oratione XV *ad Theodosium* p. 195. B. *ἰδού*, inquit, *πηλίκη ἡ ναῦς ἦν κυβερνᾶτον — καὶ ὁπηλίκαι τῷ σκάφει ἐπικρέμανται καταιγίδες. ὕπνου οὖν οὔπω καιρὸς οὐδὲ ῥᾳσώνης —, ἀλλὰ ταῦτα ἅπαντα γαλήνης παραμυθία* (L. *παραμύθια*) *καὶ ἡδύσματα, ἡνίκα οὐ κίνδυνος καὶ τῷ κυβερνήτῃ ἀποθαρρεῖν καὶ τοῖς ναύταις παρεῖναι τὰς κώπας.* Reliqua omnia optime habent, sed quid est *οὐ κίνδυνος τῷ κυβερνήτῃ ἀποθαρρεῖν*? Ecquid potest esse a loci sententia alienius quam *ἀποθαρρεῖν*? Neque in hac re neque in ulla alia periculosum est *τὸ θαρρεῖν*, id est *bonum animum habere*. Quid igitur dederat Themistius? Res est perspicua. Modo dixerat turbantibus aequora ventis, *ὕπνου οὖν οὔπω καιρός*. Nunc tranquilla sunt omnia: itaque *οὐ κίνδυνος τῷ κυβερνήτῃ ἀποδαρθεῖν*. Composuit duos *aoristos ἀποδαρθεῖν* et *παρεῖναι τὰς κώπας*. Nautae remos demittunt, gubernator *somnum capit*. Fefellit indoctos Graeculos verbum vetus Atticum ΑΠΟΔΑΡΘΕΙΝ, cui absurdum *ἀποθαρρεῖν* supposuerunt.

Idem verbum alio loco a Themistio usurpatum p. 91 A. non illaesum e scribarum manibus evasit. Editur: *οὐδ' ἂν τὸν Δία ἴσως ἡ κωμῳδία τοῦ τηνικαῦτα ἀποδραθεῖν ὑπεξείλετο. οὐ γὰρ ἂν περιεῖδεν ἐργαστήριον τοιχωρύχων ἐπὶ κακῷ τῆς οἰκουμένης ἐγρηγορός.* Forma —*έδραθον* Homero et Epicis relinquenda est. Themistio iterum redde *ἀποδαρθεῖν*, et revoca in fine loci ex libris omnibus *ἐγρηγορώς* pro *ἐγρηγορός*. Refertur enim ad ipsum Iovem, qui obdormivisse dicitur, nam *si vigilasset* (*ἐγρηγορώς*) numquam tale facinus passus esset fieri.

C. G. Cobet.

Digitized by Google

C. G. COBET, VIRO CL.

S. P. D.

S. A. NABER.

Ante hos tres menses quum feriae instarent, quibus cum caeteris praeceptoribus tum mihi valde opus erat ad reficiendum animum, difficillimis rebus meis fessum atque adeo exhaustum, credebam me dulci otio usurum esse ad instauranda studia, quae numquam plane intermiseram, sed quibus in his terris parum temporis, horulis subsecivis, concedere potueram, cum omnes vires mihi conferendae essent ad muneris officia, hercle vero periculosae plenum opus aleae. Neque tamen ignoras, Vir Clarissime, me spe falsum esse: usus sum exiguo quod mihi concessum est otio ad studia instauranda, animum tamen reficere non potui, cum propter malevolas nonnullorum hominum criminationes omnes meae vitae rationes in discrimen venirent. Tandem sub feriarum finem, imo ultimo die, affertur iniquum iudicium, re acerbum, verborum ambitioso ornatu paullo moderatius, quo ex hac honorificentissima et exoptata vitae statione detrudor ad vitam otiosam, quam non vitalem putarem et ignominiae plenam, nisi mea mihi conscientia pluris esset quam inimicorum et obtrectatorum, quos nimis multos hic habui, sermones. Dedi autem omne quod superfuit otium literis, ut ex horum malorum cogitatione moestum animum erigerem, et usu atque experientia nunc iudicare didici de laude literarum, quas vere mecum habui et habebo peregrinantes. Photium ne unum quidem diem de manibus deposui, cum nuperrime afferret

Digitized by Google

fasciculus tertius voluminis decimi quinti Musei Rhenani, quo continentur et alia quae placebant et statim animum advertit disputatio Theodori Bergkii de inscriptione Cea nuper effossa. Nisi me fallunt omnia, in hoc documento quaedam melius constitui possunt quam a Bergkio factum est. Quapropter decrevi hanc ad Te epistolam mittere, ut de suspicionibus meis te potissimum iudicem habeam. Si videbor Tibi rem bene administrasse, Tu iudicabis an operae pretium sit disputationem meam in Bibliothecam Philologicam recipere, quae reapse iam per complures annos, nunc etiam nomine et Tua et praeceptorum facta est, quos communi animo veneramur et suspicimus.

Fuit urbs notissima Iulis in insula Ceo, cuius rudera quaedam aetatem tulisse videntur. Ibi ante hos tres annos effossus est lapis, qui tribus lateribus totidem habet inscriptiones, quas cum philologis communicarunt viri docti, qui τὴν Ἐφημερίδα τὴν Ἀρχαιολογικὴν curant, vide fasc. 51. Prima inscriptio incipit ab his verbis: ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ..... sed paucissima legi possunt. Sequitur a tergo inscriptio quam volo, quae prorsus sicut illa, versus habet 32; singuli autem versus constant literis 33 vel 32, nam ultimus locus saepe vacuus est relictus. Latus angustum tertiam inscriptionem tenet, quae incipit eodem fere modo quo illa prima: ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ ..... Fuerit igitur ψήφισμα, quo quaedam in priore lege omissa supplebantur.

Sed lectoribus commodum me facturum existimo, si addidero exemplum inscriptionis illius secundae.

1. ο.δενο.οιπεριτ.γκα...οι...ω.....
   ..δεοα.γεντονθανονταενεμι..ο.....
   .σιλευκοισστρωματεκαιενδυματα....
   ..ιβλεματιεξεναιδεκαιενεα...ο....
5. .πλεονοσαξιοιςτοιςτρισι-κι...δ...
   .λεω.εχφερενδεεγκλινηισο.ν.ι..ω..
   ...εκαλυπτενταδοστουερ...οιτ.....
   ιοισφερενδεοινονεπιτοση....ε.....
   .ριωνχωνκαιελαιονμεπα-ομεσο.ε....
10. "γειναποφερεσοαη.οιιοα...τα.....".
    ατακεκαλυμμενονσιωπηιμελο.....

Digitized by Google

ιηναπροσφαγιωι . ρεσθ . . . ατ . . ταπ . . . .
. . ηγκλινηναποτουσ . . . υ . . . . . .
. α-δεσφερενδοσετηιδευσειραι . . . . . .
15. . ooαινεντηνοικ . ηνελευθερον . . αλ . . . . .
. πρωτονεπρι-αλ . . . . . .
. ναεπηνδεδιαρανθηικαθαρηνεναιτηνοικιανκαιθυηθυενεφι . .
. τασγυναικασ . . . . . πίτωκηδ . . . . . .
. πιγναιπροτεραστων . . ανδρωναπ . . . . .
20. ηματοςεπιτωιθανοντιτριηκοσ . . . . . .
. οιενμευποτιθεναικυλικαυποτ . . . . . .
. ηνμεδετουλωρεκχενμεδεταλλυ . . . . . .
ταφερενεπιτο . ημαοπουανθανηιου . . . .
. ενιχοειμειεναιγυναικα . π . . στι . . . .
25. . ιηναλλασετασμιαινομενα . . . . . .
. ιασμητερακαιγυναικακαι . . . . . .
. θυγατερα . προσδεταυτα . . . . . .
. ντεγυναικωνπαιδασδε . . . . . .
. ιεψιωναλλονδεμ . . . . . .
30. . . . . λουσαμενο . . . . . .
. . . . . ιο . . . . ου . . . . . .
. . . . . ενου . . . . . .

In hisce restituendis Bergkius, ut exspectari potuerat, haud pauca quae erant faciliora rectissime interpretatus est. Sunt nonnulla in quibus non agnosco ingenium Bergkianum, plura quae intacta praetermisit. Sed nolo quidquam inclementius dicere, quam ob causam, ut lectores ipsi iudicare possint utrum operae pretium fecerim necne, totum locum iterum apponam, sicuti Bergkio restitui posse videtur, praetermissis iis quae Bergkius ipse praetermisit.

1. ἐξεῖν-
αι δὲ θάπτειν τὸν θανόντα ἐν ἱματίοις τρ-
ισὶ λευκοῖς στρώματι καὶ ἐνδύματι καὶ π-
εριβλήματι. ἐξεῖναι δὲ καὶ ἐν ἑνὶ ἢ δυοῖν μ-
5. ὴ πλέονος ἀξίοις τοῖς τρισὶ ἑκατὸν δρα-
χμέων

. . . . φέρειν δὲ οἶνον ἐπὶ τὸ σῆμα μὴ πλέον
τριῶν χῶν καὶ ἔλαιον μὴ πλέον ἓξ χοέων

Digitized by Google

10. .....ἀποφέρεσθαι τὸν θανόντα
κατακεκαλυμμένον σιωπῇ, μελῳδεῖν δὲ αὔλημα
.... προσφαγίῳ χρῆσθαι κατὰ τὰ πάτρι-
α τὴν κλίνην ἀπὸ τοῦ σήματος
.μηδ' εἰσφέρειν ἔνδος. ἐπὴν δὲ ἐσπέρα ᾖ ἀπο-
15. καθαίρειν τὴν οἰκίην ἐλεύθερον ἀρδανίῳ
16.
..ἐπὴν δὲ διαρρανθῇ, καθαρὴν εἶναι τὴν οἰκίαν καὶ θύη θύεν ἐφ' ἑσ-
τίη
ι· τὰς γυναῖκας τὰς ἐπὶ τῷ κήδει παρούσας
ἀπιέναι προτέρας τῶν ἀνδρῶν ἀπὸ τοῦ
20. σήματος· ἐπὶ τῷ θανόντι τριηκοσῇ....
ποιεῖν. μὴ ὑποτιθέναι κύλικα ὑπὸ τὴν σή-
λην μηδὲ τὸ ὕδωρ ἐκχεῖν μηδὲ.....
..φέρειν ἐπὶ τὸ σῆμα· ὅπου ἂν θάνῃ τις ἢ ἐ-
ξενεχθῇ μὴ ἰέναι γυναῖκας πρὸς τὴν οἰ-
25. κίην ἄλλας ἢ τὰς μιαινομένας.....

Cetera Bergkius suppleri posse negat.

Facile est agnoscere legem de luxuria in funeribus cohibenda: argumento haud parum memorabili, quia hucusque unicam tantum inscriptionem noveramus, quae in simili re versabatur: inscriptionem dico quae apud Boeckhium numerum habet 3562, ex urbe Gambreo. Praeterea notissima sunt, quae Solon de funeribus edixit, quibuscum Cicero iam comparavit legem in duodecim tabulis. Sed id nunc non ago, praesertim sine libris, ut locum de exsequiis explicem, sed tantum ut inscriptionis lacunas quoad fieri sat certo possit restituam. Hoc tantum addo ex Heraclide Pontico, cuius locum vide in Muelleri fragmentis historicorum, volumine secundo pag. 215, constare Simonidis populares in funeribus celebrandis quaedam sibi habuisse peculiaria.

Inscriptionis initium sat facile restitui potest, quod miror fugisse Bergkium:

1. Οἵδε νόμοι περὶ τῶν κατοιχομένων.

Tum recte Bergkius: ἐξεῖν-
αι δὲ θάπτειν τὸν θανόντα ἐν ἱματίοις τρ-
ισὶ λευκοῖς φρώματι καὶ ἐνδύματι καὶ π-
εριβλήματι·

Quibuscum confer legem Soloneam apud Plutarchum, c. 21.

Digitized by Google

Tum Bergkius hoc etiam acute vidit nunc demum intelligi, cur Solon tria ricinia concesserit. In iis quae sequuntur verborum sensum assecutus est, verba ipsa non item, nam supplendum est:

ἐξεῖναι δὲ καὶ ἐν ἐλάσσοσιν μ-
5. ἢ πλέονος ἀξιοῖς τοῖς τρισὶ ἑκατὸν δραχ-
μέων

Sequentia sunt paullo obscuriora, vs. 6 nihil distinguo praeter: ἐκφέρεν (ειν) ἐγ κλίνῃ et vs. 7 καλύπτειν(εν), sed quid sub illo ταδοστουερ lateat, diu multumque quaerens, non invenio. Octavo versu quivis legerit: φέρειν δὲ οἶνον ἐπὶ τὸ σῆμα μὴ πλέον τριῶν χῶν καὶ ἔλαιον μὴ πλέον ἓξ ληκύθων, in quibus nihil incertum est praeter ultimum vocabulum: quod Bergkius supplet χοέων nimis est ridiculum, cum praesertim praecedat sincera forma χῶν. Oleum ληκύθοις adservari, nemo nescit. Decimo versu sat clare pellucet:

ἔπειτα ἀποφέρεσθαι τὸν θανόντα, sed fieri potest ut aliud quid subsit: in fine suppleverim quod unice suppleri posse videtur εὐθέως. Versu undecimo lego:

κατακεκαλυμμένον σιωπῇ μηδὲ, nam hoc latet sub μελο et prorsus reiicio Bergkianum μελῳδεῖν. Tum quaedam evanida sunt, quae non certo sed probabiliter tantum in lucem possunt revocari et versu duodecimo lego: προσφαγίῳ χρῆσθαι κατὰ τὰ πάτρια: quod lege non concedebatur, ut Bergkio videtur, sed vetabatur; equidem, adhibita lege Solonea, de qua Plutarchus: ἐναγίζειν δὲ βοῦν οὐκ εἴασεν, legerim:

μηδὲ ἐξεῖναί
τινα προσφαγίῳ χρῆσθαι κατὰ τὰ πάτρι-
α·, quo spatium accuratissime suppletur. Versu decimo tertio: τὴν κλίνην ἀπὸ τοῦ σήματος μὴ.....
.μηδ' ἐσφέρειν (εν) ἐνδόσε· in quibus inaudita forma est ἐνδόσε, cui non habeo quod substituam, sed fortasse comparari debent πόσε, ut in illo Homerico πόσε φεύγετε, ἀλλόσε et similia. Certe ἔνδος cum Bergkio praeferri non debet, nam Dorica forma est, Syracusanorum praesertim, quam Ceis non obtruserim. Neque vs 14 mihi cum Bergkio convenit, nam simplicius arbitror:

Digitized by Google

τῇ δ' ὑστεραίῃ περ-
ιῤῥαίνειν τὴν οἰκίην ἐλεύθερον ἄνδρα....;

verbum ῥαίνειν hic necessarium arbitror, quia sequitur διαῤῥανθῇ et ἐλεύθερον pro ἐλεύθερον ἄνδρα non placet. Sequenti versu apparet: πρῶτον, ἔπειτα δὲ, nihil aliud. Sequitur versus exaratus literis minoribus quam ceterae sunt, lege:

ἐπὴν δὲ διαῤῥανθῇ καθαρὴν εἶναι τὴν οἰκίην καὶ θύῃ θύειν
ἐφ' ἑσίῃ: vocabulum θύῃ notum ex Homero et Aeschylo: habet quoque Hippocrates, apud quem Galenus interpretatur: θυμιάματα, ἀρώματα. Cf. Hes. Latet etiam ut videtur in corruptela in alia Cea inscriptione, quae apud Böckhium est, nº. 2360, vs. 8. Tum sat facile expediri potest:

τὰς γυναῖκας τὰς παρούσας ἐπὶ τῷ κήδει
ἀπιέναι προτέρας τῶν ἀνδρῶν ἀπὸ τοῦ
σήματος,

sed lacunarum indicium in apographo vitiosum esse, Bergkius iure contendit. Versu 20 ipsius lapidicidae errorem nos ludificari suspicor: ἐπὶ τῷ θανόντι (hoc recte, cf. si tanti est Anecd. Bk. 260) τριηκοστῇ θύῃ θύεν', nam τῇ τριηκοστῇ necessarium videtur. Pergit lex: μὴ ὑποτιθέναι κύλικα ὑπὸ τὴν σή-
λην (quorsum hoc?) μηδὲ τὸ ὕδωρ ἐκχεῖν (de quanam aqua sermo est?)

μηδὲ τὰ..... Φέρειν ἐπὶ τὸ σῆμα.

Quae in fine Bergkio nimis lacera videntur, equidem sic restituerim: ὅπου ἂν θάνῃ.....

ἢ ἐνεχθῇ, μὴ ἰέναι γυναῖκας πρὸς τὴν οἰ
κίην ἄλλας ἢ τὰς μιαινομένας μόνας ταύτ-
ας, μητέρα καὶ γυναῖκα καὶ ἀδελφὰς κὰ-
ὶ θυγατέρας· πρὸς δὲ ταύταις τούτων τ-
ῶν τε γυναικῶν παῖδας δὲ καὶ ὅσας ἐντὸς
ἀνεψιῶν· ἄλλον δὲ μηδένα·..... cf. Dem. Macart. § 62.

Haec sunt quae legere potui in vetusto documento. Si satis certa Tibi videbuntur esse, gaudebo; sin minus velim me meliora doceas, quum in patriam redux factus ero, nam spero me, Deo volente, brevi ex his fluctibus, quae fugitanti litium imprimis graves sunt, esse emersurum in elegantiorum hominum commercium. Interea Tu et communes amici nostri, valete.

Scripsi Salembae in suburbano apud Indo-Batavos, d. 4 m. Sept. A. 1861.

Digitized by Google

AD LYSIAE ORATIONES.

Or. XXI. (ed. c. SCHEIBE) § 3. Καὶ τοσαύτας δαπάνας δαπανώμενος — ὅμως εἰσφορὰν τὴν μὲν τριάκοντα μνᾶς τὴν δὲ τετρακισχιλίας δραχμὰς εἰσενήνοχα. Partitio τὴν μέν — τὴν δέ post singularem εἰσφορὰν vitiosa est. Legendum videtur ὅμως δὶς εἰσφορὰν κτἑ.

Or. XXI. § 5. Νενίκηκα δὲ τριήρει μὲν ἀμιλλώμενος ἐπὶ Σουνίῳ ἀναλώσας πεντεκαίδεκα μνᾶς· χωρὶς δὲ ἀρχιθεωρίας καὶ ἀρρηφορίας καὶ ἄλλα τοιαῦτα, εἰς ἃ ἐμοὶ δεδαπάνηται πλέον ἢ τριάκοντα μναῖ. In Lysiae orationibus correctores saepe veterem librum quem usurpabant corruptum esse viderunt, sed rationem corruptelae non perspexerunt. Hinc innumerae παραδιορθώσεις quae emendationem et difficilem reddunt et incertam. Veluti hoc loco suspicari licet, non affirmare, correctores cum praepositionem εἰς ante ἀρχιθεωρίας omissam invenissent non hanc restituisse sed εἰς ἃ interpolavisse: χωρὶς δ' εἰς ἀρχιθεωρίας καὶ ἀρρηφορίας καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐμοὶ δεδαπάνηται πλέον ἢ τριάκοντα μναῖ.

Or. XXI. § 10. Καὶ ταῦθ' ὅτι ἀληθῆ λέγω πάντες ἐπίστασθε ὅσοι ἐτυγχάνετε ὄντες ἐκεῖ τῶν στρατιωτῶν. In hac verborum compositione ὅσοι τῶν στρατιωτῶν artissime coniungenda sunt, quasi inter iudices decuria militum esset. Legendum videtur ὅσοι ἐτυγχάνετε ὄντες τῶν ἐκεῖ στρατιωτῶν.

Or. XXI. § 18. Τοῦτο δ' οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχοι τις — ὡς τὰς τῆς πόλεως συμφορὰς ἀσμένως εἶδον. Reponendum ἄσμενος εἶδον ut legitur Or. XXII. § 14: ἄσμενοι τὰς συμφορὰς τὰς ὑμετέρας ὁρῶσιν.

Digitized by Google

Or. XXI. § 25. Ἀφ' ὧν ὑμᾶς ἀπαιτῶ νῦν τὴν χάριν καὶ ἀξιῶ, ἐν τοῖς κινδύνοις ἐμοῦ τοιαύτην περὶ ὑμῶν γνώμην ἔχοντος, ὑμᾶς καὶ ἐν τῷ βαρυκλεῖ ὄντας ἐμὲ καὶ τοὺς παῖδας τούτους περὶ πολλοῦ ποιήσασθαι, ἡγουμένους ἡμῖν μὲν δεινὸν ὑμῖν δὲ αἰσχρὸν εἶναι, εἰ ἀναγκασθησόμεθα ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις ἄτιμοι γενέσθαι, ἢ στερηθέντες τῶν ὑπαρχόντων πένητες εἶναι καὶ πολλῶν ἐνδεεῖς ὄντες περιέναι. Non puto reum iudices orasse ut se liberosque suos magni faciant (περὶ πολλοῦ ποιήσασθαι), sed conservent (περιποιῆται). Tum subineptum videtur στερηθέντες τῶν ὑπαρχόντων πένητες εἶναι. Πένητες εἶναι deleverim aut certe εἶναι. Denique qui miseratione mentes iudicum permovere conatur is dicit: ἀναγκασθησόμεθα — πάντων ἐνδεεῖς ὄντες περιέναι.

Or. XXII. § 9. Ὡς τοίνυν οὐ συμπριαμένους καταθέσθαι ἐκέλευεν αὐτοὺς — αὐτὸν ὑμῖν Ἄνυτον μάρτυρα παρέξομαι, καὶ ὡς οὗτος μὲν ἐπὶ τῆς προτέρας βουλῆς τούτους εἶπε τοὺς λόγους οὗτοι δ' ἐπὶ τῆσδε συνωμοσύμενοι φαίνονται. Postrema non inter ea fuisse de quibus Anytus testimonium dicturus erat ex sequentibus (§ 10) apparet, ubi in ἀνακεφαλαιώσει testimonii unicum caput commemoratur: ὅτι μὲν τοίνυν οὐχ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κελευσθέντες συνεπρίαντο τὸν σῖτον ἀκηκόατε. Et sane cum constaret Anytum quae dixerat in magistratu dixisse, non opus erat testimonio confirmare ea quae dixisset non ad praesens tempus pertinere. In καὶ ὡς οὗτος κτέ. ὡς expungatur.

Or. XXII. § 19. Καὶ μὲν δή, ὦ ἄνδρες δικασταί, πᾶσιν ἡγοῦμαι φανερὸν εἶναι ὅτι οἱ περὶ τῶν τοιούτων ἀγῶνες κοινότατοι τυγχάνουσιν ὄντες τοῖς ἐν τῇ πόλει, ὥστε πεύσονται ἥντινα γνώμην περὶ αὐτῶν ἔχετε, ἡγούμενοι ἂν μὲν θάνατον αὐτῶν καταγνῶτε κοσμιωτέρους ἔσεσθαι τοὺς λοιπούς, ἂν δ' ἀζημίους ἀφῆτε πολλὴν ἄδειαν αὐτοῖς ἐψηφισμένοι ἔσεσθε ποιεῖν ὅτι ἂν βούλωνται. Postrema omnia a participio ἡγούμενοι pendere demonstrant ἂν μὲν — ἂν δέ. Ergo pro ἔσεσθε reponendum erit ἔσεσθαι. Sed in hac syntaxi nominativus ἐψηφισμένοι

Digitized by Google

locum non habet. Corrector in libro suo ἔσεσθε inveniens participium interpolasse videtur.

Or. XXII. § 22. Ἂν οὖν τούτων καταψηφίσησθε τά τε δίκαια ποιήσετε καὶ ἀξιώτερον τὸν σῖτον ὠνήσεσθε· εἰ δὲ μή, τιμιώτερον. Inconcinna oratio in qua prioris membri alterum incisum, τὰ δίκαια ποιήσετε, in secundo membro non comprehenditur. Suspicor fere εἰ δὲ μή, τιμιώτερον insiticia esse; etiam si haec absunt sententia absolvitur. Or. XIX similem habet conclusionem: καὶ ταῦτα ποιοῦντες τά τε δίκαια ψήφιεῖσθε καὶ ὑμῖν αὐτοῖς τὰ συμφέροντα. Cf. quoque Or. XXI. § 12. ἂν οὖν ἐμοὶ πεισθῆτε, τά τε δίκαια ψηφιεῖσθε καὶ τὰ λυσιτελοῦντα ὑμῖν αὐτοῖς αἱρήσεσθε.

Or. XXIII. § 5. Εὐθύκριτον, ὃν πρεσβύτατόν τε Πλαταιῶν ἐγίγνωσκον καὶ μάλιστα ᾠόμην εἰδέναι, ἠρόμην εἴ τινα γιγνώσκοι Ἱππαρμοδώρου υἱὸν Παγκλέωνα Πλαταιᾶ. Si accusator dicere voluit Euthycritum maximum natu Plataeensium fuisse quos novisset, Graecum est Εὐθύκριτον πρεσβύτατον Πλαταιῶν ὧν ἐγίγνωσκον; sin vero demonstrare voluit scivisse se Euthycritum omnium Plataeensium maximum esse natu, dicere debebat ὃν πρεσβύτατον ὄντα Πλαταιῶν ἐγίγνωσκον. Lysiam scripsisse puto: Εὐθύκριτον ὃν πρεσβύτατον ὄντα Πλαταιῶν ἐγίγνωσκον καὶ μάλιστα ᾠόμην εἰδέναι. Nisi fortasse ἐγίγνωσκον καὶ a correctore interpolatum est.

Or. XXIII. § 8. Ταῦτ' οὖν ὡς ἀληθῆ ἐστι, τόν τε Εὐθύκριτον, ὃν πρῶτον ἠρόμην, καὶ τῶν ἄλλων Πλαταιῶν ὅσοις προσῆλθον, καὶ τὸν ὃς ἔφη δεσπότης τούτου εἶναι μάρτυρας παρέξομαι. Nomen proprium excidisse videtur καὶ τὸν Νικομήδη ὃς ἔφη κτέ. Or. XIX. § 59. Καί μοι κάλει τὸν καὶ τόν, demonstrat scribam subinde omittendis nominibus operae et temporis compendium quaesiisse. Orator testes sine dubio nominatim evocavit.

Or. XXIII. § 10. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τῆς τε ἀντιγραφῆς ἕνεκα ταυτησὶ καὶ αὐτῆς τῆς δίκης ἔδοξέ μοι χρῆναι μάρτυρας λα-

Digitized by Google

βόντι παραγενέσθαι, ἵν' εἰδείην τόν τ' ἐξαιρησόμενον αὐτὸν καὶ ὅ τι λέγων ἀφαιρήσοιτο. Quid in hac re inter ἐξαιρεῖσθαι et ἀφαιρεῖσθαι intersit ostendit § 12: ὅστις ἐβουλήθη βίᾳ ἀφαιρεθεὶς ἐνόχους καταστῆσαι τοὺς ἑαυτοῦ ἐπιτηδείους τοῖς βιαίοις, μᾶλλον ἢ κατὰ τοὺς νόμους εἰς τὴν ἐλευθερίαν ἐξαιρεθεὶς δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν ἀγόντων. Itaque et supra legendum est ὅ τι λέγων ἐξαιρήσοιτο et § 11 in lacuna reponendum εἴ τις ἢ εἰς ἐλευθερίαν τοῦτον ἐξαιροῖτο ἢ ἄγοι φάσκων ἑαυτοῦ δοῦλον εἶναι.

Or. XXIII. § 15. Ὡς οὖν ᾤκει ἐκεῖ πολὺν χρόνον τούτων ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι. Imo τούτου ὑμῖν.

Or. XXIV. § 3. Ἤδη τοίνυν, ὦ βουλή, δῆλός ἐστι φθονῶν ὅτι τοιαύτῃ κεχρημένος συμφορᾷ τούτου βελτίων εἰμὶ πολίτης. Syntaxis pronominis τούτου vitiosa est. Requiritur αὐτοῦ βελτίων.

Or. XXIV. § 9 seqq. Pleraque corrupta sunt et maximam partem insanabilia videntur. In fine § 11 πολλάκις insiticium esse suspicor. In § 14: οὐ γὰρ δήπου τὸν αὐτὸν ὑμεῖς μὲν ὡς δυνάμενον ἀφαιρήσεσθε τὸ διδόμενον οἱ δὲ ὡς ἀδύνατον ὄντα κληροῦσθαι κωλύσουσιν, legendum videtur οἱ δὲ νόμοι ὡς ἀδ.

Or. XXV. § 7. Πειράσομαι δ' ὑμᾶς διδάξαι οὓς ἡγοῦμαι τῶν πολιτῶν προσήκειν ὀλιγαρχίας ἐπιθυμεῖν καὶ δημοκρατίας· ἐκ τούτου γὰρ καὶ ὑμεῖς γνώσεσθε κἀγὼ περὶ ἐμαυτοῦ τὴν ἀπολογίαν ποιήσομαι ἀποφαίνων ὡς οὔτε ἐξ ὧν ἐν δημοκρατίᾳ οὔτε ἐξ ὧν ἐν ὀλιγαρχίᾳ πεποίηκα οὐδέν μοι προσῆκον κακόνουν εἶναι τῷ πλήθει τῷ ὑμετέρῳ. Legendum καὶ οὓς δημοκρατίας. Praeterea cum post ὑμεῖς γνώσεσθε requiritur id quod iudices intellecturi sunt, participium ἀποφαίνων delendum videtur, ut ὡς — οὐδέν μοι προσῆκε (non προσῆκον) et ad ὑμεῖς γνώσεσθε et ad κἀγὼ π. ἐμ. τὴν ἀπολογίαν ποιήσομαι referatur.

Or. XXV. § 20. Οὐ τοίνυν ἄξιον χρῆσθαι τούτοις, οἷς ἐκείνους ἐωρᾶτε ἐξαμαρτάνοντας, οὐδὲ ἃ πάσχοντες ἄδικα ἐνομίζετε

Digitized by Google

πάσχειν, ὅταν ἑτέρους ποιῆτε, δίκαια ἡγεῖσθαι, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν κατελθόντες περὶ αὐτῶν γνώμην ἔχετε ἥνπερ φεύγοντες περὶ ὑμῶν αὐτῶν εἴχετε· ἐκ τούτων γὰρ καὶ ὁμόνοιαν πλείστην ποιήσετε κτἑ. Si superiora spectantur, περὶ αὐτῶν est περὶ τούτων ἃ πάσχοντες ἄδικα ἐνομίζετε πάσχειν, si sequentia περὶ ὑμῶν αὐτῶν respiciuntur, idem περὶ αὐτῶν homines quospiam significet necesse est. Praeterea ἐκ τούτων γὰρ κτἑ. superioribus non respondent. Ante ἀλλὰ τὴν αὐτὴν κατελθόντες non pauca excidisse videntur.

Or. XXV. § 22. Ἐπειδὴ δὲ πυνθάνοισθε τοὺς μὲν τρισχιλίους στασιάζοντας — τοὺς δὲ τριάκοντα μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας — τότ' ἤδη καὶ κατιέναι προσεδοκᾶτε καὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν λήψεσθαι δίκην. ταῦτα γὰρ τοῖς θεοῖς εὔχεσθε ἅπερ ἐκείνους ἑωρᾶτε ποιοῦντας, ἡγούμενοι διὰ τὴν τῶν τριάκοντα πονηρίαν πολὺ μᾶλλον σωθήσεσθαι ἢ διὰ τὴν τῶν φευγόντων δύναμιν κατιέναι. Legerim ταῦτα γάρ τοι τοῖς θεοῖς εὔχεσθε. Neque video quemadmodum σωθήσεσθαι retineri possit. Interpolator non vidit unicum verbum κατιέναι ad utrumque comparationis membrum pertinere.

Or. XXV. § 31. Οὐδὲν διαφέροντες τῶν τριάκοντα πλὴν ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ὀλιγαρχίας οὔσης ἐπεθύμουν ὥνπερ οὗτοι, οὗτοι δὲ δημοκρατίας τῶν αὐτῶν ὥνπερ ἐκεῖνοι, ὅμως οἴονται κτἑ. In hac aequalitate membrorum ἐπεθύμουν τῶν αὐτῶν ὥνπερ οὗτοι prope necessarium videtur.

Or. XXVI. § 7. Τί προσδοκῆσαι δεῖ δοκιμασθέντ' αὐτὸν ποιήσειν, εἰ τὴν ἐξιοῦσαν ἀρχὴν πέπεικεν αὐτοῦ ἕνεκα παρανομῆσαι; ἆρ' ἂν ὀλίγα τοιαῦτα ἐν τῷ ἐνιαυτῷ διαπράξασθαι; Restituendum videtur ἐν τῷ αὐτοῦ ἐνιαυτῷ διαπράξεσθαι; Num *suo* anno pauca contra leges acturum esse creditis, qui magistratum cui succedit adduxit ut in suam gratiam leges violaret?

Or. XXVI. § 10. Εἰ μὲν δὴ βουλεύσων νυνὶ ἐδοκιμάζετο καὶ ὡς ἱππευκότος αὐτοῦ ἐπὶ τῶν τριάκοντα — ἐν τοῖς σανίσιν ἐνεγέγραπτο, καὶ ἄνευ κατηγόρου ἂν αὐτὸν ἀπεδοκιμάζετε. Prop-

Digitized by Google

βόντι παραγενέσθαι, ἵν' εἰδείην τόν τ' ἐξαιρησόμενον αὐτὸν καὶ ὅ τι λέγων ἀφαιρήσοιτο. Quid in hac re inter ἐξαιρεῖσθαι et ἀφαιρεῖσθαι intersit ostendit § 12: ὅστις ἐβουλήθη βίᾳ ἀφαιρεθεὶς ἐνόχους καταστῆσαι τοὺς ἑαυτοῦ ἐπιτηδείους τοῖς βιαίοις, μᾶλλον ἢ κατὰ τοὺς νόμους εἰς τὴν ἐλευθερίαν ἐξαιρεθεὶς δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν ἀγόντων. Itaque et supra legendum est ὅ τι λέγων ἐξαιρήσοιτο et § 11 in lacuna reponendum εἴ τις ἢ εἰς ἐλευθερίαν τοῦτον ἐξαιροῖτο ἢ ἄγοι φάσκων ἑαυτοῦ δοῦλον εἶναι.

Or. XXIII. § 15. Ὡς οὖν ἥκει ἐκεῖ πολὺν χρόνον τούτων ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι. Imo τούτου ὑμῖν.

Or. XXIV. § 3. Ἤδη τοίνυν, ὦ βουλή, δῆλός ἐστι φθονῶν ὅτι τοιαύτῃ κεχρημένος συμφορᾷ τούτου βελτίων εἰμὶ πολίτης. Syntaxis pronominis τούτου vitiosa est. Requiritur αὐτοῦ βελτίων.

Or. XXIV. § 9 seqq. Pleraque corrupta sunt et maximam partem insanabilia videntur. In fine § 11 πολλάκις insiticium esse suspicor. In § 14: οὐ γὰρ δήπου τὸν αὐτὸν ὑμεῖς μὲν ὡς δυνάμενον ἀφαιρήσεσθε τὸ διδόμενον οἱ δὲ ὡς ἀδύνατον ὄντα κληροῦσθαι κωλύσουσιν, legendum videtur οἱ δὲ νόμοι ὡς ἀδ.

Or. XXV. § 7. Πειράσομαι δ' ὑμᾶς διδάξαι οὓς ἡγοῦμαι τῶν πολιτῶν προσήκειν ὀλιγαρχίας ἐπιθυμεῖν καὶ δημοκρατίας· ἐκ τούτου γὰρ καὶ ὑμεῖς γνώσεσθε κἀγὼ περὶ ἐμαυτοῦ τὴν ἀπολογίαν ποιήσομαι ἀποφαίνων ὡς οὔτε ἐξ ὧν ἐν δημοκρατίᾳ οὔτε ἐξ ὧν ἐν ὀλιγαρχίᾳ πεποίηκα οὐδέν μοι προσῆκον κακόνουν εἶναι τῷ πλήθει τῷ ὑμετέρῳ. Legendum καὶ οὓς δημοκρατίας. Praeterea cum post ὑμεῖς γνώσεσθε requiritur id quod iudices intellecturi sunt, participium ἀποφαίνων delendum videtur, ut ὡς — οὐδέν μοι προσῆκε (non προσῆκον) et ad ὑμεῖς γνώσεσθε et ad κἀγὼ π. ἐμ. τὴν ἀπολογίαν ποιήσομαι referatur.

Or. XXV. § 20. Οὐ τοίνυν ἄξιον χρῆσθαι τούτοις, οἷς ἐκείνους ἐωρᾶτε ἐξαμαρτάνοντας, οὐδὲ ἃ πάσχοντες ἀδίκα ἐνομίζετε

Digitized by Google

πάσχειν, ὅταν ἑτέρους ποιῆτε, δίκαια ἡγεῖσθαι, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν κατελθόντες περὶ αὐτῶν γνώμην ἔχετε ἥνπερ φεύγοντες περὶ ὑμῶν αὐτῶν εἴχετε· ἐκ τούτων γὰρ καὶ ὁμόνοιαν πλείστην ποιήσετε κτἑ. Si superiora spectantur, περὶ αὐτῶν est περὶ τούτων ἃ πάσχοντες ἄδικα ἐνομίζετε πάσχειν, si sequentia περὶ ὑμῶν αὐτῶν respiciuntur, idem περὶ αὐτῶν homines quospiam significet necesse est. Praeterea ἐκ τούτων γὰρ κτἑ. superioribus non respondent. Ante ἀλλὰ τὴν αὐτὴν κατελθόντες non pauca excidisse videntur.

Or. XXV. § 22. Ἐπειδὴ δὲ πυνθάνοισθε τοὺς μὲν τρισχιλίους στασιάζοντας — τοὺς δὲ τριάκοντα μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας — τότ' ἤδη καὶ κατιέναι προσεδοκᾶτε καὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν λήψεσθαι δίκην. ταῦτα γὰρ τοῖς θεοῖς εὔχεσθε ἅπερ ἐκείνους ἐωρᾶτε ποιοῦντας, ἡγούμενοι διὰ τὴν τῶν τριάκοντα πονηρίαν πολὺ μᾶλλον σωθήσεσθαι ἢ διὰ τὴν τῶν φευγόντων δύναμιν κατιέναι. Legerim ταῦτα γάρ τοι τοῖς θεοῖς εὔχεσθε. Neque video quemadmodum σωθήσεσθαι retineri possit. Interpolator non vidit unicum verbum κατιέναι ad utrumque comparationis membrum pertinere.

Or. XXV. § 31. Οὐδὲν διαφέροντες τῶν τριάκοντα πλὴν ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ὀλιγαρχίας οὔσης ἐπεθύμουν ὥνπερ οὗτοι, οὗτοι δὲ δημοκρατίας τῶν αὐτῶν ὥνπερ ἐκεῖνοι, ὅμως οἴονται κτἑ. In hac aequalitate membrorum ἐπεθύμουν τῶν αὐτῶν ὥνπερ οὗτοι prope necessarium videtur.

Or. XXVI. § 7. Τί προσδοκῆσαι δεῖ δοκιμασθέντ' αὐτὸν ποιήσειν, εἰ τὴν ἐξιοῦσαν ἀρχὴν πέπεικεν αὐτοῦ ἕνεκα παρανομῆσαι; ἆρ' ἂν ὀλίγα τοιαῦτα ἐν τῷ ἐνιαυτῷ διαπράξασθαι; Restituendum videtur ἐν τῷ αὐτοῦ ἐνιαυτῷ διαπράξεσθαι; Num *suo* anno pauca contra leges acturum esse creditis, qui magistratum cui succedit adduxit ut in suam gratiam leges violaret?

Or. XXVI. § 10. Εἰ μὲν δὴ βουλεύσων νυνὶ ἐδοκιμάζετο καὶ ὡς ἱππευκότος αὐτοῦ ἐπὶ τῶν τριάκοντα — ἐν τοῖς σανίσιν ἐνεγέγραπτο, καὶ ἄνευ κατηγόρου ἂν αὐτὸν ἀπεδοκιμάζετε. Prop-

Digitized by Google

ter sequentia: *νυνὶ δὲ, ὅτε μὴ μόνον ἱππευκὼς μηδὲ βεβουλευκὼς — φαίνεται*, gravis mihi suspicio est legendum esse *καὶ ὡς ἱππευκότος ἢ βεβουλευκότος αὐτοῦ.*

Or. XXVI. § 11. *Ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν ἀξιοῖ μόνος αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἄρχειν, καὶ μετὰ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς — τῶν μεγίστων κύριος γενέσθαι. μόνος* ante *αὐτὸς καθ' αὑτὸν* abundare videtur.

Or. XXVI. § 21. *Ὑμέτερον δὴ ἔργον ἐστὶν — σκέψασθαι ποτέρῳ ἂν πειθόμενοι περὶ τῆς δοκιμασίας ταύτης ἄμεινον βουλεύσαισθε, πότερον ἐμοὶ ἢ Θρασυβούλῳ.* Post *ποτέρῳ, πότερον* superesse videtur.

Or. XXVII. § 13. *Εἰ δὲ νομίσαντες ἀδικεῖν αἰτήσονται, δῆλον ὅτι τοῖς ἀδικοῦσιν εὐνούστεροί εἰσιν ἢ ὑμῖν τοῖς ἀδικουμένοις.* Sententia flagitat *ἐξαιτήσονται*, et sermonis concinnitas *τούτοις τοῖς ἀδικοῦσιν*; nam sequitur *ὑμῖν τοῖς ἀδικουμένοις*, non *τοῖς ἀδικουμένοις.*

Or XXVII. § 14. *Ἔτι δὲ τοὺς αὐτοὺς ἡγεῖσθαι χρὴ καὶ τῶν κατηγόρων σφόδρα δεήσεσθαι.* Reorum amici post causam peractam accusatores sollicitantes etiam si conata perficerent nihil agerent, quippe reis damnatis aut absolutis. Et infra § 15 eae sollicitationes non in futuro sed in praeterito tempore ponuntur: *ἡμεῖς οὐκ ἠθελήσαμεν προδοῦναι.* Scribendum *σφόδρα δεηθῆναι.*

Or. XXIX. § 8. *Οὐδὲν γὰρ τῶν αὐτοῦ καταθήσει, ἀλλὰ τὰ ὑμέτερα ὑμῖν αὐτοῖς ἀποδώσει.* Legendum: *τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν ὑμῖν ἀποδώσει.*

Or. XXX. § 15. *Καὶ περὶ τούτων οὐδένα ἂν ἐποιησάμην λόγον, εἰ μὴ ᾠσθανόμην αὐτὸν ὡς δημοτικὸν ὄντα πειράσεσθαι παρὰ τὸ δίκαιον σώζεσθαι, καὶ τῆς εὐνοίας τῆς εἰς τὸ πλῆθος*

Digitized by Google

τεκμηρίῳ χρησόμενον ὅτι ἔφυγεν. Qui cum Reiskio καὶ post σώζεσθαι delent praetervidisse videntur Graecam syntaxin postulare πειράσομαι σώζεσθαι τεκμηρίῳ χρώμενος non χρησόμενος. Vide Or. XIV. § 12: Ἐὰν δὲ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἐξαμαρτανόντων τιμωρῆσθε, πάντες πεύσονται, ὥστε τούτῳ παραδείγματι χρώμενοι βελτίους ἔσονται οἱ πολῖται. Omnia sana erunt restituto πειρασόμενον pro πειράσεσθαι. Cf. Or. XIV. § 16. Ὁρῶντες δὲ οὗτοι οἱ ἄνδρες ὀνόματι μὲν εἰρήνην γενομένην τῷ δ' ἔργῳ τὴν δημοκρατίαν καταλυομένην οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψειν ταῦτα γενέσθαι, οὐκ ἐλεοῦντες — τὰ τείχη — οὐδὲ κηδόμενοι τῶν νεῶν — ἀλλ' αἰσθόμενοι ἐκ τοῦ τρόπου τούτου τὸ ὑμέτερον πλῆθος καταλυθησόμενον.

Or. XXXI. § 4. Ἀξιῶ δὲ καὶ ὑμῶν οἵτινες δυνατώτεροι ἐμοῦ εἰσι λέγειν ἀποφῆναι μείζω ὄντα αὐτοῦ τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ἐξ ὧν ἂν ἐγὼ ὑπολίπω πάλιν αὐτοὺς περὶ ὧν ἴσασι κατηγορῆσαι Φίλωνος· οὐ γὰρ ἐκ τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων δεῖ ὑμᾶς περὶ αὐτοῦ ὁποῖός ἐστι σκέψασθαι. Si accusatori persuasum erat non oportere senatores ex iis quae dicturus erat de Philonis vita existimare, quiescere poterat. Sententia flagitat ἐκ τῶν ὑπ' ἐμοῦ μόνον λεγομένων.

Or. XXXI. § 8. Οὗτος γὰρ, ὦ βουλή, ὅτε ἡ συμφορὰ τῇ πόλει ἦν, ἧς ἐγὼ καθ' ὅσον ἀναγκάζομαι κατὰ τοῦτο μέμνημαι κτέ. Necessarium videtur κατὰ τοσοῦτο μέμνημαι, ut mox καθ' ὅσον ἕκαστος οἷός τ' ἦν κατὰ τοσοῦτον ἐβοήθει τῇ πατρίδι.

Or. XXXI. § 20. Οὐ τοίνυν ἔγωγε οἶδα ὅτι ὑμᾶς διαφερόντως δεῖ γιγνώσκειν περὶ αὐτοῦ, ἢ οἱ οἰκεῖοι γιγνώσκουσιν. τοιαῦτα γάρ ἐστιν, ὥστ' εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ ἄλλο ἡμάρτητο διὰ μόνα ταῦτα ἱκανὸν εἶναι ἀποδοκιμασθῆναι. Libri ἤδη ὅτι. Verum videtur οἶδα δι' ὅτι sive διὰ τί. In sequentibus ἱκανὸν e δίκαιον ortum esse suspicor.

Or. XXXI. § 30. Εἰσήχθη γὰρ ἀμφότερα ταῦτα οὐ τῶν γεγενημένων μᾶλλόν τι ἕνεκα ἢ τῶν γενησομένων, ἵν' ἀγαθοὶ προθυμῶνται γίγνεσθαι ἐκ παρασκευῆς, κακοὶ δὲ μηδὲ ἐξ ἑνὸς

Digitized by Google

AD THUCYDIDIS LIBROS VI ET VII.

(Ed. Boehmiana anni 1851.)

VI. 12. 2. Νομίσατε δὲ τοὺς τοιούτους τὰ μὲν δημόσια ἀδικεῖν τὰ δὲ ἴδια ἀναλοῦν καὶ τὸ πρᾶγμα μέγα εἶναι καὶ μὴ οἷον νεωτέρῳ βουλεύσασθαί τε καὶ ὀξέως μεταχειρίσαι. Οὓς ἐγὼ ὁρῶν νῦν ἐνθάδε τῷ αὐτῷ ἀνδρὶ παρακελευστοὺς καθημένους φοβοῦμαι καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ἀντιπαρακελεύομαι κτἑ. Pronomen οὕς nonnullis incertam videtur habere interpretationem. Cum tamen seniores sint quos Nicias ἀντιπαρακελεύεται vix dubitari potest quin ad iuniores referendum sit. Itaque ut oratio constet in superioribus legendum erit: οἷον νεωτέρους βουλεύσασθαι.

VI. 72. 4. Non ferenda tautologia inest in: μέγα δὲ βλάψαι καὶ [τὸ πλῆθος τῶν στρατηγῶν καὶ] τὴν πολυαρχίαν, ἦσαν γὰρ πεντεκαίδεκα οἱ στρατηγοὶ αὐτοῖς, τῶν τε πολλῶν τὴν ἀξύντακτον ἀναρχίαν. Quae circumscripsi in marginem releganda sunt.

VI. 74. 2. Ἀπελθόντες ἐς Νάξον καὶ Θρᾷκας σταυρώματα περὶ τὸ στρατόπεδον ποιησάμενοι αὐτοῦ διεχείμαζον. Θρᾷκας viri docti abiecerunt retinuerunt σταυρώματα praeter Thucydidis consuetudinem de unorum castrorum vallo positum. Nam valli navalis, quae uno loco VII. 53 σταυρώματα dicuntur sed alibi σταύρωμα, alia ratio est. Habet eiusmodi vallum spatiosa intervalla, quippe per quae naves remigio impelluntur; ita totius operis (τοῦ σταυρώματος) singulae partes satis magno spatio disiunctae sunt, ut per se spectari possint et universae τὰ σταυρώματα appellari. Verum portentosum Θρᾷκας unde natum sit demonstrare operae pretium est. Etenim in scholiis ad hunc locum legimus ὅρια περὶ τὸ στρατόπεδον ποιησάμενοι. οἱ μὲν τὰ νεώρια ἤκουσαν ἀκολουθήσαντες Ὁμήρῳ εἰπόντι Οὐρούς τ' ἐξεκάθαιρον, οἱ δ' ἀποθήκας. In quibus ὅρια sollicitari non debebat. Quis enim non videt lemma tamquam partem scholii exhiberi et scholiastem apud Thucydidem non

Digitized by Google

σταυρώματα legisse sed ὅρια? Cod. Perizonii rem conficere videtur, in quo et in textu supra σταυρώματα et in margine ante ὅρια π. τ. στρ. κτἑ. notum siglum γρ. appictum est. Si quis tamen dubitat omnem eximet dubitationem Hesychius, qui post ὅπως οὖν habet: ὅρια. τὰ νεώρια, ἔνιοι ἀποθήκας· καὶ Ῥωμαῖοι ὄρρεα καλοῦσιν. Ad idem porro ὅριον explicandum alia Hesychiana glossa pertinet in litterarum ordine suo loco recepta: ὅριον. τείχισμα, Φραγμόν (l. Φραγμών).

Rarum certe vocabulum erat ὅριον et propemodum incognitum cuius quatuor tradantur diversae interpretationes: νεώρια, ἀποθῆκαι, τείχισμα, Φραγμών; num mirum si quinta alicunde accessit, eiusdem generis atque Hesychianae τείχισμα et Φραγμών, σταυρώματα? quae cum primum inter versus libri Thucydidis appicta esset mox in verborum ordinem descendit et addita coniunctione in ipsam Thucydidis orationem irrepsit: ὅρια καὶ σταυρώματα. Eius autem interpolatae lectionis corruptela librorum Θρᾳκας σταυρώματα esse videtur: Οριακαι abiit in Θραικας.

Quod si verisimiliter disputatum est, duplicem lectio ὅρια habebit auctoritatem, alteram depravatam veterum librorum Thucydidis, alteram indubitatam grammatici omnibus Thucydidis libris antiquioris, cuius adnotatio partim in scholiis partim in Hesychii collectaneis superest. Qui si reconditorum Thucydidei sermonis verborum interpres iure reiicitur ex ignobili Byzantinorum schola profectus, lectionis idem quam in voluminibus suis reperisset gravis est testis et dignus qui audiatur.

Ergo σταυρώματα apud Thucydidem delendum erit, quippe quae lectio non exstabat in libris manuscriptis qui nostris longe antiquiores erant; contra aut ipsum ὅρια erit reponendum, vocabulum, ut multa alia quae vitam antiquam spectant, incertae significationis; aut certe in librorum Θρᾳκας et grammatici ὅρια, tamquam in reliquiis veteris traditionis, vera lectio indaganda.

VII. 8. 3. Καὶ οἱ μὲν ᾤχοντο φέροντες οὓς ἀπέστειλε τὰ γράμματα καὶ ὅσα ἔδει αὐτοὺς εἰπεῖν. Eo loco posita sunt οὓς ἀπέστειλε ut Thucydidem ea adiecisse vix credibile est.

Digitized by Google

'Απέστειλε ex ἃ ἐπέστειλε corruptum esse videtur, quod cum semel factum esset et participium et verbum accusativum requirebant. Legerim *φέροντες ἃ ἐπέστειλε καὶ ὅσα ἑ. α. εἶπ.*

VII. 13. 2. *Οἱ μὲν ἐπ' αὐτομολίας προφάσει ἀπέρχονται.* Ceterorum coniecturis mea accedat: *ἐπὶ σιτολογίας προφάσει.*

VII. 14. 3. *Εἰ δὲ προσγενήσεται ἓν ἔτι τοῖς πολεμίοις ὥστε τὰ τρέφοντα ἡμᾶς χωρία τῆς Ἰταλίας — πρὸς ἐκείνους χωρῆσαι, διαπεπολεμήσεται αὐτοῖς ἀμαχεὶ ἐκπολιορκηθέντων ἡμῶν ὁ πόλεμος.* Praestat fortasse *ἕν τι* pro *ἓν ἔτι*, nam supra non de hostium commodis actum est, quibus verendum esset ne id quoque accederet, sed de difficultatibus quibus premebantur Athenienses. Tum *ὁ πόλεμος* sine dubio insiticium est. Solet verbum *διαπολεμεῖσθαι* hoc nomine carere et impersonaliter poni. Cf. VII. 25 fin.

VII. 28. 3.. *Μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐπίεζεν ὅτι δύο πολέμους ἅμα εἶχον καὶ ἐς Φιλονεικίαν καθέστασαν τοιαύτην ἣν πρὶν γενέσθαι ἠπίστησεν ἄν τις ἀκούσας· τὸ γὰρ αὐτοὺς πολιορκουμένους — μηδ' ὡς ἀποστῆναι ἐκ Σικελίας, ἀλλὰ ἐκεῖ Συρακούσας — ἀντιπολιορκεῖν πόλιν οὐδὲν ἐλάσσω — τῆς Ἀθηναίων, καὶ τὸν παράλογον τοσοῦτον ποιῆσαι τοῖς Ἕλλησι τῆς δυνάμεως καὶ τόλμης, ὅσον κατ' ἀρχὰς τοῦ πολέμου οἱ μὲν ἐνιαυτόν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τριῶν γε ἐτῶν, οὐδεὶς πλείω χρόνον ἐνόμιζον περιοίσειν αὐτούς, εἰ οἱ Πελοποννήσιοι ἐσβάλοιεν ἐς τὴν χώραν· ὥστε ἔτει ἑπτακαιδεκάτῳ μετὰ τὴν πρώτην ἐσβολὴν ἦλθον ἐς Σικελίαν, ἤδη τῷ πολέμῳ κατὰ πάντα τετρυχωμένοι, καὶ πόλεμον οὐδὲν ἐλάσσω προσανείλοντο τοῦ πρότερον ὑπάρχοντος ἐκ Πελοποννήσου.* Post *ἐς τὴν χώραν* semicolon pro commate posui, quod qua de causa fecerim infra demonstrabitur. Etenim inextricabilis est syntaxis huius loci quemadmodum edi solet; nam infinitivi *τὸ μὴ ἀποστῆναι, ἀντιπολιορκεῖν, τὸν παράλογον ποιῆσαι* in hac oratione incerti pendent neque ullo modo cum ceteris cohaerent; deest enim finitum verbum quocum sint coniungendi. Tum *ὥστε ἔτει ἑπτ. — ἐκ Πελοποννήσου* non habent quo referantur: nam non in his apodosin habet *τὸν παράλογον τοσοῦτον ποιῆσαι* sed in *ὅσον — ἐς τὴν χώραν.*

In interpretatione huius loci hoc tenendum videtur. Duas

Digitized by Google

res, quae primo breviter proponuntur, Atheniensium indomitos spiritus (*ἐς φιλονεικίαν καθέστασαν τοιαύτην*) et opinionem quam Graeci de ipsis et de belli eventu habuissent (*ἢν πρὶν γενέσθαι ἠπίστησεν ἄν τις ἀκούσας*) Thucydides deinceps explicat et pluribus verbis complectitur, sed inverso ordine. Itaque quod in brevi illa indicatione primum posuit id ad finem huius loci absolvit: *καὶ ἐς φιλονεικίαν καθέστασαν τοιαύτην — ὥστε ἔτει ἑπτακαιδεκάτῳ — ἦλθον ἐς Σικελίαν κτἑ.* Alterum vero argumentum, in *ἣν ἀκούσας* quodammodo praeparatum, deinceps fusius exponitur verbis *τὸ γὰρ — ἐς τὴν χώραν*. Hoc autem erat quare colon post *χώραν* necessarium videbatur; haec omnia enim in continuatione sermonis media interveniunt. His vero explicatis restat ut singula quaedam restituantur a correctoris incerto iudicio corrupta et interpolata. Qui cum universam compositionem huius loci non perspexisset ad similitudinem eorum quae praecedunt scripsit *καὶ τὸν παράλογον τοσοῦτον ποιῆσαι*, pro verbo finito *ἐποίησε* infinitum *ποιῆσαι* ponens et interpolata particula *καὶ* cum ceteris infinitivis coniungens. Vera autem lectio videtur: *τὸ γὰρ — ἀντιπολιορκεῖν πόλιν οὐδὲν ἐλάσσω — τῆς Ἀθηναίων τὸν παράλογον τοσοῦτον ἐποίησε τοῖς Ἕλλησι —, ὅσον κτἑ.*

VII. 45. 2. *Ἀπέθανον δὲ οὐκ ὀλίγοι — ὅπλα μέντοι ἔτι πλείω ἢ κατὰ τοὺς νεκροὺς ἐλήφθη· οἱ γὰρ κατὰ τῶν κρημνῶν βιασθέντες ἄλλεσθαι ψιλοὶ ἄνευ τῶν ἀσπίδων οἱ μὲν ἀπώλλυντο οἱ δ' ἐσώθησαν.* Iterum interpolationis suspicionem movent verba *ἄνευ τῶν ἀσπίδων*. Nam *ψιλός* per se dicitur qui est *χωρὶς ὅπλων*.

VII. 46. *Ἐς — Ἀκράγαντα — Σικανὸν ἀπέστειλαν, ὅπως ὑπαγάγοιτο τὴν πόλιν εἰ δύναιτο.* Ὑπάγεσθαι fraudis et blanditiarum significationem habet quibus quis homines, plerumque in ipsorum perniciem, ad se alliciat. Hoc loco verum videtur *ἐπαγάγοιτο*.

VII. 48. 2. *Τὸ δέ τι καὶ τὰ τῶν πολεμίων — ἐλπίδος τι ἔτι παρεῖχε πονηρότερα τῶν σφετέρων ἔσεσθαι ἢν καρτερῶσι προσκαθήμενοι.* Ἔτι ante *πονηρότερα* transponendum videtur, quo loco facile excidere potuit. Primum omissum, tum inter versus aut in margine suppletum, mox descendit quo non oportebat.

Digitized by Google

VII. 48. 4. Τῶν — *παρόντων στρατιωτῶν πολλοὺς* — *ἔφη* — *βοήσεσθαι ὡς ὑπὸ χρημάτων καταπροδόντες οἱ στρατηγοὶ ἀπῆλθον*. Neque verbi *καταπροδιδόναι* neque *ἀπιέναι* ea est significatio ut cum *ὑπὸ χρημάτων* coniungi possint. Fortasse exquisita locutio, qualis est Demosthenis *μισθοῦ νόμους γράφειν, εἰσφέρειν* (contra Timocr. p. 722), hoc loco obliterata est: *ὡς χρημάτων καταπροδόντες*.

VII. 70. 5. *Καὶ ὅσον μὲν χρόνον προσφέροιτο ναῦς, οἱ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων τοῖς ἀκοντίοις — ἐπ' αὐτὴν ἐχρῶντο· ἐπειδὴ δὲ προσμίξειαν, οἱ ἐπιβάται ἐς χεῖρας ἰόντες ἐπειρῶντο ταῖς ἀλλήλων ναυσὶν ἐπιβαίνειν*. Non diversi sunt *ἐπιβάται* et qui supra *οἱ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων* dicuntur. Vide § 3. In nostro loco *οἱ ἐπιβάται* insiticium videtur.

VII. 70. 8. In fine eiusdem capitis *οἱ δὲ Συρακόσιοι, εἰ οὓς σαφῶς ἴσασι προθυμουμένους Ἀθηναίουςπαντὶ τρόπῳ διαφυγεῖν, τούτους αὐτοὶ φεύγοντες φεύγουσιν*, molestum *Ἀθηναίους* deleverim.

VII. 75. 5. Quadraginta millia hominum in Atheniensium agmine a Syracusis recedebant, *καὶ τούτων οἵ τε ἄλλοι ἔφερον πάντες ὅτι τις ἐδύνατο ἕκαστος χρήσιμον, καὶ οἱ ὁπλῖται καὶ οἱ ἱππῆς παρὰ τὸ εἰωθὸς αὐτοὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν σιτία ὑπὸ τοῖς ὅπλοις, οἱ μὲν ἀπορίᾳ ἀκολούθων οἱ δ' ἀπιστίᾳ*. Cibaria calones semper portare solebant, et si iter in pacato erat aut procul ab hostibus praeterea arma. Nunc utroque onere milites et equites praeter consuetudinem gravabantur, armorum et insuper cibariorum *τὰ σιτία ἐπὶ τοῖς ὅπλοις*.

VII. 87. 5. *Ξυνέβη τὸ ἔργον τοῦτο Ἑλληνικὸν τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τόνδε μέγιστον γενέσθαι, δοκεῖν δ' ἔμοιγε καὶ ὧν ἀκοῇ Ἑλληνικῶν ἴσμεν, καὶ τοῖς τε κρατήσασι λαμπρότατον καὶ τοῖς διαφθαρεῖσι δυστυχέστατον*. Qui *Ἑλληνικὸν* retinent barbarorum aliquam in hoc bello calamitatem Atheniensium clade maiorem respicere debebunt. Vereor ut inveniant. *Ἑλληνικὸν* eiiciendum est. Adscripsit magister ad *κατὰ τὸν πόλεμον τόνδε*, idem homo ut videtur cui c. 85. 4. *τῶν ἐν τῷ* [*Σικελικῷ*] *πολέμῳ τούτῳ* debemus.

W. G. Pluygers.

Digitized by Google

AD THEMISTII ORATIONEM XXXIV,

περὶ τῆς ἀρχῆς.

In oratione *περὶ τῆς ἀρχῆς*, quam ex Codice Ambrosiano Maius primus protulit, post multorum curas hic illic aliquid emendandum superest, quod paucis notabo.

Mendum apertissimum inest in Themistii verbis p. 444, 17 Dind. *ἡ γὰρ ἐπήραμεν ἄμφω φιλοσοφίαν εἰς τὰ ἔργα ἐκ τῶν λόγων καταγαγόντες ἢ ἄμφω καταβεβλήκαμεν.* Pugnant inter sese et adversis frontibus concurrunt *ἐπήραμεν* et *καταγαγόντες*. Compara modo locum p. 463, 11: *τοιούτῳ βασιλεῖ κοινωνῶν τοιαύτης ἀρχῆς οὐ κατήγαγον φιλοσοφίαν ἀλλ' ἐπῆρα.* Quid igitur faciemus? Simplicissimum esse videtur praepositionem resecare et *ἀγαγόντες* pro *καταγαγόντες* rescribere. *Ἄγειν* est verbum medium, quale sententia loci requirit et sic recte ponitur controversia utrum *τὸ τὴν φιλοσοφίαν ἐκ τῶν λόγων εἰς τὰ ἔργα ἄγειν* sit *ἀνάγειν καὶ ἐπαίρειν τὴν φιλοσοφίαν* an *κατάγειν καὶ καταβάλλειν.*

Miror quomodo Dindorfius p. 447, 9 ferre potuerit: *καὶ τοῦ προσεῖναι κόσμον ἐν τοῖς ἔργοις ἐπεμέλησαν*, ubi manifesto requiritur *κόσμον τοῖς ἔργοις ἐπεμελήθησαν. Ἐπεμέλησαν* enim barbarum est, et *κόσμος πρόσεσι τοῖς ἔργοις* Graecum est, non *ἐν τοῖς ἔργοις.*

Plato, ut scribit p. 448, 5, *ἐθάρρησε περιεργάσασθαι μὴ καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως ἔστιν ἀνώτερον*, sed Themistius dederat *ἔστι τι ἀνώτερον.* Crebro fit ut N et TI permisceantur.

Quod statim sequitur p. 448, 15: *κἂν τῇ μὲν μηδὲν πρόκειται ἀγαθόν*, pervulgatus est scribarum error pro *προκέηται.* Mendosum est quod legitur p. 453, 3: *ἐῶ τὸν Πρίσκον καὶ τὸν Θρασέαν καὶ τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς ἰδέας, ὡς ἐμπλήσωσί σε οἱ συγγραφεῖς.* Emenda: *ὧν ἐμπλήσουσί σε.*

Boni magistratus esse scribit Themistius p. 455, 9: *τὸ μη-*

Digitized by Google

δὲν τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος προὔργου ποιεῖσθαι, sed claudicabit sententia donec pro προὔργου restitueris προὐργιαίτερον, unde pendet genitivus τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος. Sumsit hoc ab Atticis, veluti Isocr. in Archidamo § 35: ὅπως δὲ χρὴ τοῦ δικαίου ποιεῖσθαί τι προὐργιαίτερον οὐδεὶς ἂν με λέγων πείσειεν, et saepe hoc sequiores scriptores imitantur. Πρὸ ἔργου legitur nunc apud Themistium p. 52 A: πολὺ ἂν πρὸ ἔργου εἴη πρὸς τὴν θέαν τῆς ἀληθινῆς εὐμορφίας, sed illic quoque προὔργου dedisse videtur sumtum ex Platonis Rep. II. p. 376 C: ἆρά τι προὔργου ἡμῖν ἐσιν αὐτὸ σκοποῦσι πρὸς τὸ κατιδεῖν οὗπερ ἕνεκα πάντα σκοποῦμεν. Deest vocabulum quo carere non possumus p. 455, 5: οὐκ ἀτιμοτέρους ἀπέφηνα μῆνας πολλῶν ἐνιαυτῶν. Suppleri debet μῆνας (ὀλίγους) πολλῶν ἐνιαυτῶν, ut recte in vicinia legitur: πρὸς δὲ ἀρετῆς ἐπίδειξιν ἀποχρῶσι καὶ μῆνες ὀλίγοι καὶ ἡμέρα, sed ibi ἡμέραι (nempe ὀλίγαι) pro ἡμέρα dederat, quoniam si singulari numero uti voluisset certo Graecorum usu καὶ ἡμέρα μία dicere debuisset.

Dixerat Themistius in unaquaque arte non multitudinem artis operum sed praestantiam spectari solere, quibus haec addit p. 456, 2: πόσῳ πλείω τὰ Παύσωνος ἔργα τῶν Ζεύξιδος ἢ τῶν Ἀπελλοῦ; τίς οὖν οὐ προτιμᾷ πινάκιον ἓν ἐκείνοιν τοῖν ἀνδροῖν ἢ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν Παύσωνος τέχνην; In his οὖν locum non habet, sed δὲ, quamobrem sic scribendum: τίς δ' οὐ προτιμᾷ κτἑ.

Confusa sunt duo pronomina p. 456, 6: ὑπάρχει σοι καὶ χρόνῳ σεμνύνεσθαι ὅσον πεπολίτευμαι. Res ipsa clamat μοι pro σοι verum esse. „Si praeclarum est, inquit, ut tibi videtur, *diu* remp. capessere, *est mihi* etiam hoc nomine quod gloriari possim, namque ab ineunte aetate usque ad extremam senectutem rem publicam gessi."

Deinde sua in remp. merita commemorat, legatum se ad Constantium missum esse, rem frumentariam curasse sese et Senatorum numerum a trecentis ad duo millia auxisse; tum praemia quae tulerit enumerat sic: ἐφ' ὧν δύο μὲν αἵ τε χαλκαῖ παρὰ δυοῖν αὐτοκρατόρων εἰκόνες, τιμαὶ δὲ ἐν γράμμασι [illegible]πολόγιαι, παρακλήσεις δὲ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ταύτην οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς ἀλλὰ πολλάκις. In his primum scribe ἐξ ὧν pro ἐφ' ὧν,

Digitized by Google

deinde quaere quid lateat in δύο μὲν αἵ τε χαλκαῖ εἰκόνες, nam haec quidem sana et integra esse nullo modo possunt. Equidem Themistium sic dixisse suspicor: ἐξ ὧν δύο μέν (μοι) αἵδε χαλκαῖ εἰκόνες. Dativus μοι abesse non potest, ubi narrat quos honores, quae praemia ob merita in remp. consecutus fuerit. In AITE latebat αἵδε. Duae statuae ex loco unde verba faciebat Themistius conspiciebantur. Simillimus locus est p. 146 B. ubi est: καὶ χαλκαῖ μὲν αὗται εἰκόνες, in quas dum illa diceret oculos convertebat et manum.

Continuo ita pergit: καὶ προστίθει τούτοις ἅπασιν ὅπως καὶ ὁπότε, quae ut Graeca oratio fiat emenda: τούτοις ἅπασι τὸ πῶς καὶ τὸ πότε. In talibus necessarius articulus est et nullo modo omitti potest, ut p. 221 A: ἐμοὶ τοῦ ποσοῦ θαυμασιώτερον ἦν τὸ ὁπότε, ubi τὸ πότε reponendum. Deinde exponit τὸ πῶς καὶ τὸ πότε, id est qua ratione et quibus temporibus illum honorem Praefecturae Urbanae sit adeptus. In his quae coniungenda fuerant Editores perperam diremerunt unde locus densis tenebris obscuratus est. Ante omnia uno tenore verba continuanda sunt in hunc modum: ὅτι μήτε ἐπιλιπαρήσαντος μήτε ἐπ' ἄλλῳ τῳ ἀλλ' ἐπὶ τοῖς λόγοις, καὶ ἡνίκα ὀσπρίων οὐκ ἦν ἀμητός, καὶ παρ' ἀνδρὸς ἥκιστα εὐμαροῦς, ὃς ἐπιστέλλων πρὸς τὴν γερουσίαν αὐτὸ τοῦτο διαρρήδην ὁμολογεῖ μέρος μέν τι συμπεῖσαι μόλις, τὸ σύμπαν δὲ μὴ παιδευθῆναι καὶ ὅτι μηδὲν προσείληφα τοσοῦτον ὅσον προστέθεικα σεμνότερον ἀποφήνας τοὔνομα τῆς ἀρχῆς τῇ κοινωνίᾳ. Horum pleraque aperta sunt et perspicua. Themistius adeptus est, ut scribit, illum honorem μὴ ἐπιλιπαρήσας ἀλλ' ἐπὶ τοῖς λόγοις, praeterea in annonae penuria ἡνίκα ὀσπρίων οὐκ ἦν ἀμητός, tum παρ' ἀνδρὸς ἥκιστα εὐμαροῦς. Apparet eum principem ipsum Theodosium ita appellare, ἄνδρα ἥκιστα εὐμαρῆ, quod quid significet non est mihi admodum perspicuum. Si sanum est *minime facilem* dixit Theodosium propterea quod acer esset et admodum diligens in eligendis iis quibus aliquam potestatem committeret. Reliqua sumta sunt ex Theodosii ad Senatum epistola, in qua disertis verbis scripserat: μέρος μέν τι συμπεῖσαι μόλις, τὸ σύμπαν δὲ μὴ παιδευθῆναι. Horum prior pars apertissima est, sed reliqua absurda et pessime corrupta. Scripserat sese vix a Themistio impetrasse ut eum

Digitized by Google

honorem susciperet, quod perspicuum est, sed τὸ σύμπαν δὲ μὴ παιδευθῆναι malesanum est ac prorsus absurdum. Vehementer suspicor Codicem male lectum a Maio esse, qui quae legebat saepe non intelligebat, ut paulo ante, ubi pro ὀσπρίων edidit ὁ πρίων et comparavit Hesychianum πρίων: ἀγοράζων "ex quo quis commodiorem sensum procudat." Ex ipso sententiae fundo aliquid eruendum est quod argumento loci sat commode respondeat. Fieri potest ut verum sit: τὸ σύμπαν δέ με μηδὲν δεηθῆναι, ut scripserit princeps Themistium omnino illum Praefecturae honorem *minime expetiisse.* Quod loci reliquum est καὶ ὅτι μηδὲν προσείληφα κτέ. sine controversia ex eadem Principis epistola sumtum est. Poterat haec de Themistio Theodosius ad Senatum scribere, sed haec ipse de se praedicare Themistius non poterat.

Pergit Themistius sic p. 457, 12: καὶ εἰ μέν τις ἔροιτο τὴν αἰτίαν δι' ἣν τότε μὲν ἀπώκνησα, νῦν δὲ οὐκ ἔτι, ἐρῶ. Non facile dices cur μέν sit interpositum in verbis: εἰ μέν τις. Themistius autem scripserat: εἴ μέ τις ἔροιτο τὴν αἰτίαν, *si quis* ex me *causam quaereret.* Tum describitur optimus princeps, philosophiae amans et Themistii studiosus etiam admonentis et increpantis. Ambigunt utrum de Iuliano haec an de Theodosio dicta sint. Non est ulla dubitatio quin de Theodosio sint accipienda. Semel tantum Themistium Praefectura urbana functum esse idque sub Theodosio nunc quidem extra omnem controversiam positum est. Vide nunc quid dicat p. 460, 3 de eodem principe quem adhuc omisso nomine laudaverat: παρ' αὐτῆς ἐδεξάμην τῆς χειρὸς τὰς πινακίδας παρ' ἧς οὐ κεκύρωται ἡ μέλαινα ψῆφος, παρ' ἧς ὀσημέραι ἐκφοιτῶσιν ἀγαθῶν πηγαὶ, κακῶν ἐπισχέσεις. Praesentis temporis usus ὀσημέραι ἐκφοιτῶσιν satis arguit de vivo Principe haec dici, quemadmodum perfectum p. 459, 2: οὔτε γὰρ σμικρὸν οὔτε μέγα ἐκλέλοιπεν οὐδὲν τῶν ὑψοῦ φιλοσοφίαν αἰρόντων. Theodosii igitur ingenium describens ita dicit: γεγανὸς καὶ γαθερὸς καὶ τοῦ καθ' ἕκαστον κοινῇ κεχαρισμένου τὸ συμφέρον προεξετάζων, in quibus non difficile est duo vitia deprehendere. Alterum pervulgatum est, προεξετάζων enim scribae substituerunt pro προεξετάζων. Praeterea nonne vides κοινῇ ex sua propria sede exulare? Facile apparet Themi-

Digitized by Google

stium hoc dicere: „Theodosius prius quaerere solet *quid sit omnibus utile* quam *quid sit singulis iucundum.*" Itaque non aliter quam sic scribere potuit: *τοῦ καθ' ἕκαστον κεχαρισμένου τὸ κοινῇ συμφέρον προεξετάζων.* Quomode *κοινῇ* loco motum sit non perspicio, sed sic in pristinam sedem reductum esse apparet. In fine loci p. 460, 2 emenda *παρὰ ταύτης ἐδεξάμην τῆς χειρός* pro *παρ' αὐτῆς*, et inserta copula *ἀγαθῶν πηγαὶ (καὶ) κακῶν ἐπισχέσεις.*

Non debebat Dindorfius ad p. 460, 16 commemorare inutilem Iacobsii suspicionem in his: *πῶς δ' ἂν ἔτι τῆς ἀχρησίας τῶν Φιλοσόφων ἐκελεύομεν αἰτιᾶσθαι τοὺς μὴ χρωμένους;* ubi non coniecisset *ἐκωλύομεν* pro *ἐκελεύομεν* si meminisset Platonis ea verba esse de Rep. VI. p. 489 B. *ἄχρηστοι τοῖς πολλοῖς οἱ ἐπιεικέστατοι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ· τῆς μέντοι ἀχρησίας τοὺς μὴ χρωμένους κέλευε αἰτιᾶσθαι, ἀλλὰ μὴ τοὺς ἐπιεικεῖς.* Celebratum Platonis locum in libro VI de Republica ubi perfectum philosophum ac regem omnibus virtutibus ornatum describit, Themistius, (qui se ab omni adulatione abhorrere tam saepe ipse praedicat ut vix ei credere possis) ad amussim quadrare solet dicere in Principem, quemcumque imperio potitum vidit et compellavit. Loci Platonici pars potior legitur de Rep. VI. p. 487 A. ubi philosophiam appellat *ἐπιτήδευμα, ὃ μήποτ' ἄν τις οἷός τε γένοιτο ἱκανῶς ἐπιτηδεῦσαι, εἰ μὴ φύσει εἴη μνήμων εὐμαθὴς μεγαλοπρεπὴς εὔχαρις φίλος τε καὶ ξυγγενὴς ἀληθείας δικαιοσύνης ἀνδρείας σωφροσύνης.* Haec omnia plane in Principe inesse magna voce et bonis lateribus iactabat Themistius in quemcunque principem incidisset, sive is esset Constantius (p. 46 A et 62 A) sive Valens (p. 105 B.) sive Theodosius (p. 215 B. et in hac oratione p. 461, 2). Audi adulatorem ad Constantium ita dicentem p. 46 A: *σὲ δέ, ὦ βασιλεῦ, καὶ Πλάτων ὁ σοφὸς ἐμοῦ πρότερον* (L. *πρότερος*) *ἀνεκήρυττε, καὶ ἵνα μὴ ἄλλως με κομψεύεσθαι ὑπολάβῃς ἰδού σοι λέγω τὰ ῥήματα οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν μετακινήσας.* Constantium autem cum illo comparari quem Plato perfectum hominem cogitando finxit! Recoquit eadem apud eundem p. 62 A. Nemo nunc mirabitur quo pacto Themistius Constantio unus omnium philosophorum praestantissimus fuerit visus: *πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων*, ut apud Menan-

Digitized by Google

drum est. Ubi summa rerum ad Valentem devenit audi mihi philosophum p. 105 B: *οὗτος ἐκεῖνός ἐστιν ὃν ζητεῖς, ὦ θαυμασιώτατε Πλάτων, καὶ λέγεις μοι λίαν ἀκριβῶς οὐκ εἰδὼς ὃν λέγεις καὶ τὴν εἰκόνα ἐκμάττῃ οὐχ ἑορακὼς τὸ ἀρχέτυπον.* Atque haec Valens et aulici magna cum gravitate audiebant. Ad imperium pervenit Theodosius: statim eadem ei cantilena cantatur pag. 215 B. *ἐῶ γὰρ τὸν θεσπέσιον Πλάτωνα, ὃς ηὔξατο μὲν βασιλέα τοιοῦτον εὑρήσειν —, ὡς αὐτός που φησί, νέον σώφρονα πρᾷον ἥμερον μεγαλοπρεπῆ μεγαλόφρονα,* quibus non dubitavit haec statim subiicere, *ἀντικρὺς Θεοδόσιον!* Eadem iterum in hac oratione apponit, p. 461, 3: *ὃν γὰρ (Πλάτων) ἐν τοῖς συγγράμμασιν αἰτεῖ βασιλέα — νέον εὐμαθῆ μεγαλοπρεπῆ μεγαλόφρονα, καὶ εἰ μὴ τοὔνομα λέγει, τοῦτόν* (Theodosium) *φησι καὶ τοῦτον εὔχεται ἐπιφανῆναι.* Credo etiam Arcadium et Honorium, si vixisset, iisdem laudibus extulisset, quos alii testes aliquanto integriores *βοσκήματα* appellaverunt. Sed haec obiter: redeo ad emaculandam Themistii orationem, quae gravi vitio inquinata est in iis quae continuo sequuntur p. 461, 13: *οἰμωγὴ ἐξελήλαται τῶν ἀρχείων, οἱ δήμιοι δὲ ὄνομα φροῦδον. τὸ δὲ ἐπιδεικνύναι καὶ φαίνειν καὶ προσαγγέλλειν οὐ συνετὰ ῥήματα ἤδη.* Quid dicat Themistius apertum est, nempe *delationibus* impositum esse finem. Ex antiquitatibus Atticis depromsit verba quaedam forensia, quae *deferre* olim significabant, quum delatorum (*συκοφαντῶν*) plena essent omnia. Agnoscimus *φαίνειν* et *προσαγγέλλειν*, sed *ἐπιδεικνύναι* in tali re nemo dixit umquam. Quis autem in foro Attico tam hospes est ut non statim veram lectionem reperiat quae est *ἐνδεικνύναι*? Cui non tam nota *ἔνδειξις* atque *φάσις* et *προσαγγελία*? Themistius *ἐνδεικνύναι* et apud Oratores Atticos saepe legerat et in Platone, qui et in libris de Legibus eo verbo nonnumquam utitur et in Socratis Apologia p. 32 B. *ἑτοίμων ὄντων ἐνδεικνύναι με καὶ ἀπάγειν τῶν ῥητόρων*, ad quem locum Stallbaumius docuit *ἔνδειξιν* et *ἀπαγωγήν*, *τὸν ἐνδειχθέντα* et *ἀπαχθέντα* coniungi solere. Certum igitur est *ἐνδεικνύναι* pro *ἐπιδεικνύναι* esse reponendum, et notum est omnibus *ἐν* et *ἐπί* in libris MSS. inter se permutari solere. Lubenter Themistius utitur vetustis vocabulis forensibus At-

Digitized by Google

ticorum et formulis quibusdam solemnibus, sed (ut sequiores omnes) non est in ea re satis diligens et in errores quosdam se implicat. Huiusmodi est quod scribit p. 283 A. *δικαστήριον — σοφώτερον τοῦ εἰς ἕνα καὶ χιλίους, οἷς ἐπιτέτραπται ἐκ τῆς ψήφου ἐξενεγκεῖν ὅ τι χρὴ παθεῖν τὸν ἁλόντα ἢ ἀποτῖσαι*, et p. 311 C: *σεμνότερον δὲ ἦν καὶ Ἀθήνησι διαστήριον τῶν εἰς ἕνα καὶ χιλίους ὁ Ἄρειος πάγος*. Nemo enim dixit umquam *ἐκ τῆς ψήφου ἐξενεγκεῖν* pro *γνῶναι*, aut *ὁ Ἄρειος πάγος* pro *ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλή*. Erravit quoque p: 44 D. ubi scripsit: *ὃν οὐκ ἔστι ψευδομαρτυρίας ἐλεῖν ἀλλ' οὐδὲ γράψασθαι ὡς χρημάτων ἐαλωκὼς — ἐδωρήσατο ἐπαίνους οὐδὲν προσήκοντας*. Non est enim Graecum *αἱρεῖν ψευδομαρτυρίας*, sed *ψευδομαρτυριῶν*, et pro *χρημάτων ἐαλωκώς* Attici *δεδωροδοκηκώς* dixissent. Themistius utitur verbo *ἁλῶναί τινος* pro *ἡττηθῆναι* aut *ἐρασθῆναί τινος*. Itaque toto coelo distant *δώρων ἁλῶναι* apud Atticos et apud serum Atticorum imitatorem Themistium, qui *δώρων ἁλούς* ponit pro *δωροδοκήσας* p. 116 B. ubi ad principem ita dicit: *τοὺς εἰρηνικοὺς ἄρχοντας περιορᾷς καὶ λαθεῖν ἔξεστι δώρων ἁλόντα*. Fieri potest (inquit) ut *te inscio* aliquis eorum *donis corrumpatur* contra officium et fidem. In Attica *ὁ ἁλούς iudicum sententiis damnatus* est. De usu verbi *ἁλίσκεσθαι* apud Themistium alio loco dicam. Peccavit iterum adversus constantem Atticorum loquendi morem p. 201 D: *σεμνὸν ἦν — μάρτυρα ποιεῖσθαι τὸν Ἄρειον πάγον ἢ τὴν βουλὴν τῶν πεντακοσίων*, nam constanter olim omnes *τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους*, non *τῶν πεντακοσίων*, dicere solebant. Enumerans principis beneficia in privatos collata Themistius ita scribit p. 461, 20: *τῷ δὲ τροφὴν ἐτήσιον ἐχορήγησε, τῷ δὲ συνέδωκε θυγατέρας, τῷ δὲ ξυνέτισε χρέος ἀναγκαῖον*. In his duo sunt manifesta vitia, quorum alterum Maius sustulit, alterum adhuc fugit omnes. Pro *συνέδωκε* Maius dedit *συνεξέδωκε*. Quod loci sententia requirit *in elocandis filiabus adiuvit* nempe dotem illis de suo largiens, id omnes sciunt *συνεκδιδόναι* appellari. Frequens erat hoc genus beneficii Athenis et notus est locus Demosthenis de Corona § 268 *„non commemorabo οὔτ' εἴ τινας ἐκ τῶν πολεμίων ἐλυσάμην οὔτ' εἴ τισι θυγατέρας συνεξέδωκα*, quo respicit is qui *Δημοσθένους ἐγκώμιον* scripsit inter libros Lucianeos edi solitum cap. 45:

Digitized by Google

παρὰ τοῖς οἰκείοις, ὧν ἐλυσάμην αἰχμαλώτους ἢ τοῖς πατράσιν, ὧν συνεξέδωκα τὰς θυγατέρας, ubi pro altero ὧν apertum est οἷς emendari oportere. Hoc quoque satis apertum est eodem modo apud Themistium pro ξυνέτισε χρέος reponendum esse συνεξέτισε χρέως, quod verbum non minus necessarium est quam συνεξέδωκε pro ξυνέδωκε. Nempe τίνειν χρέως pro ἀποτίνειν vel ἐκτίνειν non dicitur. Συνεκτίνειν Themistius apud Demosthenem legerat in Orat. LIII. § 26: ὡμολόγησαν αὐτοὶ συνεκτίσειν, et aliis locis. Multis verbis praedicat Themistius p. 462, 2 liberalitatem Theodosii, cuius iussu pecuniae iam in fiscum redactae reddebantur iis a quibus contra ius expressae erant. Numquam antea auditum hoc est, inquit, ἀλλ' ἦν ἂν ὑπόστροφος ἡ ζημία τοῖς ἠδικημένοις. Mirum tam evidens mendum latere potuisse: scribendum est enim ἀνυπόστροφος.

Deinde addit novum et insignius etiam liberalitatis argumentum his verbis: τὸ δὲ καὶ τοῖς χρήσασθαι δεηθεῖσι δοῦναι δωρεὰν καὶ πλείονός γε δοῦναι δωρεὰν ἢ ὅσῳ χρῆσθαι ᾔτησε — τίνα Ἀλκιβιάδην οὐχ ὑπερβαίνει; Pro ᾔτησε Maius aut ᾔτησέ τις aut ᾔτησαν coniecit, quorum hoc verum videtur, sed multo gravius mendum superest. Quid enim sibi volunt verba ἢ ὅσῳ χρῆσθαι ᾔτησαν? Vera scriptura exsculpi potest ex praecedentibus τοῖς χρήσασθαι δεηθεῖσι. Nempe χρήσασθαι non est a verbo χρῆσθαι, sed a κίχρασθαι, et χρήσασθαι idem est atque δανείσασθαι. Sic demum intelligitur quid sit δοῦναι δωρεὰν τοῖς χρήσασθαι δεηθεῖσι, quam quis pecuniam volebat *sumere mutuam*, eam *dono dedisse* Theodosius narratur. Itaque pro ἢ ὅσῳ χρῆσθαι ᾔτησαν apparet corrigi oportere ἢ ὅσον χρήσασθαι ᾔτησαν. Postquam χρήσασθαι in χρῆσθαι depravatum est, ὅσον verbo χρῆσθαι accommodatum est.

Necessaria vocula incuria omissa est p. 462, sq. in verbis: ἆρα τούτους εἴασεν εὐπαθεῖν —, ὧν δὲ ἀφελόμενος ἀπέδωκε — τούτους συνεχώρησεν ἀνιᾶσθαι. Supple: τούτους (μὲν) εἴασεν εὐπαθεῖν κτἑ. Sensu vacuum est quod editur p. 463, 1: οἶδα ἐγὼ πολλοὺς ἀχαρίστους φανέντας ὑπὲρ ὧν ἔτυχον ἀγαθῶν τὴν εὔνοιαν μὴ ἐπανιόντας. Nihili est ἐπανιέναι τὴν εὔνοιαν. Suspicor Themistium dedisse: τὴν εὔνοιαν μὴ ἐπανισοῦντας, id est beneficiis quae acceperant *parem benevolentiam non refe-*

Digitized by Google

rentes, beneficiis in se collatis *benevolentiam non exaequantes*. Continuo sequitur: καίτοι γε ἀλγεινότατος τῷ πεποιηκότι καλῶς ἡ παρὰ τοῦ πεπονθότος ἀγνωμοσύνη, ubi ἀλγεινότατον scribendum esse satis, credo, manifestum est. Mox scribe ὑπὸ τοσούτου πλημμελήματος pro τοιούτου.

Non recte componuntur εἴτε — ἤ p. 465, 12: εἴτε γεωργοῖς αὐτοῖς ἐθέλει χρῆσθαι βασιλεὺς ἢ στρατιώταις. Certa lex sermonis rescribere iubet εἴτε στρατιώταις.

Turpe mendum p. 466, 8: δυσχωρίας, ἃς δικάζονται οὐ σὺν πολλῷ πόνῳ, iam antea admonuimus ita eximendum esse ut pro absurdo δικάζονται corrigatur διεξιόντες.

Male composita verba sunt p. 467, 7: τέως μὲν ἠριθμοῦντο πρὸς ὁπόσους παραταξόμεθα. Res ipsa clamat Themistium dedisse: *numerare solebamus*, ἠριθμοῦμεν.

Substitue adverbium pro adiectivo p. 467, 11: σκόπει τοίνυν ὅσῳ βασιλικώτερος Θεοδόσιος τοῖς λυπήσασι προσενήνεκται ἢ ὁ — εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων, nam nulla est dubitatio quin βασιλικώτερον sit emendandum.

Peccavit Themistius ipse p. 467, 14 ubi scripsit: ἐπιτιμᾷ τὸν ἀδελφὸν μαλαττόμενον πρὸς τὸν ἱκέτην, nam non est recordatus ἐπιτιμᾶν cum dativo coniungi oportere et ἐπιτιμᾷ τῷ ἀδελφῷ Graecum esse pro *increpat fratrem*. Semel apud Herodotum legitur VI. 39: τὸν ἀδελφὸν Στησαγόρεα δηλαδὴ ἐπιτιμέων, ubi miro et inaudito more ἐπιτιμέων ponitur pro simplici τιμῶν *fratri honorem habens*, si sana scriptura est, de qua re vehementer dubito. Ἐπιτιμᾶν autem pro ἐπιπλήττειν positum passim legitur apud omnes et constanti omnium usu dativum regit.

Post pauca φέροι legendum est pro φέρει in verbis Homeri μηδ' ὄντινα γαστέρι μήτηρ κοῦρον ἐόντα φέροι, μηδὲ τοῦτον διαφυγεῖν. In sqq. recipere Dindorfius debebat certam Iacobsii emendationem νυμφοτολοῦμεν τὰς θυγατέρας pro νυμφοτροφοῦμεν, quod absurdum verbum est et natum scribae oscitantia verbum παιδοτροφοῦμεν, quod praecedit, ἔναυλον habentis.

Certum vitium et parata medicina est p. 468, 19: ὁ Σωκράτης ἀπεδέχετο καὶ πρὸς τὸν θρυλούμενον λόγον — ὅτι μὲν δεῖ τοὺς φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς βλάπτειν. Primum restitue sanam verborum compositionem in ultima parte sic:

Digitized by Google

ὅτι δεῖ τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς βλάπτειν. Deinde vide quid lateat in ἀπεδέχετο καὶ πρὸς τὸν λόγον, quae manifesto mendosa sunt et sensu destituta. Quod Iacobsius coniecit pro καὶ πρός reponendum esse οὐχ ἁπλῶς, ludere est, non emendare. Vitii sedes est in ἀπεδέχετο, in quo verbo si duas litterulas correxeris, habebis scripturam sanam et perspicuam hanc: ὁ Σωκράτης ἀπεμάχετο πρὸς τὸν λόγον. Non illepide Socrates veluti cum adversario quodam *depugnare* dicitur cum celebrata multorum sententia, quam *deiicere* studebat.

Scribarum vitio atra caligo premit locum p. 469, 19, ubi quum dixisset Themistius „*Hercules non propterea tantus vir erat quia tenebat* τοὺς περαντικοὺς λόγους καὶ τοὺς ἀπεράντους, ἀλλ' ὅτι ἐκώλυσε παρανομίαν," ita pergit: κἀγὼ τοίνυν τὸν Ἰόλεων ἐμιμησάμην καὶ γέγονα χρόνον τινὰ ὑπουργὸς τῷ Καλλινίκῳ καὶ τῆς κοινῆς ἑσίας ἐπεμελήθην. οὐ περιείργασμαι οὐδὲ ἔλαττον προσήκει τούτῳ ἔχειν ἢ ἡ τοῖς ἀβακίοις ἐγκαρτερήσασα. Dicam simplicissime quomodo haec veterem formam recipere debeant, quo facto omnia clara luce splendebunt. Nempe sic legendum est: κἀγὼ τοίνυν (εἰ) τὸν Ἰόλεων ἐμιμησάμην καὶ — τῆς κοινῆς ἑσίας ἐπεμελήθην, οὐ περιείργασμαι οὐδὲ ἔλαττον προσήκει ταύτῃ μ' ἔχειν ἢ εἰ τοῖς ἀβακίοις ἐνεκαρτέρησα. Haec demum sana sententia est et praecedentibus apte respondens. Nunc omnia recte et ordine procedunt. Partem veri vidit Iacobsius, qui ultimam loci partem sic constituerat: οὐδὲ ἔλαττον προσήκει διὰ τοῦτο ἔχειν ἢ εἰ τοῖς ἀβακίοις ἐνεκαρτέρησα ἀεί. Sed nil proderat haec emaculasse donec esset restituta protasis κἀγὼ τοίνυν, εἰ τὸν Ἰόλεων ἐμιμησάμην, οὐ περιείργασμαι. Tecte principem Theodosium cum Hercule comparans et eum τὸν Καλλίνικον appellans, quo nomine veteres Herculem designant, Iolaum se ipsum facit Herculis adiutorem, et satis callide rationem sic concludit: si Herculis philosophia fortibus factis spectaretur, se qui ei horum laborum socius et adiutor fuerit non posse supervacuam operam et vanam in illis rebus perdidisse. Pro διὰ τοῦτο, quod Iacobsius reponebat, malui ταύτῃ scribere, et satis est τοῖς ἀβακίοις ἐνεκαρτέρησα sine ἀεί, quod plane est inutile.

Etiam ea quae continuo sequuntur, ut a Maio edita sunt,

Digitized by Google

intelligi prorsus nequeunt, quia perperam divisa et male distincta sunt et insuper uno et altero mendo inquinata. Maius dissecuit quae arctissime inter se coniuncta fuerunt et ita demum res in integrum restitui poterit et certa lux affulgebit ubi ea coaluerint in unum quae nunc discerpta et dilacerata videmus. Itaque primum omnia ea verba sic scribe: *ἀλλὰ Πλάτων μὲν οὐκ ἀπῄει τρὶς διαπλέων ὑπὲρ Δίωνος τὸν Ἰόνιον, οὐδὲ Ἀριστοτέλης ὑπὲρ Σταγείρων πεφροντικὼς οὐδὲ Καρνεάδης οὐδὲ Κριτόλαος πρεσβεύοντες ὑπὲρ τῆς Ἀττικῆς, ἐγὼ δὲ, ὡς ἔοικε, χαμαὶ πάλιν ἐκυλινδούμην ἀπὸ τοῦ διαύλου τῆς ἐσπερίας καὶ τῆς ἑῴας ὃν διέδραμον ἤδη τὴν ἀγαθὴν δόξαν τῆς πόλεως συμπεριφέρων.* Maius enim haec ita discidit ut in fine capitis XXVIII poneret: *ἀλλὰ Πλάτων μὲν — πρεσβεύοντες ὑπὲρ τῆς Ἀττικῆς*; et quasi nova sententia institueretur novum caput XXIX orditur a verbis: *Ἐγὼ δὲ, ὡς ἔοικε, κτἑ.* et sic omnia, ut tu vides, pervertit ac pessumdat. Restituta sic totius loci conformatione melius apparent vitia, quibus singulae loci partes laborant. Gravissimum et turpissimum vitium est in *οὐκ ἀπῄει*. Ecquid esse potest absurdius quam hoc: *Πλάτων τρὶς διαπλέων τὸν Ἰόνιον οὐκ ἀπῄει*? Non potuit simul Hadriaticum mare traiicere et *domi manere*, *οὐκ ἀπιέναι*. Ex ipsa oppositione, quae in loco inest, primum sententia verborum in mendo latentium cognoscetur, deinde ubi de sententia constet reperiri poterunt ipsa verba, quibus in eam rem Themistius sit usus. Verbis corruptis *Πλάτων μὲν οὐκ ἀπῄει* opposuit haec: *ἐγὼ δὲ χαμαὶ ἐκυλινδούμην*, unde satis apparet eum de Platone et caeteris dixisse aliquid in hanc sententiam: „Plato, Aristoteles, Carneades et Critolaus quum itinera reip. causa susciperent et legationibus fungerentur *nihil fecerunt quod esset philosophia indignum;* ego si remp. capesso et legationes obeo *χαμαὶ κυλινδοῦμαι*, *humi volutor* et versor in rebus, quae philosophum non decent. Itaque in depravatis verbis *οὐκ ἀπῄει* latet aliquid quod huc redeat: *οὐδὲν ἐποίησε τῆς φιλοσοφίας ἀνάξιον*. Videndum nunc est an id elicere possimus. Quomodo, dixerit aliquis, fieri poterit ut ex ΟΥΚΑΠΗΙΕΙ huiusmodi quid eruatur? Non est ea res tam difficilis et ardua atque prima specie alicui videatur. Necesse est meminisse quid impulerit Themistium ut

Digitized by Google

hanc orationem haberet ederetque. Nempe extorsit hanc Themistio defensionem mordax Palladae epigramma hoc:

Ἄντυγος οὐρανίης ὑπερήμενος ἐς πόθον ἦλθες
ἄντυγος ἀργυρέης αἶσχος ἀπειρέσιον.
ἦσθά ποτε κρείσσων, αὖθις δ' ἐγένου πολὺ χείρων,
δεῦρ' ἀνάβηθι κάτω, νῦν γὰρ ἄνω κατέβης.

qui versus magis protervi et mordaces quam faceti et elegantes quum tota urbe cantarentur et omnibus essent in ore, Themistius iis hanc orationem opposuit, in qua saepius cum ipso Pallada tamquam si adesset depugnat, et summa ope hoc agit ut ne gerendo praefecturam videatur philosophiam καταγαγεῖν et ipse καταβῆναι. Sumserat hoc verbum Palladas a Platone, ut ostendit Themistius ipse p. 471, 9: μὴ οὖν ἀπρὶξ ἔχου τοῦ ῥήματος μηδὲ ὅτι Πλάτων ἐν Πολιτείᾳ τοὺς ἀπὸ τῆς θείας θεωρίας καταβαίνοντας εἰς τὴν ἀνθρωπίνην ὑποκορίζεται τούτῳ τῷ ῥηματίῳ οἷον καὶ μικρὸν πολιτεύεσθαι, ubi scribendum est μηδὲ — οἷον μικρὸν (τὸ) πολιτεύεσθαι. Respicitur liber VII de Rep., in quo philosophi dicuntur ἄνω ἀναβάντες αὐτὸ τἀγαθὸν ὁρᾶν et sic μὴ ἐθέλειν πάλιν καταβαίνειν παρ' ἐκείνους τοὺς δεσμώτας μηδὲ μετέχειν τῶν παρ' ἐκείνοις πόνων τε καὶ τιμῶν, p. 519 D. Hinc exclamat Themistius p. 453, 15: εἶτα λέγεις ὅτι κατέβην, et post pauca: οὐ κατέβην, ὦ Φίλος, ἀλλὰ κατὰ χώραν ἀναβέβηκα, quibus continuo subiungit: οὐδὲ γὰρ Σωκράτης ἐκεῖνος ἐκ Φιλοσοφίας κατέβη πρυτανεύσας Ἀθήνησιν, et οὐδὲ ὁ πάγκαλος Ξενοφῶν στρατηγήσας τῶν μυρίων ἐκ Φιλοσοφίας κατέβη, et οὐδὲ Παρμενίδης κατέβη νομοθετῶν Ἰταλιώταις. Iam tu vides quid in ΟΥΚΑΠΗΙΘΙ lateat. Hoc ipsum verbum eodem sensu de Platone caeterisque veteribus philosophis usurpaverat et ita dixerat: ἀλλὰ Πλάτων μὲν οὐ κατέβη τρὶς διαπλέων τὸν Ἰόνιον, — ἐγὼ δὲ χαμαὶ πάλιν ἐκυλινδούμην. In ultimis his verbis novus error inest. Quid enim sibi vult πάλιν? Nihil hercle. Rescribe πάλαι, quoniam legationibus, quas *olim* obierat, opponit statim τὴν ἔναγχος ἀποδημίαν εἰς τὴν ἀοίδιμον Ῥώμην. Non est insolitus scribarum error, quo πάλαι et πάλιν inter se permiscentur.

In iis quae de recenti sua legatione ad Romanos scribit p. 471, 1 apparet nova librariorum socordia, quae adhuc

Digitized by Google

Criticos fugit: *ἐπρέσβευον πρὸς τοὺς ὑμετέρους πατέρας*, inquit, *ὁμόνοιαν ταῖς πόλεσι πρυτανεύων καὶ ἐντίμους αὐτοῖς ὑμᾶς καὶ αἰδοίους ποιῶν*, quod hoc argumento confirmat: *ἃ γὰρ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκεῖνοι πρὸς τοὺς αὐτοκράτορας ἐψηφίζοντο κοινὴ τῆς πόλεως αὕτη σεμνότης*. Quae est ea sententia: *quos vobis honores decreverunt, hi toti civitati decori et ornamento sunt.* Quos dicat honores perspicuum est ex iis quae continuo addidit: *καὶ εἰ μὴ Φορτικὸς ὑμῖν ἔμελλον ἔσεσθαι τοὺς ἐμαυτοῦ καταλέγων ἐπαίνους κτἑ.* Nempe *ipsum legatum* Themistium Romani honorificentissimis decretis ornaverant, quam laudem in totam civitatem redundare dixit. Itaque emendandum ἡμῶν pro ὑμῶν, quod sciunt omnes pervulgatum esse in libris vitium, atque sic rescribendum: *ἃ γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκεῖνοι ἐψηφίζοντο κοινὴ τῆς πόλεως αὕτη σεμνότης.*

Nisi invidiosum esset, inquit, p. 471, 5, *recitassem vobis Senatus Romanorum exclamationes*, δι' ὧν καὶ τοῦτο ἀπώνασθε ἂν μαθόντες ὁπόσῳ τῷ περιόντι νικῶσι Ῥωμαῖοι τῷ σεμνύνειν καὶ τιμᾶν ἀρετήν. Tralaticium mendum est in verbis δι' ὧν, pro quibus ἐξ ὧν est corrigendum. Cur toties δι et ἐξ confundantur saepius alibi demonstravimus.

C. G. Cobet.

THUCYDIDES EMBLEMATE LIBERATUS.

Foede interpolatus est Thucydidis locus in oratione Periclis I. 140: *ὑμῶν δὲ μηδεὶς νομίσῃ περὶ βραχέος ἂν πολεμεῖν εἰ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν, ὅπερ μάλιστα προὔχονται* [*εἰ καθαιρεθείη μὴ ἂν γίγνεσθαι τὸν πόλεμον*]. Ultima verba in marginem, unde male irrepserunt, ableganda sunt. Ὅπερ *μάλιστα προὔχονται* refertur ad ea quae praecedunt *περὶ βραχέος ἂν πολεμεῖν εἰ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν.* Nisi emblema sustuleris, ὅπερ ad *τὸ ψήφισμα* erit referendum et ὅπερ *εἰ καθαιρεθείη* fuissent arcte coniungenda, quae nunc interpositis *μάλιστα προὔχονται* intolerabilem in modum dissecta sunt.

C. G. Cobet.

Digitized by Google

hanc orationem haberet ederetque. Nempe extorsit hanc Themistio defensionem mordax Palladae epigramma hoc:

Ἄντυγος οὐρανίης ὑπερήμενος ἐς πόθον ἦλθες
ἄντυγος ἀργυρέης αἶσχος ἀπειρέσιον.
ἦσθά ποτε κρείσσων, αὖθις δ' ἐγένου πολὺ χείρων,
δεῦρ' ἀνάβηθι κάτω, νῦν γὰρ ἄνω κατέβης.

qui versus magis protervi et mordaces quam faceti et elegantes quum tota urbe cantarentur et omnibus essent in ore, Themistius iis hanc orationem opposuit, in qua saepius cum ipso Pallada tamquam si adesset depugnat, et summa ope hoc agit ut ne gerendo praefecturam videatur philosophiam καταγαγεῖν et ipse καταβῆναι. Sumserat hoc verbum Palladas a Platone, ut ostendit Themistius ipse p. 471, 9: μὴ οὖν ἀπρὶξ ἔχου τοῦ ῥήματος μηδὲ ὅτι Πλάτων ἐν Πολιτείᾳ τοὺς ἀπὸ τῆς θείας θεωρίας καταβαίνοντας εἰς τὴν ἀνθρωπίνην ὑποκορίζεται τούτῳ τῷ ῥηματίῳ οἷον καὶ μικρὸν πολιτεύεσθαι, ubi scribendum est μηδὲ — οἷον μικρὸν (τὸ) πολιτεύεσθαι. Respicitur liber VII de Rep., in quo philosophi dicuntur ἄνω ἀναβάντες αὐτὸ τἀγαθὸν ὁρᾶν et sic μὴ ἐθέλειν πάλιν καταβαίνειν παρ' ἐκείνους τοὺς δεσμώτας μηδὲ μετέχειν τῶν παρ' ἐκείνοις πόνων τε καὶ τιμῶν, p. 519 D. Hinc exclamat Themistius p. 453, 15: εἶτα λέγεις ὅτι κατέβην, et post pauca: οὐ κατέβην, ὦ Φίλος, ἀλλὰ κατὰ χώραν ἀναβέβηκα, quibus continuo subiungit: οὐδὲ γὰρ Σωκράτης ἐκεῖνος ἐκ Φιλοσοφίας κατέβη πρυτανεύσας Ἀθήνησιν, et οὐδὲ ὁ πάγκαλος Ξενοφῶν στρατηγήσας τῶν μυρίων ἐκ Φιλοσοφίας κατέβη, et οὐδὲ Παρμενίδης κατέβη νομοθετῶν Ἰταλιώταις. Iam tu vides quid in ΟΤΚΑΠΗΙΕΙ lateat. Hoc ipsum verbum eodem sensu de Platone caeterisque veteribus philosophis usurpaverat et ita dixerat: ἀλλὰ Πλάτων μὲν οὐ κατέβη τρὶς διαπλέων τὸν Ἰόνιον, — ἐγὼ δὲ χαμαὶ πάλιν ἐκυλινδούμην. In ultimis his verbis novus error inest. Quid enim sibi vult πάλιν? Nihil hercle. Rescribe πάλαι, quoniam legationibus, quas *olim* obierat, opponit statim τὴν ἔναγχος ἀποδημίαν εἰς τὴν ἀοίδιμον Ῥώμην. Non est insolitus scribarum error, quo πάλαι et πάλιν inter se permiscentur.

In iis quae de recenti sua legatione ad Romanos scribit p. 471, 1 apparet nova librariorum socordia, quae adhuc

Digitized by Google

Criticos fugit: ἐπρέσβευον πρὸς τοὺς ὑμετέρους πατέρας, inquit, ὁμόνοιαν ταῖς πόλεσι πρυτανεύων καὶ ἐντίμους αὐτοῖς ὑμᾶς καὶ αἰδοίους ποιῶν, quod hoc argumento confirmat: ἃ γὰρ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκεῖνοι πρὸς τοὺς αὐτοκράτορας ἐψηφίζοντο κοινὴ τῆς πόλεως αὕτη σεμνότης. Quae est ea sententia: *quos vobis honores decreverunt, hi toti civitati decori et ornamento sunt.* Quos dicat honores perspicuum est ex iis quae continuo addidit: καὶ εἰ μὴ Φορτικὸς ὑμῖν ἔμελλον ἔσεσθαι τοὺς ἐμαυτοῦ καταλέγων ἐπαίνους κτἑ. Nempe *ipsum legatum* Themistium Romani honorificentissimis decretis ornaverant, quam laudem in totam civitatem redundare dixit. Itaque emendandum ἡμῶν pro ὑμῶν, quod sciunt omnes pervulgatum esse in libris vitium, atque sic rescribendum: ἃ γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκεῖνοι ἐψηφίζοντο κοινὴ τῆς πόλεως αὕτη σεμνότης.

Nisi invidiosum esset, inquit, p. 471, 5, *recitassem vobis Senatus Romanorum exclamationes*, δι' ὧν καὶ τοῦτο ἀπώνασθε ἂν μαθόντες ὁπόσῳ τῷ περιόντι νικῶσι Ῥωμαῖοι τῷ σεμνύνειν καὶ τιμᾶν ἀρετήν. Tralaticium mendum est in verbis δι' ὧν, pro quibus ἐξ ὧν est corrigendum. Cur toties δι et ἐξ confundantur saepius alibi demonstravimus.

C. G. Cobet.

THUCYDIDES EMBLEMATE LIBERATUS.

Foede interpolatus est Thucydidis locus in oratione Periclis I. 140: ὑμῶν δὲ μηδεὶς νομίσῃ περὶ βραχέος ἂν πολεμεῖν εἰ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν, ὅπερ μάλιστα προὔχονται [εἰ καθαιρεθείη μὴ ἂν γίγνεσθαι τὸν πόλεμον]. Ultima verba in marginem, unde male irrepserunt, ableganda sunt. Ὅπερ μάλιστα προὔχονται refertur ad ea quae praecedunt περὶ βραχέος ἂν πολεμεῖν εἰ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν. Nisi emblema sustuleris, ὅπερ ad τὸ ψήφισμα erit referendum et ὅπερ εἰ καθαιρεθείη fuissent arcte coniungenda, quae nunc interpositis μάλιστα προὔχονται intolerabilem in modum dissecta sunt.

C. G. Cobet.

Digitized by Google

LOCUS THEMISTII ET CORNELII NEPOTIS RESTITUTUS.

Felicissima emendatione Ruhnkenius restituit locum Themistii p. 180 A. sed levem errorem nescio quomodo non animadvertit. In libris est: *παρακαλέσωμεν τοὺς νεανίας ἐπιδημεῖν ποτε ἤδη καὶ ἐπιφοιτῆσαι ἐκ τῶν σκηνῶν καὶ τῶν χαράκων τῇ πόλει τῆς βασιλείας.* Valentem et Gratianum Romam vocat, et ita pergit: *Ῥῆνος δὲ οὐ κωλύσει οὐδὲ Τίγρης οὐδὲ Εὐφράτης ἀλλὰ πέμψουσιν ἐπανιόντας ὡς τὴν μητέρα ϛεφανώσαντας καὶ τελειώσαντας.* Nihili est *τελειώσαντας*, et rem acu tetigit Ruhnkenius (ad Timaeum p. 247) reponens *ταινιώσαντας*. Videtur TAINIΩCANTAC in TϵNIΩCANTAC tralaticio errore corruptum esse idque inconsulto in vocabulum bene Graecum sed a sententia loci prorsus abhorrens *τελειώσαντας* a futili correctore esse refictum. Solent sic *ϛέφανοι καὶ ταινίαι, ϛεφανῶσαι καὶ ταινιῶσαι* ex Graecorum consuetudine componi, ut apud Xenophontem in Hellen. V. I. 3: *οὐδεὶς ἐκεῖνον ὅϛις οὐκ ἐδεξιώσατο καὶ ὁ μὲν ἐϛεφάνωσεν, ὁ δὲ ἐταινίωσεν. οἱ δὲ ὑϛερήσαντες ὅμως καὶ ἀναγομένου ἔρριπτον εἰς τὴν θάλατταν ϛεφάνους.* Utar hoc Xenophontis loco ad emendandum locum plane gemellum Cornelii Nepotis in Alcibiade cap. VI; cuius correctionem Muretus (*Var. Lectt.* XV. 7) egregie instituit sed non perfecit. Editur: *et id quod numquam ante usu venerat nisi Olympiae victoribus*, coronis aureis aeneisque *vulgo donabatur*. Acutissime Muretus ex AENEISQUE elicuit veram lectionem TAENIISQUE. Ambabus manibus palmariam emendationem amplectimur, sed non est satis. Quemadmodum enim nemo sanus crediderit Alcibiadem coronis *aeneis* vulgo donatum esse, sic ne *aureis* quidem. Publice nonnullis optime de rep. meritis habebatur summus honos, ut corona aurea donarentur, sed privati homines et effusa civium multitudo coronis minus pretiosis,

Digitized by Google

credo, utebantur. Thucyd. IV. 121: τὸν Βρασίδαν — δημοσίᾳ μὲν χρυσῷ στεφάνῳ ἀνέδησαν, ἰδίᾳ δὲ ἐταινίουν. Coronae erant serta ex floribus frondibusque, qualibus Graeci omnes in re divina facienda et in conviviis utebantur, emtis de foro, ubi sedebant αἱ στεφανοπώλιδες, quemadmodum et ταινιοπώλιδες dicuntur apud Demosthenem LVII. 33 et 34 ἐργάζεσθαι ἐν τῇ ἀγορᾷ, aut pauperculae cives aut servae, ut est apud Eupolidem Athenaei p. 326 A:

μήτηρ τις αὐτῷ Θρᾷττα ταινιόπωλις ἦν.

Coronae igitur ex omni genere florum et frondium nectebantur et appellabantur στέφανοι ἀνθέων, ῥόδων, ἴων, δάφνης, κοτίνου, κιττοῦ similibusque sexcentis, quae collegit Athenaeus libro XV; coronas vero *ex aere* nemo umquam vidit vel audivit. Videor mihi reperisse unde coronae *aureae* apud Nepotem provenerint. Postquam enim TAENIISQUE in AENEISQUE depravatum est miratus nescio quis scripturam CORONIS AENEISQUE interpolavit locum et de suo AUREIS interposuit. Nepos dederat: *coronis taeniisque vulgo donabatur*, ut apud Xenophontem est: ὁ μὲν ἐστεφάνωσεν, ὁ δὲ ἐταινίωσεν, et erat fieri solitum quum athletae ex ludis victores reverterentur. Cf. quae Photius in v. Περιαγειρόμενοι servavit, et Thucyd. l. l. ἰδίᾳ δὲ ἐταινίουν τε καὶ προσῇσαν ὥσπερ ἀθλητῇ. Ex huius ipsius rei observatione loci Themistiani emendatio perficienda est et levis error, quem Ruhnkenium fugisse diximus, eximendus. Vide an intelligas rationem accusativi στεφανώσαντας καὶ ταινιώσαντας in his: ὁ Ῥῆνος καὶ ὁ Τίγρης καὶ ὁ Εὐφράτης πέμψουσιν (Valentem et Gratianum) ἐπανιόντας ὡς τὴν μητέρα (Romam) στεφανώσαντας καὶ ταινιώσαντας. Facile videbis intelligi nullo modo posse. Itaque Wolfius a Dindorfio laudatus *futuri* temporis participia στεφανώσοντας καὶ ταινιώσοντας reponebat, ut dicerentur principes, alter ab Rheno redux, alter a Tigride et Euphrate, matrem Romam coronis taeniisque *ornaturi* adfore. Verum non est ita. *Ipsi* principes coronis taeniisque tempora redimiti, utpote ἀθληταὶ νικηφόροι, ab extremis imperii Romani finibus victores et triumphantes Romam reversuri esse dicebantur. Quamobrem ita scribendum est: ἀλλὰ πέμψουσιν ἐπανιόντας ὡς τὴν μητέρα στεφανώσαντες καὶ ταινιώσαντες, quemadmo-

Digitized by Google

dum milites apud Xenophontem l. l. Teleutiam σεφανώσαντες καὶ ταινιώσαντες ἔπεμπον. Aliud agens scriba exaequavit ἐπαινιόντας — σεφανώσαντας — ταινιώσαντας, sententiae de more securus. Caeterum obversatur Themistio locus Homeri Iliad. Z. 480, ut apparet ex sqq. ἡ δὲ χαίρει δεξαμένη — φέροντας μὲν καὶ βροτόεντα ἔναρα, φέροντας δὲ καὶ ἀγιώτερα τρόπαια.

Vidi nuperrime qui in Nepotis loco pro AUREIS probaret Westermanni coniecturam LAUREIS doceretque bis apud Velleium Paterculum II. 40. 4 in libris esse *corona aurea* pro *laurea* [1]). Confundi haec posse et solere constat, sed *coronae laureae* in tali re commemorari non possunt, quum ingens civium multitudo Alcibiadem coronis undique paratis emtisque vulgo donaret. Quod cuique erat in promptu, id Alcibiadi obtulit. *Coronae laureae* apud Romanos sunt triumphantium, apud Graecos σέφανοι δάφνης, σέφανοι δάφνινοι, δαφνηφόρος et δαφνηφορεῖν in sacris Apollinaribus habebant locum et in consulendo oraculo Apollinis Delphico. Memorabilis locus est apud Livium XXIII. 11, ubi Q. Fabius Pictor Delphis redux commemorat *„iussum se ab templi antistite sicut* coronatus laurea corona *et oraculum adisset et rem divinam fecisset, ita coronatum navim ascendere nec ante deponere eam quam Romam pervenisset."*

C. G. Cobet.

LYCURGI LOCUS CORRECTUS.

In Lycurgi Leocratea § 40 scioli additamentum adhuc acutos Criticorum oculos fugit. Editur: ὁρᾶν δ' ἦν ἐπὶ μὲν τῶν θυρῶν γυναῖκας ἐλευθέρας [περιφόβους] κατεπτηχυίας καὶ πυνθανομένας [εἰ ζῶσι] τὰς μὲν ὑπὲρ ἀνδρὸς, τὰς δ' ὑπὲρ πατρὸς, τὰς δ' ὑπὲρ ἀδελφῶν. Quemadmodum recte viri docti περιφόβους expunxerunt, sic et verba εἰ ζῶσι Graeculo, qui de suo addidit, reddere debuerant. Admonitus senties illa verba et inepte abundare et alieno loco esse posita. Ubi deleveris omnia recte procedunt.

C. G. Cobet.

[1]) Roersch, *Revue de l'Instruction Publique en Belgique* IX. p. 433.

Digitized by Google

AD ISAEI ORATIONEM II,

περὶ τοῦ Μενεκλέους κλήρου.

Foeda macula deturpat locum Isaei in Orat. II. 39: *φαίνονται αὐτοὶ οὗτοι ἐμοὶ μαρτυροῦντες ὅτι κατὰ τοὺς νόμους ἐποιήθη ἡ ποίησις καὶ δικαίως εἰμὶ κληρονόμος τῶν* Μενεκλέους. Soloecum est *ἐποιήθη ἡ ποίησις*. Quemadmodum Latinum *facio* habet passivum *fio*, non *facior*, sic *ποιεῖν* et medium *ποιεῖσθαι* habet passivum *γίγνομαι*, *ἐγενόμην*, *γεγένημαι*, non *ποιοῦμαι*, *ἐποιήθην*, *πεποίημαι*. Itaque *ἐποιήθη ἡ ποίησις* dici non potest: dicendum est *ἡ ποίησις ἐγένετο*, Isaeus ipse quid dederit infra ostendemus.

Si cui forte ea res nova et inaudita est et ei propterea sic primum audienti incredibilis videtur, faciat inter legendum experimentum. Brevi videbit (sat scio) et certo comperiet rem ita sese habere ut diximus, et praeterea multis locis sic demum optime intelliget verbum *γίγνομαι* ubi senserit *verbi ποιεῖν* (vel *ποιεῖσθαι*) *esse passivum*. Eadem plane ratio intercedit inter *ποιεῖν* et *πάσχειν*. *Ποιεῖν τινά τι* habet passivum *πάσχειν τι ὑπό τινος*, nt *ποιεῖν τινα εὖ* vel *κακῶς* habet passivum *πάσχειν εὖ* vel *κακῶς ὑπό τινος*, et uno verbo ubi *ποιεῖν* habet obiectum *personae*, passivum est *πάσχω* pro *ποιοῦμαι*. *Εὖ ποιοῦμαι* pro *εὖ πάσχω* soloecum est, quemadmodum *ἐποιήθη ἡ ποίησις* pro *ἐγένετο*. Res certa est et perpetuo frequentissimoque omnium usu confirmata. Exempla leguntur passim apud omnes, et nemo unum locum proferet in quo Graeci hanc dicendi consuetudinem deseruerint. *Εὐεργετοῦμαι* recte dicitur et saepe pro *εὖ πάσχειν*, ut apud Aeschinem in Timarchum § 14: *ὁ εὐεργετούμενος οὐκέτι αἰσθάνεται ὧν εὖ πάσχει*, ubi eodem sensu dicere poterat

Digitized by Google

ὁ εὖ πάσχων — ὧν εὐεργετεῖται, sed nemo umquam pro εὖ πάσχω sive εὐεργετοῦμαι dixit εὖ ποιοῦμαι. Sunt et alia multa eiusdemmodi, quae me longa observatio vera et certa esse docuit. Attigi haec subinde in *Variis* et *Novis Lectionibus*, nunc complura sub unum conspectum ponam. Quemadmodum inter se opponuntur ποιεῖν (ποιεῖσθαι) τι et γίγνεσθαι ὑπό τινος, ποιεῖν τινά τι et πάσχειν ὑπό τινος, sic λέγειν τινά τι et λέγειν τινὰ εὖ, κακῶς, πολλὰ κακά, τὰ ἔσχατα, et similia omnia, habet passivum ἀκούειν τι ὑπό τινος, ἀκούειν εὖ, κακῶς, πολλὰ κακά, τὰ ἔσχατα ὑπό τινος. Quemadmodum igitur εὖ πάσχειν ὑπό τινος tum demum optime intelligitur quum observaveris verbi ποιεῖν in talibus passivum esse πάσχειν, non ποιεῖσθαι: sic optime intelliges quomodo dicatur κακῶς ἀκούειν ὑπὸ τῶν πολιτῶν, et apud Plutarchum in Catone maiore cap. 20: οὐκ ἠξίου δὲ τὸν υἱόν, ὥς φησιν αὐτός (Cato), ὑπὸ δούλου κακῶς ἀκούειν ἢ τοῦ ὠτὸς ἀνατείνεσθαι μανθάνοντα βράδιον, et apud Demosthenem p. 1021, 30: ὥσπερ αὐτοὶ οὐκ ἂν ἀξιώσαιτε κακῶς ἀκούειν ὑπὸ τῶν ὑμετέρων παίδων, οὕτω μηδὲ τούτῳ ἐπιτρέπετε περὶ τοῦ πατρὸς βλασφημεῖν, et similia passim quum memineris ἀκούειν verbi λέγειν passivum esse. Ut modo diximus εὐεργετεῖσθαι recte dici, εὖ ποιεῖσθαι non item, sic εὐφημοῦμαι commode dicitur et εὐλογοῦμαι et κακολογοῦμαι, sed absurdum est dicere εὖ λέγομαι vel λέγομαι κακῶς ὑπό τινος. Sunt haec omnia tam certa et pervulgata, ut neminem dubitaturum esse confidam. Eodem modo ἀποκτείνω τινά habet passivum ἀποθνήσκω ὑπό τινος, non ἀποκτείνομαι. Βάλλω cum multis compositis habet passivum πίπτω: verbo ἐκβάλλω respondet passivum ἐκπίπτω, μεταβάλλειν habet passivum μεταπίπτειν, similiterque ἐμβάλλειν ἐμπίπτειν, συμβάλλειν συμπίπτειν, περιβάλλειν περιπίπτειν, et sic alia quaedam verba ex πίπτω composita penitus intelligi non possunt nisi animadverteris ea pro passivis respondere verbis ex βάλλω compositis. Ἄγω cum compositis quibusdam habet passivum ἔρχομαι, veluti κατάγω τινά in passivum sic convertitur ut dicatur κατέρχομαι ὑπό τινος, et sic εἰσάγειν τινά et εἰσιέναι ὑπό τινος sibi inter se respondent. Recte dicitur ἄγειν τινὰ διά τινος, ἄγειν τινὰ διὰ τῆς βασάνου. Hinc tu optime intelliges quomodo dicat Antiphon V. 35. διὰ τῆς

Digitized by Google

αὐτῆς βασάνου ἰὼν ὑπ' ἐμοῦ, quod nunc tam apertum est atque διὰ τῆς αὐτῆς βασάνου ἤγαγον αὐτόν. Ἄγω enim est ποιῶ ἰέναι, κατάγω ποιῶ κατιέναι, ἐξάγω ποιῶ ἐξιέναι, similiterque in caeteris, quemadmodum ἀποκτείνω est ποιῶ ἀποθνήσκειν. Sic διώκω de accusatore dictum habet passivum φεύγω, non διώκομαι, diciturque φεύγειν ὑπό τινος, cuius rei dabo exemplum unum, ut locum obiter mendo liberem. Editur apud Isaeum III. 37. ξενίας φεύγων ὑπὸ ἑνὸς τῶν φρατόρων, sed Orator dixerat ὑπό τινος τῶν φρατέρων. Verbum τύπτω in praesenti tempore habet passivum τύπτομαι, sed in aoristo et perfecto πληγὰς λαβεῖν et εἰληφέναι ὑπό τινος. Αἱρεῖν habet passivum ἁλίσκεσθαι et de iis qui in bello capiuntur et de iis qui condemnantur in iudicio. Graecum est ἡ πόλις ἑάλω et ἑάλω ὁ φεύγων. Passivum αἱρεῖσθαι et αἱρεθῆναι, ἡρῆσθαι respondet formae mediae αἱρεῖσθαι *suffragiis creare* praetorem, legatum, sim. Στρατηγὸς ἡρέθη, πρέσβεις ἡρέθησαν rectissime et saepissime dicitur, sed ὁ φεύγων ἡρέθη absurdum est et ἡ πόλις ἡρέθη Tragici poëtae soli dicebant. De iis qui in aliquo maleficio deprensi sunt promiscue ἁλῶναι et ληφθῆναι ponitur. Perinde est dicere μοιχεύων ἑάλω et ἐλήφθη. Saepius ostendimus verbum τίθημι cum omnibus compositis habere perfectum passivum κεῖσθαι et demonstravimus constanter a Graecis dici solere κεῖσθαι ὑπό τινος, συγκεῖσθαι ὑπό τινος et similia omnia, quoniam non est alia forma perfecti passivi Veteribus in hoc verbo usitata quam κεῖσθαι cum omnibus compositis. Τεθεῖσθαι sensu passivo nemo veterum dixit umquam: τεθεῖσθαι, ἐντεθεῖσθαι caeteraque composita sicubi apud veteres et probatos scriptores reperiuntur referenda sunt ad verba media τίθεμαι, ἐντίθεμαι cet. Luculentum huius rei exemplum est apud Demosthenem p. 1007, 10: τίς γὰρ ταυτὸν ὄνομα τοῖς αὐτοῦ παισὶ τέθειται δυοῖν; τίς δ' ᾧ μήπω παῖδές εἰσι θήσεται; Ut appareat pro τεθεῖσθαι in eadem re passive dici κεῖσθαι, apponam unum ex Isaeo exemplum, quod tam luculentum est ut vel solum observationem nostram satis stabilire possit. Legitur in Orat. III. 32 ἀντὶ τοῦ τῆς τήθης ὀνόματος, εἴ τις ἤδει τοῦθ' ὑπὸ τοῦ πατρὸς κείμενον ταύτῃ, Φίλην (lege Φίλαν) ὁ ἀνὴρ ὄνομα ἐπεγράψατο εἶναι αὐτῇ, et post pauca: ἵνα καὶ τοῦ τῆς

Digitized by Google

τήθης ὀνόματος τοῦ ὑπὸ τοῦ πατρὸς τεθέντος ἄκληρον ὁ ἀνὴρ κατασήσειεν εἶναι τὴν αὐτοῦ γυναῖκα. Rem manifestam vides. *Nomen alicui indere* vel *imponere* in Attica constanter dicitur ὄνομά τινι τίθεσθαι, ut in lepido loco Aristophanis in Nubibus vs. 65 et 67. et passim alibi et apud alios. Nomen a patre *impositum* in aoristo, ut vides, dicitur τὸ ὑπὸ τοῦ πατρὸς τεθὲν ὄνομα, in *perfecto* idem τὸ ὑπὸ τοῦ πατρὸς κείμενον ταύτῃ. Eandem dicendi constantiam in reliquis omnibus compositis apud veteres inter legendum observabis.

Ut τίθημι habet perfectum passivum κεῖμαι, sic ἵστημι habet ἕστηκα, in quo quemadmodum in ἔσβηκα perfecti *passivi* notio inest quum dicitur χαλκοῦς ἕστηκεν ὑπὸ τοῦ δήμου et similia. Sequiores transitivum ἕσακα commenti sunt de suo et passivum ἕσαμαι, συνέσαμαι, καθέσαμαι. Veteres ἀνασῆναι et ἐξανασῆναι ὑπό τινων saepius dixerunt pro ἀνάστατον γενέσθαι et ἐξανέστηκα pro ἀνάστατος γεγένημαι. Sequiores novum verbum ἀνασατοῦν et ἀνασατοῦσθαι procuderunt.

Similia his complura alia sunt, de quibuis saepius obiter egimus, quale est αἰτίαν ἔχειν ὑπό τινος, quod verbo αἰτιᾶσθαί τινα pro passivo respondet. Luculentus est in eam rem locus Demosthenis p. 1023, 16: ὥστε πολὺ μᾶλλον προσήκειν ἐμὲ τούτοις ἐγκαλεῖν ἢ αὐτὸν ἐγκλήματ' ἔχειν ὑπὸ τούτων. Sic πράγματα παρέχειν τινί habet passivum πράγματα ἔχειν ὑπό τινος, veluti apud Lysiam VI. 12 ἵνα μὴ ὑπὸ τούτου τοιούτου ὄντος πράγματ' ἔχοι δοὺς ἀργύριον ἀπηλλάγη. Itaque quemadmodum saepe componuntur οὔτε ἀδικεῖσθαι οὔτε ἀδικεῖν, sic Epicurus dixit τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει οὔτε ἄλλῳ παρέχει, id est οὔτε ἐνοχλεῖται οὔτε ἐνοχλεῖ, et sunt de eodem genere complura alia.

Nisi quis haec omnia, quae diximus, semel recte perspexerit, non intelligo quemadmodum satis expedire possit locos ubi legatur v. c. ἐξέπεσεν ὑπὸ τοῦ δήμου, vel ἐνέπεσεν εἰς τὸ δεσμωτήριον ὑπὸ τῶν ἕνδεκα, aut hisce similia alia. Ne ipsum quidem ἐμπίπτειν εἰς τὸ δεσμωτήριον, quod tam saepe recurrit, commode intelligi potest. Apparet ita dici pro *in vincula* aut *in carcerem coniici*. Dicitur autem ἐμβάλλειν τινὰ εἰς τὸ δεσμωτήριον, sed non dicitur in ea re ἐμβάλλεσθαι, sed perpetuo ἐμπίπτειν, quod in illius formae locum subiit.

Digitized by Google

Thucydides qui lubenter pervulgatam dicendi viam deserit unus omnium in ea re posuit ἐσπίπτειν I. 131: ἐς μὲν τὴν εἰρκτὴν ἐσπίπτει τὸ πρῶτον ὑπὸ τῶν ἐφόρων· ἔξεσι δὲ τοῖς ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τοῦτο, ubi δρᾶσαι τοῦτο est pro ἐμβαλεῖν ἐς τὴν εἰρκτήν sive τὸ δεσμωτήριον. Quid frequentius est quam περιβάλλειν τινὰ κακοῖς, συμφοραῖς et sim.? Sed περιεβλήθην κακοῖς aut περιβέβλημαι nemo dixit, sed περιέπεσον et περιπέπτωκα. Nemo dicit ἐξεβλήθην γυμνὸς θύραζε, sed loquuntur omnes ut Aristophanes in Pluto vs. 244.

γυμνὸς θύραζ' ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ.

Quod cui e manu excidit id ipse dicitur ἐκβάλλειν ut apud Theophrastum Charactt. 19. εὐχομένων καὶ σπενδόντων ἐκβαλεῖν τὸ ποτήριον καὶ γελάσαι ὥσπερ ἀϛεῖόν τι πεποιηκώς, ubi ἐξέβαλε τὸ ποτήριον prorsus idem est atque τὸ ποτήριον ἐξέπεσεν αὐτῷ τῆς χειρός. Eadem opera intelligitur cur in alea *id quod iactum est* dicatur τὰ πεσόντα, quum *iacere* Venerem dici soleat βάλλειν Ἀφροδίτην et sim. ut in noto versu:

βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα.

et noto Aeschyli loco:

τρὶς ἓξ βαλούσης τῆς ἐμῆς φρυκτωρίας.

et apud Eubulum Athenaei pag. 247 A:

πῶς ἂν βάλοιμ' Εὐριπίδην.

Nemo Veterum umquam dixit ἀποκτείνομαι, ἀπεκτάθην, ἀπέκταμαι, sed ἀποθνήσκω ὑπό τινος et ἀπέθανον et sine praepositione τεθνηκέναι ὑπό τινος. Nemo umquam Veterum dixit εὖ vel κακῶς λέγομαι, sed ἀκούω ὑπὸ τῶν ἀϛῶν, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν et similia. Naves recte dicuntur κατάγεσθαι et καταχθῆναι, sed exules, quos quis κατήγαγεν, non dicuntur κατάγεσθαι, sed κατιέναι et κατελθεῖν ὑπό τινος. Rei in iudicium, chori in scenam, quos aut accusator aut choragus εἰσάγει, non dicuntur εἰσάγεσθαι, sed εἰσιέναι et εἰσελθεῖν. Eadem de causa αὐτὴ ἡ δίκη, ἥν τις εἰσάγει, constanter dicitur εἰσιέναι, numquam εἰσάγεσθαι. Si quis quem *producit* ad populum aut in curiam, eum dicitur παράγειν πρὸς τὸν δῆμον aut πρὸς τὴν βουλήν, sed qui *producitur* non παράγεται, sed παρέρχεται sive τὴν· πάροδον ποιεῖται. In illa solemni periphrasi per verbum ποιεῖσθαι, ut in λόγους ποιεῖσθαι pro λέγειν, κατηγορίαν ποιεῖσθαι pro κατηγορεῖν, ζήτησιν ποιεῖσθαι

Digitized by Google

pro ζητεῖν, et sunt alia huiusmodi plurima, ποιεῖσθαι σπονδάς, συνθήκας, διαθήκας, εἰρήνην cet. in his igitur omnibus ubi passiva forma opus est dicendum λόγοι γίγνονται, ἐγένετο ζήτησις, σπονδαί, συνθῆκαι, εἰρήνη ἐγένετο. *Agere de pace* Graece dicitur ποιεῖσθαι λόγους περὶ εἰρήνης. Ubi Graece dicendum est de pace *actum est* dicitur περὶ εἰρήνης λόγοι ἐγένοντο, et respondent sibi inter sese οἱ Ἀθηναῖοι περὶ εἰρήνης λόγους ἐποιήσαντο et περὶ εἰρήνης λόγοι ἐγένοντο ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, sic ut illud activum sit, hoc passivum. Eodem modo dicitur ζήτησις ἐγένετο ὑπὸ τῶν ἐφόρων, κατηγορίαι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐγένοντο, ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων εἰρήνη ἐγένετο, similiaque passim.

Vix opus est admonere hunc loquendi usum apud solos veteres et probatos scriptores constare. Usque ad Alexandri tempora omnia de quibus diximus certa et perpetua sunt. Apud sequiores pleraque haec fluxa et incerta fieri coeperunt. Scriptores illorum temporum modo antiquam dicendi consuetudinem retinent, modo omnia permiscent et confundunt quae olim certo discrimine certoque omnium usu diligenter discreta fuerunt. Nonnulla plane in desuetudinem abierunt. Quis enim sequiorum aut ἐμπεσεῖν ὑπό τινος εἰς τὸ δεσμωτήριον aut ὑπό τινος κατελθεῖν aut κεῖσθαι ὑπό τινος vel συγκεῖσθαι umquam usurpavit? Itaque sequebantur analogiam et ἐμβληθῆναι dicebant pro ἐμπεσεῖν et καταχθῆναι pro κατελθεῖν, quemadmodum pro ἀποθανεῖν ὑπό τινος substituere coeperunt ἀποκταθῆναι, similiterque in caeteris. Antiquae consuetudinis ignari aut immemores ea ipsi fingebant quae similium analogia suggerebat. Veteres ἀπέκτονα dixerant, illi ex ἀποκτείνω formarunt ἀπέκτακα, ut omnes τέτακα ex τείνω. Deinde formae ἀπέκτακα addiderunt ἀπέκταμαι et ἀπεκτάθην. Veteres dixerant κατέαγα, ἀπέρρωγα, ἀπέσβηκα sensu passivo, cuius rei sequiores immemores ex κατάγνυμι formarunt κατέαγμαι, ex ἀπορρήγνυμι ἀπέρρηγμαι, ex ἀποσβέννυμι ἀπέσβεσμαι, multaque alia de genere hoc similiter apud istos ficta sunt, de quibus alio tempore dicam quum περὶ παρεφθορυίας λέξεως de industria per otium licebit agere. Hoc unum nunc addo: quo tempore antiqua dicendi consuetudo plane obsoleverat et omnium oblivione erat obruta, loci veterum, in quibus illud

Digitized by Google

loquendi genus apparebat, in magno versabantur periculo. Mirati scioli insolitam verborum compositionem et deesse aliquid ad sententiae integritatem suspicati veterem scripturam interpolare coeperunt. Plato dixerat de Rep. VIII. p. 553 B: *ὅταν αὐτὸν ἴδῃ — εἰς δεσμωτήριον ἐμπεσόντα ὑπὸ συκοφαντῶν ἢ ἀποθανόντα*, quemadmodum Thucydidem modo audivimus dicentem: *ἐς τὴν εἰρκτὴν ἐσπίπτει ὑπὸ τῶν ἐφόρων*, sed ineptus homuncio, qui *ἐμπεσόντα ὑπὸ συκοφαντῶν* concoquere non poterat, de suo *βλαπτόμενον* inseruit, quod absurdum additamentum libros omnes nunc obsidet, sed fraus est a Badhamo deprensa. Thucydides dixerat VIII. 48: *ὁ Ἀλκιβιάδης ἐδόκει οὐδὲν ἄλλο σκοπεῖσθαι ἢ ὅτῳ τρόπῳ ἐκ τοῦ παρόντος κόσμου τὴν πόλιν μεταςήσας ὑπὸ τῶν ἑταίρων κάτεισιν*, sed non defuit sciolus qui quomodo *ὑπὸ τῶν ἑταίρων* accipiendum esset non capiens stulte de suo addidit *παρακληθείς*. Scio esse qui vulgatam Thucydidis lectionem mordicus retineant, sed ut olim sic nunc stat mihi sententia unice verum ac sanum esse *ὑπὸ τῶν ἑταίρων κάτεισιν*, ut recte in libris servatum est VIII. 68 *ὑπ' ὀλιγαρχίας κατελθεῖν*. Euripides in *κατιέναι* et *κατάγειν* luserat in Medea vs. 1011:

θάρσει· κάτει τοι καὶ σὺ πρὸς τέκνων ἔτι.
ΜΗΔ. *ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἢ τάλαιν' ἐγω.*

quid stupidi Graeculi? ΚΑΤΕΙ *πρὸς τέκνων* stolide in *κρατεῖς* depravarunt, donec Porsonus claram lucem affudit.

Revertor nunc ad Isaei verba *κατὰ τοὺς νόμους ἐποιήθη ἡ ποίησις*. Ecquis est qui serio credat *λόγοι ἐποιήθησαν* aut *ζήτησις ἐποιήθη* aut *σπονδαὶ ἐποιήθησαν* dixisse Graecorum quemquam pro *ἐγένοντο* et *ἐγένετο*? aut pro *τὰ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων γενόμενα* Graecum esse *τὰ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ποιηθέντα*? Non opinor quemquam in re tam protrita haerere aut dubitare posse. Hinc factum est ut passivum *ποιεῖσθαι* admodum raro occurrat. Ponitur primum de operibus opificum et artificum, praesertim de materia unde *confecta* sint, veluti *ξύλου πεποιημένα*, e ligno confecta. Hinc de carminibus dicitur, *τὰ ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου πεποιημένα* deque caeteris ingenii monumentis huiusmodi. Denique in iure Attico passivum *ποιηθῆναι* respondet activo *ποιήσασθαι*. Saepe ostendimus vetus epicum et lyricum *τίθημι* et *τίθεμαι* plane idem valere atque *ποιῶ*

Digitized by Google

et ποιοῦμαι Atticorum. Populus igitur ποιῶ et ποιοῦμαι dicebat, deos immortales et heroes τίθημι et τίθεμαι in tragoediis audies dicentes. Commemorat alicubi Aristoteles senarium ambiguum:

ἐγώ σ' ἔθηκα δοῦλον ὄντ' ἐλεύθερον,

non est hic Comici versiculus sed Tragici: nemo enim mortalis sic loquitur et longe supra soccum illa oratio assurgit. Itaque in illa pervulgata verborum periphrasi populus et Comici et Oratores ποιοῦμαι ponunt, sed qui magnifice loquuntur τίθεμαι substituunt. Τήνδε τὴν σπουδὴν ἐποιήσω dicere uniuscuiusque est, sed τήνδε τὴν σπουδὴν ἔθου est Sophocleum. Τίθεμαι igitur priscum est, ποιοῦμαι novum, sed significat utrumque verbum plane idem, *adoptare* aliquem, unde *adoptio* et filius *adoptivus* olim θέσις et θετὸς υἱός (unde υἱοθεσία) dicebantur, postea ποίησις et ποιητὸς υἱός (unde et δημοποίητος). Itaque medium ποιεῖσθαι υἱόν est *adoptare* filium, et passivum ποιοῦμαι, ἐποιήθην, πεποίημαι est *adoptor* et *adoptatus sum*. Quemadmodum privatus civis dicitur ποιεῖσθαί τινα υἱόν, sic civitas dicitur ποιεῖσθαί τινα πολίτην aut ποιεῖσθαί τινα Ἀθηναῖον, ut apud Aristophanem in Acharn. vs. 100:

τὸν δ' υἱὸν ὃν Ἀθηναῖον ἐπεποιήμεθα.

et apud Lysiam XIII. 70: ἀντὶ τούτου φησὶν αὐτὸν Ἀθηναῖον τὸν δῆμον ποιήσασθαι. Passive igitur dicitur: πολίτης πεποίημαι, ut apud Demosthenem p. 1134, 21: ὁ πατὴρ ἡμῶν ἐπεποίητο ὑπὸ τοῦ δήμου πολίτης.

Ut autem ποιεῖσθαι τὴν ποίησιν in passivum convertatur necessario dicendum est ἡ ποίησις γίγνεται, γενήσεται, ἐγένετο, γεγένηται. Itaque absurdum est quod nunc apud Isaeum legitur ἐποιήθη ἡ ποίησις *adoptata est adoptio*. Qui Oratores Atticos, qui vel unum Isaeum legerunt, mihi non obloquentur. Sexcenties enim ea res et apud alios recurrit et imprimis apud Isaeum, in cuius orationibus tantum non omnibus de aliqua adoptione controversia est. Fac periculum ubi voles: videbis summa constantia ubique dici ab omnibus ἐποιήθην ἐγώ et ἐγένετο ἡ ποίησις. Satis superque erit hanc unam orationem, in qua versamur, oculis perlustrare. Ἐποιήθην legitur § 1: ἡγούμην — εἴ τις καὶ ἄλλος ἐποιήθη κατὰ τοὺς νόμους καὶ ἐγὼ ποιηθῆναι; et § 43: οὕτω Φαῦλος ἀν-

Digitized by Google

θρωπος δοκῶ εἶναι — ὥςε μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἂν ποιηθῆναι τῶν φίλων, et § 44: ἀπέφηνα — ποιηθέντα ἐμαυτὸν ὑπὸ τοῦ Μενεκλέους ὡς ἄν τις δικαιότατα ποιηθείη, quibus continuo addit: καὶ οὐ λόγῳ οὐδὲ διαθήκῃ τὴν ποίησιν γεγενημένην. Sic et § 2 κατὰ τοὺς νόμους ἐγένετο ἡ ποίησις et iisdem verbis § 13 et 16, et § 19 πρὶν τὴν ποίησιν γενέσθαι, et § 39 κατὰ τοὺς νόμους ἐγεγένητο ἡ ποίησις, et sic passim in caeteris orationibus Isaeus loquitur. Additur ὑπό τινος in Orat. III. 57: οὐχ ὁμολογοῦσι τὴν τοῦ Ἐνδίου ποίησιν ὑπὸ τοῦ Πύρρου γενέσθαι, et aliis locis. Quomodo igitur Isaei manum restituemus? Nihil est facilius, nihil evidentius. Legebatur in vetusto Codice κατὰ τοὺς νόμους ЄΠΟΙΗΘΗ̄, sed tenuis lineola in fine oculos scribae fefellit. Sic pro ἐποιήθην natum est ἐποιήθη, et unus ex iis qui Isaei libros tot emblematis inquinarunt de suo ἡ ποίησις addidit, quo additamento non utimur sed emendandum censemus: ὅτι κατὰ τοὺς νόμους ἐποιήθην καὶ δικαίως εἰμὶ κληρονόμος τῶν Μενεκλέους. Sic in Xenophontis Memor. II. 8. 1. vera lectio ἀφῃρέθην μέν depravata est in ἀφῃρέθημεν, et saepe eadem de causa littera ν in vocabulorum exitu negligenter omittitur.

Iuvat et reliquos ex eadem oratione locos, qui mihi non satis integri videntur esse, brevi annotatione quemadmodum constituendos esse censeam exponere.

In limine offendo in his verbis § 1: οὐκ ἄν ποτε (ἡγούμην) εἰπεῖν οὐδένα τολμῆσαι ὡς ἐποιήσατό με Μενεκλῆς παρανοῶν ἢ γυναικὶ πειθόμενος. Dicam simpliciter quid mihi genuinum esse videatur, nempe ὡς ἄρα ποιήσαιτό με et γυναικὶ πιθόμενος. Qui maledicta et mendacia ab aliis in se coniecta indignabundus commemorat, solet ὡς vel ὡς ἄρα cum optativo usurpare. Exemplis plena sunt omnia. Satis habeo unum luculentum locum ex Demosthene adscribere ex oratione περὶ τοῦ στεφάνου § 22. ἐτόλμα λέγειν ὡς ἄρα ἐγὼ πρὸς τῷ τῆς εἰρήνης αἴτιος γεγενῆσθαι καὶ κεκωλυκὼς εἶην τὴν πόλιν μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων αὐτὴν ποιήσασθαι. Vocula ἄρα in Codd. scribi solet compendiolo quodam, (de quo diximus in Nov. Lectt. p. 551) quod facili negotio aut negligitur aut cum litera ϵ permutatur. Sic ϵ ποιήσαιτο in ἐποιήσατο abiit. Vetus aoristi forma ἐπιθόμην, πιθοῦ, πιθέσθαι,

Digitized by Google

πιθόμενος cet. in Codd. per ΘΙ fere scribitur etiam apud poëtas iugulato metro. Itaque nunc utrum πιθόμενος an πειθόμενος quoque loco scribendum sit nostrum est ubique e loci sententia constituere. Isaeus utraque aoristi forma crebro utitur: πεισθείς ponit ubi suis ipsius verbis utitur, πιθόμενος ubi antiquae legis Soloneae verba retinet. Ergo hoc loco ex ipsa ἀντωμοσίᾳ verbis solemnibus legitimisque concepta dixit παρανοῶν ἢ γυναικὶ πιθόμενος. Ἔπιθον Isaei aetate in desuetudinem abierat et omnes ἔπεισα dicebant praeterquam quum legum antiquarum conceptis verbis uterentur πιθὼν τὸν δῆμον et πιθὼν τὴν βουλήν, quae ipsius Solonis sunt. Ἐπιθόμην diutius tenuit multisque locis apud Platonem et Demosthenem restituendum est, sed obsolescere coeperat et ἐπείσθην, quod mox solum superfuit, in illius locum coeperat subire. Plutarchus in Solone cap. 21 non scripsit quod nunc editur: οὐ μὴν ἀνέδην γε (ὁ Σόλων) τὰς δόσεις ἐφῆκεν, ἀλλ' εἰ μὴ νόσων ἕνεκεν ἢ φαρμάκων ἢ δεσμῶν ἢ ἀνάγκῃ κατασχεθεὶς ἢ γυναικὶ πειθόμενος, sed πιθόμενος, ut arguunt quae continuo sequuntur: εὖ πάνυ καὶ προσηκόντως τὸ πεισθῆναι παρὰ τὸ βέλτιστον οὐδὲν ἡγούμενος τοῦ βιασθῆναι διαφέρειν.

In § 2 edi video: ἐμοὶ ἀνάγκη ἐστὶ πολλὴ βοηθεῖν τε τῷ πατρὶ τῷ ποιησαμένῳ με καὶ ἐμαυτῷ. Necessario requiritur βοηθεῖν τῷ τε πατρὶ — καὶ ἐμαυτῷ, quod miror quosdam fugere qui et aliis locis abutuntur et verbis Isaei VIII. 2: αἴτιον δὲ τοῦ ταῦτα ποιεῖν αὐτούς ἐστιν ἡ τούτων πλεονεξία τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων ὧν Κίρων καταλέλοιπεν. Certant inter sese utrum καὶ τὸ πλῆθος an τό τε πλῆθος sit reponendum. Si me audis neutrum probabis. Non potest tamen istud asyndeton servari, dices. Non potest, assentior. Sed cogita utrum sint hae *duae* causae, quas reddat Orator, an una atque eadem. Non diu dubitabis. Isaeus dixerat αἴτιον δέ — ἐστὶ τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων, Graeculus nescio quis idem suis verbis dicens adscripsit ἡ τούτων πλεονεξία. Tune haec ullo modo coniungi posse putas? Μὴ σύγε, nam res est perspicua.

In § 4. legitur: ὁ Μενεκλῆς ᾔτει τὴν ἀδελφὴν ἡμᾶς — καὶ ἡμεῖς — δίδομεν αὐτῷ. ex iis quae omitto apparet conditionem

Digitized by Google

statim placuisse. Quid igitur sibi vult imperfectum ἤτει? sine mora corrige: αἰτεῖ — καὶ ἡμεῖς δίδομεν.

Noli retinere in § 6 μετὰ Ἰφικράτους et similia alibi pro μετ' Ἰφικράτους. Nemo umquam sic locutus est praeter Graeculos qui poëtas quoque omnes his erroribus oppleverunt. Poëtas metrum tuetur, oratores tueatur auris.

Menecles in § 7 cum uxoris fratribus agit iisque auctor est ut aliam sorori conditionem quaerant: καὶ ἔφη τήν τε ἡλικίαν ὑφορᾶσθαι τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὴν ἀπαιδίαν. οὔκουν ἔφη δεῖν ἐκείνην τῆς χρηστότητος τῆς ἑαυτῆς τοῦτο ἀπολαῦσαι, ἄπαιδα καταστῆναι συγκαταγηρᾶσαν αὐτῷ. ἱκανὸς γὰρ ἔφη αὐτὸς ἀτυχῶν εἶναι. Optimos viri mores et ingenium illud Atticum πρᾷον καὶ φιλάνθρωπον haec legentes admiramur. Quotus enim quisque Romanorum in tali re fecisset idem? Uxorem quoque amamus, quae προϊόντος τοῦ χρόνου μᾶλις ἐπείσθη § 8. sed interpolata misere est suavissimi loci scriptura. Primum omnium expunge ἄπαιδα καταστῆναι. Quid sit τοῦτο obscurum non est, et τοῦτο ad id quod proxime praecedit refertur. Solent ista homunciones nihili *interpretari* scilicet, ut in Xenophontis Hellenicis VI. 5. 37: ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἴσως ἀντιλέγεται [τίνες ἦσαν οἱ ἄρξαντες ἀδικεῖν], ubi et imperfectum ἦσαν et soloecum illud ἄρξαντες ἀδικεῖν demonstrant multis post Xenophontem saeculis Graeculum quid esset ταῦτα in ora libri annotasse. Sic apud Isaeum aliquis τοῦτο quid esset explicuit, nempe ἄπαιδα καταστῆναι. Graeculis multum placet καταστῆναι et ὑπάρχειν pro εἶναι, antiquis Graecis non item. Idem homo semel et iterum ἔφη interposuit. Agnosces Atticam compositionem in his: οὔκουν δεῖν ἐκείνην τῆς χρηστότητος τῆς ἑαυτῆς τοῦτο ἀπολαῦσαι συγκαταγηράσασαν αὐτῷ. ἱκανὸς γὰρ αὐτὸς ἀτυχῶν εἶναι. Suspicor etiam in praecedentibus eundem hominem nobis imponere, ubi legitur λόγους ἐποιεῖτο πρὸς ἡμᾶς [καὶ ἔφη] τήν τε ἡλικίαν ὑφορᾶσθαι τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὴν ἀπαιδίαν, nam quid aliud est λόγους ἐποιεῖτο et ἔφη, quod ipsum (ut Latinum *inquit*) ipsis verbis, quibus quis loquens inducitur, interponi solet. Repetita est eadem interpolatio in § 11 λόγους οὖν πρὸς ἡμᾶς ἐποιεῖτο [καὶ ἔφη] δοκεῖν αὐτῷ καλῶς ἔχειν κτἑ. Ecquis est qui aequo animo ferat ita

Digitized by Google

dicentem: ἔλεγεν οὖν πρὸς ἡμᾶς καὶ ἔφη? Certe ἔφασκεν dictum oportuit.

Non sequar Editorem pro συγκαταγηράσασαν substituentem συγκαταγηρᾶσαν. Impulit eum in fraudem, ut et alios multos, Moeris p. 115 ubi docet γηρᾶναι et καταγηρᾶναι Atticos dixisse, caeteros γηρᾶσαι et καταγηρᾶσαι. Vetus est infinitivi forma γηράναι, καταγηράναι, ἐγγηράναι praesentis temporis, (ut πιμπλάναι, κιρνάναι, ὀνινάναι, ἱςάναι, κιχράναι) qua olim poëtae tragici utebantur, ut olim Epici poëtae participio γηράς usi sunt, quod fuerunt qui ex γηράσας κατ' ἀποκοπήν formatum esse nugarentur. Docte et accurate de priscis participiis γηράς et γηρείς disseruit grammaticus antiquus nescio quis quem descripsit Etymologus M. p. 230. Graeculi ut solent πιμπλᾶσθαι et κιχρᾶσθαι et sim. scribere, et ἐςᾶναι, τεθνᾶναι, sic γηρᾶναι et καταγηρᾶναι indocte et vitiose scriptitant et *aoristos* hos esse somniant: quasi vero κατεγήραν Graecum esset pro κατεγήρασα, quemadmodum Graecum est ἀπέδραν, cui vitiosa sequiorum συνήθεια substituit ἀπέδρασα. Nihil in Atticistarum opinione esse veri multis demonstravit Dindorfius ad Steph. Thes. in v. Γηράσκω, nisi quod fallitur in ἐβίων et ἐβίωσα, ut alibi ostendimus. Attice dicebant ἐβίων, ἐπεβίων, κατεβίων, διεβίων (non ἐβίωσα) et in participio βιούς, βιοῦσα, ἐπιβιούς, διαβιούς, cett. In casibus obliquis servant diphthongum, non enim ut in γνόντος et ἀλόντος et δόντος corripiunt sed βιοῦντος, ἐπιβιοῦντος et sim. dicunt. Distinguuntur inter se γηρᾶν et γηράσκειν, καταγηρᾶν et καταγηράσκειν cet. ut ἡβᾶν et ἡβάσκειν, γενειᾶν et γενειάσκειν: ex γηρᾶν et καταγηρᾶν formantur γηράσω (γηράσομαι) et καταγηράσω (καταγηράσομαι), ἐγήρασα et κατεγήρασα, γεγήρακα et καταγεγήρακα. Futuri utraque forma mihi inter legendum occurrit et apud Dindorfium ad Steph. Thes. annotata est: γηράσειν apud Platonem et apud Simonidem Stob. Floril. 98, 29:

οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχω γηρασέμεν.

γηράσομαι apud Critiam Athen. p. 600 E:

οὔποτε σοῦ φιλότης γηράσεται οὐδὲ θανεῖται.

Eandem formam pessime corruperunt scribae in Stobaei Eclog. Physic. I. 3, 10:

Digitized by Google

οὐ γάρ τις οὐδὲ χρημάτων ὑπεργέμων
νόμον μιαίνων ἀσφαλῶς γηράσκεται.

ubi γηράσεται restituimus in *Nov. Lectt.* pag. 260. Καταγηράσομαι legitur nobili loco Aristophanis Equitt. vs. 1308:

ὑπὸ τερηδόνων σαπεῖσ' ἐνταῦθα καταγηράσομαι.

sed καταγηράω Plato usurpavit in libro XII de Legg. p. 949 c. Aoristus κατεγήρασα et apud alios legitur et apud Platonem in Theaet. p. 202 D. πρὶν εὑρεῖν κατεγήρασαν et in Symposio p. 216 A: ἵνα μὴ αὐτοῦ καθήμενος καταγηράω. Itaque Isaei συγκαταγηράσασαν satius est non tangere. Sunt autem hae omnes formae verbi γηρᾶν et καταγηρᾶν, namque ex forma producta in — άσκω nulla alia gignitur, ut neque ex ἠβάσκω, γενειάσκω, sed ἠβήσας et ἐπὶ διετὲς ἠβήσας ex ἠβᾶν producitur. Isaeus ipse usurpavit formam καταγηρᾶν in vicinia II. 22. ἄπαιδα καταγηρᾶν, cuius participium legitur in Platonis Critia p. 112 C. αὐτοί τε καὶ ἐκγόνων ἔκγονοι καταγηρῶντες.

Moeris Atticista olim ipsi Dobraeo imposuerat, qui illius auctoritatem secutus et συγκαταγηρᾶσαν § 7 et ἄπαιδα καταγηράναι § 22 reponendum censuit in Advers. I. p. 288. Satius est Moeridi, imperito homini, nihil credere, qui quum γηράναι apud Tragicos legisset levissime credidit *aoristum* esse eumque Atticis omnibus usitatum pro γηρᾶσαι. Turpiorem etiam errorem erravit in vicinia serio annotans Γραψάμενος Ἀττικῶς, γράψας Ἑλληνικῶς. I nunc et huic homini quidquam crede.

Sequitur in Isaei libris II. 8. foedum ac semibarbarum glossema, quod Sauppius et Scheibius tandem expulerunt [καὶ ἐκ ταύτης τῆς λέξεως δῆλον ὅτι φιλῶν ἀπεβάλετο. οὐδεὶς γὰρ μισῶν τινὰ ἱκετεύει αὐτῷ]. Recte notarunt λέξεως et ἀπεβάλετο illo sensu non esse Isaei aetatis. Graeculi dicebant ἐκβάλλειν pro ἀποπέμπειν, μεθιςάναι sine vi aut ira, et eorumdem est ἀποβάλλεσθαι dicere pro *dimittere a sese*. Deinde Graeci dicebant ἱκετεύω τινά, et nihil minus rei convenit h. l. quam verbum ἱκετεύω. Admoneat nos pannus iste tam inepte assutus ut suspicaces simus siquando alibi frigida et absurda additamenta orationis cursum retardant et nitorem ac venustatem minuunt et corrumpunt. Quo plura emblemata ἐπ'

Digitized by Google

dicentem: ἔλεγεν οὖν πρὸς ἡμᾶς καὶ ἔφη? Certe ἔφασκεν dictum oportuit.

Non sequar Editorem pro συγκαταγηράσασαν substituentem συγκαταγηρᾶσαν. Impulit eum in fraudem, ut et alios multos, Moeris p. 115 ubi docet γηρᾶναι et καταγηρᾶναι Atticos dixisse, caeteros γηρᾶσαι et καταγηρᾶσαι. Vetus est infinitivi forma γηράναι, καταγηράναι, ἐγγηράναι praesentis temporis, (ut πιμπλάναι, κιρνάναι, ὀνινάναι, ἱςάναι, κιχράναι) qua olim poëtae tragici utebantur, ut olim Epici poëtae participio γηράς usi sunt, quod fuerunt qui ex γηράσας κατ' ἀποκοπήν formatum esse nugarentur. Docte et accurate de priscis participiis γηράς et γηρείς disseruit grammaticus antiquus nescio quis quem descripsit Etymologus M. p. 230. Graeculi ut solent πιμπλᾶσθαι et κιχρᾶσθαι et sim. scribere, et ἑςᾶναι, τεθνᾶναι, sic γηρᾶναι et καταγηρᾶναι indocte et vitiose scriptitant et *aoristos* hos esse somniant: quasi vero κατεγήραν Graecum esset pro κατεγήρασα, quemadmodum Graecum est ἀπέδραν, cui vitiosa sequiorum συνήθεια substituit ἀπέδρασα. Nihil in Atticistarum opinione esse veri multis demonstravit Dindorfius ad Steph. Thes. in v. Γηράσκω, nisi quod fallitur in ἐβίων et ἐβίωσα, ut alibi ostendimus. Attice dicebant ἐβίων, ἐπεβίων, κατεβίων, διεβίων (non ἐβίωσα) et in participio βιούς, βιοῦσα, ἐπιβιούς, διαβιούς, cett. In casibus obliquis servant diphthongum, non enim ut in γνόντος et ἁλόντος et δόντος corripiunt sed βιοῦντος, ἐπιβιοῦντος et sim. dicunt. Distinguuntur inter se γηρᾶν et γηράσκειν, καταγηρᾶν et καταγηράσκειν cet. ut ἡβᾶν et ἡβάσκειν, γενειᾶν et γενειάσκειν: ex γηρᾶν et καταγηρᾶν formantur γηράσω (γηράσομαι) et καταγηράσω (καταγηράσομαι), ἐγήρασα et κατεγήρασα, γεγήρακα et καταγεγήρακα. Futuri utraque forma mihi inter legendum occurrit et apud Dindorfium ad Steph. Thes. annotata est: γηράσειν apud Platonem et apud Simonidem Stob. Floril. 98, 29:

οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχω γηρασέμεν.

γηράσομαι apud Critiam Athen. p. 600 E:

οὔποτε σοῦ φιλότης γηράσεται οὐδὲ θανεῖται.

Eandem formam pessime corruperunt scribae in Stobaei Eclog. Physic. I. 3, 10:

Digitized by Google

οὐ γάρ τις οὐδὲ χρημάτων ὑπεργέμων
νόμον μιαίνων ἀσφαλῶς γηράσκεται.

ubi γηράσεται restituimus in *Nov. Lectt.* pag. 260. Καταγηράσομαι legitur nobili loco Aristophanis Equitt. vs. 1308:

ὑπὸ τερηδόνων σαπεῖσ' ἐνταῦθα καταγηράσομαι.

sed καταγηράω Plato usurpavit in libro XII de Legg. p. 949 c. Aoristus κατεγήρασα et apud alios legitur et apud Platonem in Theaet. p. 202 D. πρὶν εὑρεῖν κατεγήρασαν et in Symposio p. 216 A: ἵνα μὴ αὐτοῦ καθήμενος καταγηράσω. Itaque Isaei συγκαταγηράσασαν satius est non tangere. Sunt autem hae omnes formae verbi γηρᾶν et καταγηρᾶν, namque ex forma producta in — άσκω nulla alia gignitur, ut neque ex ἠβάσκω, γενειάσκω, sed ἠβήσας et ἐπὶ διετὲς ἠβήσας ex ἠβᾶν producitur. Isaeus ipse usurpavit formam καταγηρᾶν in vicinia II. 22. ἄπαιδα καταγηρᾶν, cuius participium legitur in Platonis Critia p. 112 C. αὐτοί τε καὶ ἐκγόνων ἔκγονοι καταγηρῶντες.

Moeris Atticista olim ipsi Dobraeo imposuerat, qui illius auctoritatem secutus et συγκαταγηρᾶσαν § 7 et ἄπαιδα καταγηράναι § 22 reponendum censuit in Advers. I. p. 288. Satius est Moeridi, imperito homini, nihil credere, qui quum γηράναι apud Tragicos legisset levissime credidit *aoristum* esse eumque Atticis omnibus usitatum pro γηρᾶσαι. Turpiorem etiam errorem erravit in vicinia serio annotans Γραψάμενος Ἀττικῶς, γράψας Ἑλληνικῶς. I nunc et huic homini quidquam crede.

Sequitur in Isaei libris II. 8. foedum ac semibarbarum glossema, quod Sauppius et Scheibius tandem expulerunt [καὶ ἐκ ταύτης τῆς λέξεως δῆλον ὅτι φιλῶν ἀπεβάλετο. οὐδεὶς γὰρ μισῶν τινὰ ἱκετεύει αὐτῷ]. Recte notarunt λέξεως et ἀπεβάλετο illo sensu non esse Isaei aetatis. Graeculi dicebant ἐκβάλλειν pro ἀποπέμπειν, μεθιςάναι sine vi aut ira, et eorumdem est ἀποβάλλεσθαι dicere pro *dimittere a sese*. Deinde Graeci dicebant ἱκετεύω τινά, et nihil minus rei convenit h. l. quam verbum ἱκετεύω. Admoneat nos pannus iste tam inepte assutus ut suspicaces simus siquando alibi frigida et absurda additamenta orationis cursum retardant et nitorem ac venustatem minuunt et corrumpunt. Quo plura emblemata ἐπ'

Digitized by Google

dicentem: ἔλεγεν οὖν πρὸς ἡμᾶς καὶ ἔφη? Certe ἔφασκεν dictum oportuit.

Non sequar Editorem pro συγκαταγηράσασαν substituentem συγκαταγηρᾶσαν. Impulit eum in fraudem, ut et alios multos, Moeris p. 115 ubi docet γηρᾶναι et καταγηρᾶναι Atticos dixisse, caeteros γηρᾶσαι et καταγηρᾶσαι. Vetus est infinitivi forma γηράναι, καταγηράναι, ἐγγηράναι praesentis temporis, (ut πιμπλάναι, κιρνάναι, ὀνινάναι, ἱςάναι, κιχράναι) qua olim poëtae tragici utebantur, ut olim Epici poëtae participio γηράς usi sunt, quod fuerunt qui ex γηράσας κατ' ἀποκοπήν formatum esse nugarentur. Docte et accurate de priscis participiis γηράς et γηρείς disseruit grammaticus antiquus nescio quis quem descripsit Etymologus M. p. 230. Graeculi ut solent πιμπλᾶσθαι et κιχρᾶσθαι et sim. scribere, et ἑςᾶναι, τεθνᾶναι, sic γηρᾶναι et καταγηρᾶναι indocte et vitiose scriptitant et *aoristos* hos esse somniant: quasi vero κατεγήραν Graecum esset pro κατεγήρασα, quemadmodum Graecum est ἀπέδραν, cui vitiosa sequiorum συνήθεια substituit ἀπέδρασα. Nihil in Atticistarum opinione esse veri multis demonstravit Dindorfius ad Steph. Thes. in v. Γηράσκω, nisi quod fallitur in ἐβίων et ἐβίωσα, ut alibi ostendimus. Attice dicebant ἐβίων, ἐπεβίων, κατεβίων, διεβίων (non ἐβίωσα) et in participio βιούς, βιοῦσα, ἐπιβιούς, διαβιούς, cett. In casibus obliquis servant diphthongum, non enim ut in γνόντος et ἁλόντος et δόντος corripiunt sed βιοῦντος, ἐπιβιοῦντος et sim. dicunt. Distinguuntur inter se γηρᾶν et γηράσκειν, καταγηρᾶν et καταγηράσκειν cet. ut ἡβᾶν et ἡβάσκειν, γενειᾶν et γενειάσκειν: ex γηρᾶν et καταγηρᾶν formantur γηράσω (γηράσομαι) et καταγηράσω (καταγηράσομαι), ἐγήρασα et κατεγήρασα, γεγήρακα et καταγεγήρακα. Futuri utraque forma mihi inter legendum occurrit et apud Dindorfium ad Steph. Thes. annotata est: γηράσειν apud Platonem et apud Simonidem Stob. Floril. 98, 29:

οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχω γηρασέμεν.

γηράσομαι apud Critiam Athen. p. 600 E:

οὔποτε σοῦ φιλότης γηράσεται οὐδὲ θανεῖται.

Eandem formam pessime corruperunt scribae in Stobaei Eclog. Physic. I. 3, 10:

Digitized by Google

οὐ γάρ τις οὐδὲ χρημάτων ὑπεργέμων
νόμον μιαίνων ἀσφαλῶς γηράσκεται.

ubi γηράσεται restituimus in *Nov. Lectt.* pag. 260. Καταγηράσομαι legitur nobili loco Aristophanis Equitt. vs. 1308:

ὑπὸ τερηδόνων σαπεῖσ' ἐνταῦθα καταγηράσομαι.

sed καταγηράω Plato usurpavit in libro XII de Legg. p. 949 c. Aoristus κατεγήρασα et apud alios legitur et apud Platonem in Theaet. p. 202 D. πρὶν εὑρεῖν κατεγήρασαν et in Symposio p. 216 A: ἵνα μὴ αὐτοῦ καθήμενος καταγηράσω. Itaque Isaei συγκαταγηράσασαν satius est non tangere. Sunt autem hae omnes formae verbi γηρᾶν et καταγηρᾶν, namque ex forma producta in — άσκω nulla alia gignitur, ut neque ex ἠβάσκω, γενειάσκω, sed ἠβήσας et ἐπὶ διετὲς ἠβήσας ex ἠβᾶν producitur. Isaeus ipse usurpavit formam καταγηρᾶν in vicinia II. 22. ἄπαιδα καταγηρᾶν, cuius participium legitur in Platonis Critia p. 112 C. αὐτοί τε καὶ ἐκγόνων ἔκγονοι καταγηρῶντες.

Moeris Atticista olim ipsi Dobraeo imposuerat, qui illius auctoritatem secutus et συγκαταγηρᾶσαν § 7 et ἄπαιδα καταγηράναι § 22 reponendum censuit in Advers. I. p. 288. Satius est Moeridi, imperito homini, nihil credere, qui quum γηράναι apud Tragicos legisset levissime credidit *aoristum* esse eumque Atticis omnibus usitatum pro γηρᾶσαι. Turpiorem etiam errorem erravit in vicinia serio annotans Γραψάμενος Ἀττικῶς, γράψας Ἑλληνικῶς. I nunc et huic homini quidquam crede.

Sequitur in Isaei libris II. 8. foedum ac semibarbarum glossema, quod Sauppius et Scheibius tandem expulerunt [καὶ ἐκ ταύτης τῆς λέξεως δῆλον ὅτι φιλῶν ἀπεβάλετο. οὐδεὶς γὰρ μισῶν τινὰ ἱκετεύει αὐτῷ]. Recte notarunt λέξεως et ἀπεβάλετο illo sensu non esse Isaei aetatis. Graeculi dicebant ἐκβάλλειν pro ἀποπέμπειν, μεθιέναι sine vi aut ira, et eorumdem est ἀποβάλλεσθαι dicere pro *dimittere a sese*. Deinde Graeci dicebant ἱκετεύω τινά, et nihil minus rei convenit h. l. quam verbum ἱκετεύω. Admoneat nos pannus iste tam inepte assutus ut suspicaces simus siquando alibi frigida et absurda additamenta orationis cursum retardant et nitorem ac venustatem minuunt et corrumpunt. Quo plura emblemata ἐπ'

Digitized by Google

αὐτοφώρῳ erunt deprehensa, eo facilius reliquae interpolationes redarguentur et tandem expungentur. Continuo in sqq. illo remedio utendum, ubi nunc legitur: ἐδεῖτο οὖν ἡμῶν [δοῦναι χάριν ταύτην αὐτῷ] ἐκδοῦναι ἄλλῳ αὐτὴν μετὰ τῆς γνώμης τῆς ἑαυτοῦ. Non est probum et Atticum δός μοι χάριν ταύτην pro χάρισαι τοῦτό μοι, neque maritus ea de causa dilectam uxorem a sese dimittens *sibi gratum fieri* cupit, ἱκανὸς γὰρ ἔφη αὐτὸς ἀτυχῶν εἶναι, sed carae uxori prospicit ne orba secum consenescat misera: quamobrem verba δοῦναι χάριν ταύτην αὐτῷ Graeculum, qui addidit, sibi habere iubemus.

In sqq. § 9. rescripserim θαιμάτια pro τὰ ἱμάτια. Sedulo solent scribae crases Atticas resolvere: et quid erat usitatius quam θοιμάτιον et θαιμάτια?

Inserta de more particula legendum § 10: ὅσις ζῶντά (τε) γηροτροφήσοι καὶ τελευτήσαντα θάψοι. Saepius apud Isaeum illa copula aut loco suo mota est aut plane omissa.

Prorsus adsentior Dobraeo ex § 12 eiicienti verba ἐπειδὴ προετίμησεν αὐτοὺς πάντων. Orator dixerat simpliciter καὶ ὁ ἀδελφὸς ἀκούσας ταῦτα ἐπῄνεσέ τε τοὺς λόγους αὐτοῦ καὶ εἶπεν ὅτι κτέ. Adscripsit aliquis ad ἐπῄνεσε in ora libri causam quamobrem id eum fecisse putaret.

In iis, quae continuo sequuntur expunge pronomen αὐτόν, quod Attici ubi possunt omittere solent, in verbis εἶπεν ὅτι δέοιτο — ἡ παροῦσα ἐρημία ἐκείνου τοῦ θεραπεύσοντος [αὐτὸν] καὶ ἐπιδημήσοντος. Nemo Atticorum in tali re inutile pronomen apponit et δέομαι vel ἔρημός εἰμι τοῦ θεραπεύσοντος dicitur ut apud Horatium *habes qui assideat, fomenta paret.* Obiter emenda orationem κατὰ Νεαίρας § 56. pag. 1364, 10: ὡς ἠσθένει καὶ ἔρημος ἦν τοῦ θεραπεύοντος τὸ νόσημα, ubi requiritur futurum τοῦ θεραπεύσοντος. Passim scioli interpolarunt fatuum pronomen αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτόν, ubi eleganter erat ab Atticis praetermissum, veluti paulo ante § 10: ὅπως — ἔσοιτο αὐτῷ ὅσις ζῶντα γηροτροφήσοι καὶ τελευτήσαντα θάψοι [αὐτὸν] καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον τὰ νομιζόμενα αὐτῷ ποιήσοι. Qui aurem habent diuturna Atticorum lectione subactam sentient αὐτόν abesse oportere. Iidem requirent τε additum in ζῶντά (τε) γηροτροφήσοι. Deprensi sunt scribae veluti ἐπ'

Digitized by Google

αὐτοφώρῳ in § 9. τήν τε προῖκα ἀποδίδωσιν [αὐτῇ] — καὶ τὰ χρυσίδια, ἃ ἦν, δίδωσιν αὐτῇ, ubi res ipsa clamat αὐτῇ (vel ut in Codd. est αὐτῷ) expelli oportere. Menecles *dotem reddidit*. Nihil aliud recte addi potest. Itaque probo Scheibium qui pronomen primus censuit esse removendum.

Sine causa idonea homines eruditi haerent § 12. in verbis: ἐμοὶ μὲν οὖν συμβαίνει ἀποδημία, ὡς σὺ οἶσθα. Quia est in libris melioribus A. B. συμβαίνειν ἀποδημίαν coniecerunt συμβαίνειν ἀποδημίαν αὐτὸς σὺ οἶσθα, vel συμβαίνειν ἀποδημίαν ἴσως σὺ οἶσθα, quae nullius pretii suspiciones sunt, nam soloeca oratio est οἶδα συμβαίνειν. Satis erat id reponere quod olim corrector nescio quis dederat συμβαίνει ἀποδημία. Scrupulum omnem eximet locus Demosthenis pag. 1086, 11: οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον ἀποδημίας τινὸς εἰς τὴν ὑπερορίαν συμβάσης τῷ Μειδυλίδῃ ὁ Ἀρχιάδης τελευτᾷ τὸν βίον ἀπόντος τοῦ Μειδυλίδου. Sibi *peregre proficiscendum esse* dixit et ita addidit fratrem suas (absentis) res curaturum: ὁ δὲ ἀδελφὸς οὑτοσὶ τῶν τε σῶν ἐπιμελήσεται καὶ τῶν ἐμῶν.

Recte Dobraeus § 13. pro ἐπεγένετο ἡ ποίησις emendavit ἐγένετο. Nullus est praepositioni locus, et ἡ ποίησις ἐπεγένετο perinde absurdum est ac si paulo ante legeretur ἐπιποιεῖταί με pro ποιεῖται. Sed iterum haereo in iis quae sequuntur: καί μοι τὸν νόμον ἀνάγνωθι ὃς κελεύει τὰ ἑαυτοῦ ἐξεῖναι διαθέσθαι ὅπως ἂν ἐθέλῃ. Componi non possunt κελεύει et ἐξεῖναι. Comparatis duobus aliis Isaei locis fortasse quod verum est reperiemus. Legitur III. 68: ὁ γὰρ νόμος διαρρήδην λέγει ἐξεῖναι διαθέσθαι ὅπως ἂν ἐθέλῃ τις τὰ ἑαυτοῦ, et X. 10: ὁ γὰρ νόμος διαρρήδην κωλύει παιδὶ μὴ ἐξεῖναι συμβάλλειν μηδὲ γυναικὶ πέρα μεδίμνου κριθῶν. Usitatum est Graecis dicere ὁ νόμος κελεύει et ὁ νόμος οὐκ ἐᾷ, ut in caeteris omnibus κελεύειν et οὐκ ἐᾶν, *iubere* et *vetare*, inter se opponuntur. Ubi ἐξεῖναι sequitur praemitti solet ὁ νόμος λέγει, ὁ νόμος διαγορεύει vel ὁ νόμος διαρρήδην λέγει, sed neque κελεύει neque κωλύει ullo modo cum ἐξεῖναι per ipsam rei naturam copulari potest. Ad hanc igitur necessariam rationem accommodandi erunt et locus de quo agimus et X. 10. Imprimis usitatum est διαρρήδην λέγειν, *disertis*

Digitized by Google

verbis dicere, et uno verbo διαγορεύειν, quod plane idem est. Saepe proderit meminisse ἀγορεύειν cum compositis omnibus habere futurum ἐρῶ, aoristum εἶπον, perfectum εἴρηκα et εἴρημαι et aoristum ἐρρήθην cum futuris εἰρήσομαι et ῥηθήσομαι. Itaque ἀπερῶ, ἀπεῖπον et ἀπείρηκα ad ἀπαγορεύω referenda sunt, haud secus atque οἴσω, ἤνεγκον et ἐνήνοχα ad φέρω. Quicumque Graecorum verbi φέρω futuro uti volebat dicebat οἴσω, ut Socrates in Xenophontis Symposio dicit ad Antisthenem VIII. 6: τὴν δ' ἄλλην χαλεπότητα ἐγώ σου καὶ φέρω καὶ οἴσω φιλικῶς. Eodem modo qui verborum ἀπαγορεύω, προσαγορεύω, ἀναγορεύω, ὑπαγορεύω, προαγορεύω, συναγορεύω, καταγορεύω, ὑπαγορεύω et διαγορεύω futuro uti volebant dicebant ἀπερῶ, προσερῶ etc. qui aoristo ἀπεῖπον, προσεῖπον cett. et sic ἀπείρηκα, ἀπείρηται, ἀπερρήθη, ἀπορρηθήσεται ad ἀπαγορεύω referenda sunt et προσείρηκα, προσείρημαι, προσερρήθην ad προσαγορεύω, et si dicitur προσειπὼν οὐκ ἀντιπροσερρήθην utraque forma referenda est ad praesens προσαγορεύω et ἀντιπροσαγορεύω. Sic ὑπερῶ τὸν ὅρκον futurum est verbi ὑπαγορεύω, συνείρηκα perfectum verbi συναγορεύω, κατεῖπον aoristus verbi καταγορεύω, διείρηκα et διείρηται perfectum verbi διαγορεύω, et eadem ratio constanter observatur in reliquis ad unum omnibus. Rarissime tantum boni scriptores ex ipsa forma — ἀγορεύω reliqua tempora ex analogia finxerunt προσαγορεύσας dicentes pro προσειπών aut ἀπηγόρευται pro ἀπείρηται. Sequiores idem saepissime faciunt, etiam in nominibus adverbiisque. Apud veteres enim verbo προσαγορεύω respondet nomen πρόσρησις, non προσαγόρευσις, et sic πρόρρησις et ἀπόρρησις et ἀνάρρησις respondent verbis προαγορεύω, ἀπαγορεύω et ἀναγορεύω. Similiter adiectivum ἀπόρρητος verbo ἀπαγορεύω respondet et verbi ἀναγορεύειν (quod de praeconibus poni solet) periphrasis est ποιεῖσθαι τὴν ἀνάρρησιν et ad verbum διαγορεύω referendum est adverbium διαρρήδην, formatum ut βλήδην (βέβληται), τμήδην (τέτμηται), ἀνέδην (ἀνεῖται), κλήδην (κέκληται), βύζην (= βύσδην, βέβυσται), aliaque multa. Sic igitur idem est ὁ νόμος διαγορεύει et ὁ νόμος διαρρήδην λέγει. Passim inter legendum apparebit quam utile sit haec clare perspecta habere et simul quam sit hic usus et certus et frequens. Faciamus in uno composito experimen-

Digitized by Google

tum. Vidimus modo quid sit διαγορεύειν: hinc igitur διερῶ, διεῖπον, διείρηκα et διείρηται et τὰ διειρημένα et ἡ διάρρησις plana omnia et aperta sunt. Hinc manifesta est scripturae labes in Platonis loco de Legg. VI. p. 757 A: δοῦλοι γὰρ ἂν καὶ δεσπόται οὐκ ἄν ποτε γένοιντο φίλοι οὐδὲ ἐν ἴσαις τιμαῖς διαγορευόμενοι φαῦλοι καὶ σπουδαῖοι. Quid sibi vult in tali re διαγορευόμενοι, id est διαρρήδην λεγόμενοι? Platonis manum servavit erudita annotatio Boëthi apud Photium v. Φαῦλος hunc locum sic laudantis: δοῦλοι γὰρ καὶ δεσπόται οὐδέποτ' ἂν γένοιντο φίλοι οὐδ' ἐν ἴσαις τιμαῖς διαγενόμενοι φαῦλοι καὶ σπουδαῖοι. Lectionem διαγενόμενοι et sua ipsius praestantia et eruditissimi testis auctoritas perinde commendant. Hinc plane intelligitur quid dicat Plato in Politico p. 275 A: ξυμπάσης τῆς πόλεως ἄρχοντα αὐτὸν ἀπεφήναμεν, ὅντινα δὲ τρόπον οὐ διείπομεν, id est οὐ διαρρήδην (φανερῶς, σαφῶς) εἴπομεν. Eodem sensu dixit in Phaedro p. 253 D: ἀρετὴ δὲ τίς τοῦ ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ κακία οὐ διείπομεν. Hesychius: Διειπεῖν: διηγήσασθαι, διαλεχθῆναι, non accuratissime, ut vides. Numquam enim διεῖπον poni potuit pro διελέχθην et non est διειπεῖν διηγήσασθαι sed διαρρήδην εἰπεῖν. Peius etiam Hesychius Διαγορεύει: θεσπίζει, διαγγέλλει, et Διείρηται: διήγγελται. Praesens διαγορεύω vix elapsum est apud Herodotum VII. 38: ἔφη τε ὑπουργήσειν καὶ διαγορεύειν ἐκέλευε ὅτευ δέοιτο, ubi in libris est καὶ δὴ ἀγορεύειν. Usus erat Pythius ad Xerxem verbis obscurioribus hisce: ὦ δέσποτα, χρηΐσας ἄν τευ βουλοίμην τυχεῖν τὸ σοὶ μὲν ἐλαφρὸν τυγχάνει ἐὸν ὑπουργῆσαι ἐμοὶ δὲ μέγα γενόμενον. Rex eum mittere ambages iubet et quid cupiat *diserte dicere*. Saepius reperitur perfectum διείρηκεν ὁ νόμος, διείρηται, τὰ διειρημένα, sed turbant in his librarii formas paene similes verbi διαιρεῖν substituentes διήρηκα et διήρηται et διηρημένα, sed nusquam difficilis aut dubia optio esse potest, namque hoc tantum videndum utrum διαγορεύειν an διαιρεῖν locus postulat, quod nullo negotio discernitur. Luculentum imprimis est Platonis testimonium de Legg. XI. p. 932 E: τὰ μὲν θανάσιμα αὐτῶν διείρηται, τῶν δὲ ἄλλων οὐδέν πω διερρήθη. δίκαι γὰρ δὴ Φαρμακεῖαι κατὰ τὸ τῶν ἀνθρώπων οὖσαι γένος ἐπίσχουσι τὴν διάρρησιν· ἣν μὲν γὰρ τανῦν διαρρήδην

Digitized by Google

εἴπομεν κτέ. clara lux vel ex hoc uno loco rei, de qua dicimus, affulget. In multis libris est διῄρηται pro διείρηται, sed nemo in tali loco errare potuit. Dixit aliquid de eadem confusione Astius ad libr. de Legg. VII. p. 809 E. ubi legitur: ταῦτα οὕτω σοι πάντα ἱκανῶς παρὰ τοῦ νομοθέτου διείρηται, et post pauca: ὡς οὔπω διείρηκέ σοι, sed in plerisque διῄρηται circumfertur. Attulit et alia et haec p. 813 A: καὶ ταῦτα ἡμῖν ἐν τοῖς πρόσθεν διείρηται πάντα, et post pauca: ἀληθῆ καὶ ταῦτα διείρηκας. Sed ut est Astius infelix coniector gravissimum errorem commisit quum in libr. de Legg. I. p. 647 C: ἄφοβον δεῖ γενέσθαι καὶ φοβερόν· ὧν δὲ ἑκάτερον ἕνεκα διῃρήμεθα, reponere vellet διειρήμεθα. Non meminit esse aliquid inter activum et passivum. Εἴρηκα saepe solet Orator dicere, εἴρημαι non item. Melius reposuisset διείρηκεν p. 809 A. ubi edidit: νῦν μὲν γὰρ δὴ εἴρηκεν οὐδέν πω σαφὲς οὐδὲ ἱκανὸν ἀλλὰ τὰ μὲν τὰ δ' οὔ. Apud Demosthenem quoque saepius vidi διείρηκεν et διείρηται depravari in διῄρηκεν et διῄρηται, cuius rei haec exempla expende: pag. 465, 20: ὁρᾶθ' ὡς σαφῶς μηδένα εἶναι τριηραρχίας ἀτελῆ διείρηκεν (διῄρηκεν) ὁ νόμος. pag. 644, 4: καὶ ἄλλ' ἄττα διείρηκεν (διῄρηκεν) ἃ χρὴ ποιῆσαι — ὁ νόμος. pag. 976, 28: σαφῶς ὁ νόμος διείρηκεν (διῄρηκεν) ὧν εἶναι δίκας προσήκει μεταλλικάς. pag. 666, 13: διείρηται (διῄρηται) τί πρακτέον ἢ μή. His omnibus locis Dindorfius Dobraei auctoritatem secutus edidit διῄρηκεν et διῄρηται. Nollem factum, namque ad verbum διαγορεύειν (id est διαρρήδην λέγειν) haec omnia referenda esse diligens cuiusque loci consideratio docebit. Quid sit ὁ νόμος διαγορεύει μηδένα εἶναι τριηραρχίας ἀτελῆ unusquisque intelligit; substitue διαιρεῖ pro διαγορεύει et verba erunt sensu vacua. Dicitur apud Oratores ὁ νόμος διαιρεῖ et διεῖλεν ὁ νόμος, ubi lex *duas* res diversas inter se *distinguit*, veluti in Demosthenis Orat. I. κατὰ Στεφάνου § 45. p. 115, 10. τίς γὰρ ἀλώσεται ἔτι ποτὲ ψευδομαρτυριῶν εἰ μαρτυρήσει τε ἃ βούλεται καὶ λόγον ὧν βούλεται δώσει; ἀλλ' οὐχ οὕτω ταῦτα ὁ νόμος διεῖλεν. Non est, inquit, in lege haec *divisio*, sed omnium, quae quis pro testimonio dixerit, rationes reddere iubet. Semel tantum participium διειρημένος sine varietate in Demosthenis Codicibus legitur, pag.

Digitized by Google

212, 23: ὤοντο ἅμα τε ναυπηγήσεσθαι ἐνταῦθα καὶ πληρώσεσθαι [ἐν τῷ λιμένι τῷ προειρημένῳ, expunge insulsum emblema cum Schaefero] ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις διειρημένου μηδὲν τοιοῦτον εἰσδέχεσθαι. Hic quidem verbi διαγορεύω perfectum sine scripturae discrepantia exstat, neque tamen locus caret vitio nam certa Graecitatis lex iubet accusativum ponere διειρημένον. Apud Isaeum optime XI. 22 emendatum est: διείρηται καθ' ἕκαστον περὶ αὐτῶν, ubi Codd. omnes διήρηται exhibent, sed continuo sequitur: ὁ νόμος — διαρρήδην κελεύων τοῦ μέρους ἕκαστον λαγχάνειν. Quod apud Isaeum paulo ante legitur XI. 12. καθάπερ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἦν ὑπειρημένον vides ad ὑπαγορεύειν referri oportere, et in omnibus orationibus ea cognatio quam dicimus apparet, veluti in Orat. II. 28. ubi dixerat: ἀπηγόρευε τοῖς ὠνουμένοις μὴ ὠνεῖσθαι, post pauca § 29. de eadem re dicit: τούτῳ δὲ δίκην λαγχάνει τῆς ἀπορρήσεως, et sic ubique videbis ἀπαγορεύω, ἀπερῶ, ἀπεῖπον, ἀπείρηκα, ἀπείρηται, ἀπερρήθη, ἀπόρρησις et ἀπόρρητος sibi inter se respondere, veluti apud Demosthenem p. 902, 20: ἀπηγόρευεν ὁ Παρμένων — μὴ γιγνώσκειν ἄνευ τῶν συνδιαιτητῶν, et post pauca: ὅταν δὴ ἄνευ τῶν συνδιαιτητῶν παρὰ τὴν ἀπόρρησιν φῇ δεδιητηκέναι, et de eadem re pag. 899, 10: οὐ μόνον ἀμφισβητηθεὶς ἀλλὰ καὶ ἀπορρηθὲν αὐτῷ οὐδὲν ἧττον τὴν ἀπόφασιν ἐποιήσατο [1]). In eadem re aoristus legitur pag. 903, 20: ἀπεῖπε δὲ αὐτῷ μὴ διαιτᾶν, et ita passim, ut sibi quisque inter legendum notare poterit. Sciendum est autem in nonnullis verbi — αγορεύω compositis Veteres nonnumquam analogiam sequi. Ἀπαγορεύω ubi significat ἀποκάμνω semper habet ἀπερῶ, ἀπεῖπον et ἀπείρηκα cum

---

[1]) Laudavit haec verba Pollux II. 127. ἀπορρηθὲν δὲ αὐτῷ Δημοσθένης εἶπε τὸ ἀπαγορευθέν. ὑπὸ δὲ γένους ἀπορρηθῆναι παντὸς Πλάτων οἷον ἀποκηρυχθῆναι. Platonis locus est de Legg. XI. p. 929 A. Apud Suidam v. Ἀπορρηθέν pro Ἀπορρηθῇ ἀντὶ τοῦ ἀποκηρυχθῇ. Πλάτων, emendandum est Ἀπορρηθῆναι et ἀποκηρυχθῆναι. Vulgata nata est ex scribendi compendio.

Quemadmodum Demosthenes dixit ἀπορρηθὲν αὐτῷ, Plato de Rep. I. p. 337 E. dixerat: πῶς ἄν τις ἀποκρίναιτο ἀπειρημένον αὐτῷ ὅπως μηδὲν ἐρεῖ ὧν ἡγεῖται; ubi vide quid scribae turbaverint.

Digitized by Google

composito προαπερῶ cett. ubi autem *veto* significat interdum aoristus est ἀπηγόρευσα et perf. passivum ἀπηγόρευμαι. Προσαγορεύω ubi significat ἀσπάζομαι habet προσερῶ, προσεῖπον, προσερρήθην, ubi vero notat *appello, voco*. nonnumquam προσηγόρευσα legitur et προσηγορεύθην. Xenoph. Memorab. III. 2, 1: τοῦ ἕνεκεν Ὅμηρον οἴει τὸν Ἀγαμέμνονα προσαγορεῦσαι ποιμένα λαῶν; Προσαγορευτέα est in Platonis Phaedone p. 104 A. De futuro προσαγορεύσομεν in Platonis Theaeteto p. 147 D. infra dicam. Demosthenes (nisi Dinarchi oratio est) dixit p. 1008, 5: ὅταν τις ὀνόματι μὲν ἀδελφὸς προσαγορευθῇ τινῶν. Προαγορεύω habet προερῶ, προεῖπον, προείρηκα, sed quia τὰ προειρημένα significat *ante dicta* pro *edicta* dicebant τὰ προηγορευμένα. Συναγορεύω habere solet συνερῶ, συνεῖπον et συνείρηκα: tamen Demosthenes p. 397, 20 composuit ἀντειπόντα et συναγορεύσαντα in his: ἐπέδειξα — τῇ μὲν τῶν συμμάχων ἀντειπόντα εἰρήνῃ, τῇ δὲ Φιλοκράτους συναγορεύσαντα. Idem qui tam saepe ἀπεῖπε posuit pro *vetuit* dixit p. 1021, 20: ἀπηγόρευσεν αὐτῷ μὴ διαιτᾶν et pauca quaedam alia huiuscemodi hic illic apud Veteres leguntur. Post Alexandri tempora omnes fere analogiam sequi solent et saepissime — ἀγορεύσω, — ηγόρευσα, — ηγόρευκα, et — ηγόρευμαι apud omnes usurpantur in compositis omnibus; praeterea nova nomina finguntur Veteribus inaudita προαγόρευσις, προσαγόρευσις, ἀπαγόρευσις et sim. Quod apud Hesychium legitur Διηγορευμένοις: παραγγελθεῖσι, non est vetus glossa, sed spuria a Christiano homine ex libris sacris inserta, quales apud Hesychium plurimae sunt olim a viris doctis explosae. Sequiores saepius διηγόρευσα et διηγορευμένον et sim. usurpant, veluti Lucianus in *Tyrannicida* cap. 12 τοῦτο μέμνημαι διηγορευμένον ἐν τοῖς νόμοις, ubi scriptor Atticus διειρημένον dixisset. Vitiosum est autem quod apud Lucianum legitur in *Piscatore* cap. 26 μεγάλῃ τῇ φωνῇ διαγορεύει κακῶς Πλάτωνα: omnibus Graecis usitatum est dicere κακῶς ἀγορεύειν itaque ἀγορεύει κακῶς emenda.

Ἀναγορεύω, quod proprie de praeconibus dicitur aliquid renuntiantibus et planissime idem significat atque κηρύσσω, habet constanti omnium usu eoque frequentissimo ἀνερῶ, ἀνεῖπον, ἀνείρηκα, ἀνείρημαι, ἀνερρήθην et ἀναρρηθήσομαι et nomina

Digitized by Google

ἀνάρρησις et ἀνάρρημα. Novitium nomen est ἀναγόρευσις pro ἀνάρρησις. Athenienses de more dicebant ποιεῖσθαι τὴν ἀνάρρησιν pro ἀναγορεύειν et passive ἡ ἀνάρρησις γίγνεται. Plato de Legg. V. p. 730 D. ὁ μέγας ἀνὴρ ἐν πόλει ἀναγορευέσθω, et XII. p. 946 B. πᾶσιν ἀνειπεῖν ὅτι Μαγνήτων ἡ πόλις κτέ. Tritae sunt locutiones ἀνεῖπεν ὁ κῆρυξ et πρόσθε τῶν ἐπωνύμων ἀνειπεῖν, Isocrat. adv. Callim. § 61. Hesychius Ἀνεῖπεν: ἐκήρυξεν, διὰ κήρυκος εἶπεν. Luculentum in paucis testimonium est in Platonis libro IX. de Rep. p. 580 B. μισθωσώμεθα οὖν κήρυκα ἢ αὐτὸς ἀνείπω ὅτι κτέ. — Ἀνειρήσθω σοι, ἔφη. Ἦ οὖν προσαναγορεύω —; Προσαναγόρευε, ἔφη. In Aeschinis Ctesiphontea, ubi multis agit Orator de corona aurea non in theatro sed in concione renuntianda, videbis promiscue poni ἀναγορεύω et κηρύττω et ἀνακηρύττω et perinde dici τὴν ἀνάρρησιν et τὸ κήρυγμα. Legitur § 122 ὁ κῆρυξ ἀνηγόρευεν et paulo ante ὁ κῆρυξ ἀνεῖπεν, et § 155. προελθὼν ὁ κῆρυξ τί ποτ' ἀνερεῖ, et § 45. ἀναρρηθῆναι, et § 189 δεῖ γὰρ τὸν κήρυκα ἀψευδεῖν ὅταν τὴν ἀνάρρησιν ἐν τῷ θεάτρῳ ποιῆται πρὸς τοὺς Ἕλληνας, et § 153. νομίσαθ' ὁρᾶν προϊόντα τὸν κήρυκα καὶ τὴν ἐκ τοῦ ψηφίσματος ἀνάρρησιν μέλλουσαν γίγνεσθαι. Eodem modo videbis Atticos omnes scribere, sed sequiores Graeculi veteris usus ignari ἀναγορεῦσαι et ἀναγορευθῆναι et ἀναγόρευσις dicere solent. Circumferuntur in plerisque Demosthenis Codicibus ψηφίσματα quaedam et Νόμοι et alia id genus, quae omnia a Graeculis inepte ficta miror quomodo umquam eruditis hominibus potuerint imponere. Suo se indicio ut sorex prodit Graeculus qui in Demosthenis oratione περὶ τοῦ στεφάνου § 54. ψήφισμα commentus est in quo legitur: ἔγραψε παράνομον ψήφισμα ὡς ἄρα δεῖ στεφανῶσαι Δημοσθένην — καὶ ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ, et iterum § 84. ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ —, τῆς δὲ ἀναγορεύσεως ἐπιμεληθῆναι — τὸν ἀγωνοθέτην, quibus similia leguntur § 115, 116 et 118. Legitur in § 120 Νόμος, in quo est τὰς ἀναγορεύσεις τῶν στεφάνων ποιεῖσθαι ἐν τοῖς ἰδίοις δήμοις. Antiquum dicendi genus prorsus erat obsoletum quum haec scriberentur. Hinc eruditi magistri et λέξεων conditores sedulo nomina haec intermortua colligebant et interpretabantur. Pauca haec

Digitized by Google

ex Hesychio cognosce Ἀνάρημα: (L. ἀνάρρημα) κήρυγμα [1]). Ἀναρρηθῆναι: ἀνακηρυχθῆναι. Ἀναρρήσεως: ἀνακηρύξεως. Haec quidem recte et ordine explicata sunt, sed quod alibi docet: Ἀνάρρησις, προανακήρυξις, πρόρρησις, προαγόρευσις. vehementer fallitur; neque enim ἀναγορεύειν est προανακηρύττειν et multo etiam minus προαγορεύω. Quod Hesychius coniungit πρόρρησις et προαγόρευσις, sic omnes faciunt recentiores, qui formas veteres et novitias in talibus permiscent, veluti Pollux III. 152. ὁ δὲ νικήσας — ἐκηρύχθη, ἀνεκηρύχθη, ἀνερρήθη, ἀνηγορεύθη — καὶ ἀνάρρησις καὶ ἀναγόρευσις καὶ ἀνακήρυξις —, ἀνειπεῖν, ἀνακηρῦξαι, ἀναγορεῦσαι. Cf. II. 127. VI. 177. VIII. 139. Caeterum notandum ἀναγορεύειν, ut κηρύττειν cum tribus praepositionibus componi προαναγορεύειν, ἐπαναγορεύειν et προσαναγορεύειν. Quid sit ἐπαναγορεύειν intelligitur ex notissimo ἐπικηρύττειν. Nemo nescit quid sit ἀργύριον aut χρήματα ἐπικηρύττειν τινί, aut quid dicat Demosthenes ubi dicit de Fals. Legat. § 21. διὰ ταῦτα χρήμαθ' ἑαυτῷ τοὺς Θηβαίους ἐπικεκηρυχέναι. Nonnumquam in ea re ita loquuntur ut Lysias in Orat. VI. § 18. ἐπικηρύττοντες τάλαντον ἀργυρίου δώσειν τῷ ἀπάγοντι ἢ ἀποκτείναντι, quem locum affero ut obiter admoneam pro ἀπάγοντι emendandum esse ἀγαγόντι. Ἐπαναγορεύω nunc semel tantum apud scriptores Atticos reperitur, nempe in Aristophanis Avibus vs. 1071:

τῇδε μέντοι θἠμέρᾳ μάλις' ἐπαναγορεύεται
ἢν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Διαγόραν τὸν Μήλιον
λαμβάνειν τάλαντον.

Huius verbi aoristo quum vellet uti Thucydides ita dixit VI. 60. τῶν δὲ διαφυγόντων θάνατον καταγνόντες ἐπανεῖπον ἀργύριον τῷ ἀποκτείναντι. Haec quoque forma nunc semel tantum in scriptoribus Atticis legitur, neque dubium est quin Pollux II. 128 quum annotaret ἐπανειπὼν ἀργύριον οἷον ἐπικηρύξας hunc ipsum locum respexerit, quod fecit et Hesychius in Ἐπανεῖπαν: ἐπεκήρυξαν, ubi Ἐπανεῖπον verum est. Postea omnes in ea re constanter ἐπικηρύττειν dicere coeperunt.

[1]) Ἀνάρρημα nunc quidem praeterquam apud grammaticos nusquam comparet. Phrynichus Bekk. Anecd. p. 23, 6: Ἀναρρημα τὸ κήρυγμα σεμνὸν πάνυ.

Digitized by Google

Quemadmodum nomina ἀνάρρησις, διάρρησις, πρόρρησις et πρόσρησις respondent verbis ἀναγορεύω, διαγορεύω, προαγορεύω et προσαγορεύω, similiterque nomina in — μα, ut ἀνάρρημα, πρόρρημα, πρόσρημα (ut apud Demosthenem Orat. XXIII. 30. τὸν ἀνδροφόνον προσειπὼν — ἔνοχος τῷ προσρήματι τούτῳ), sic verbum ἀπαγορεύω habet sibi respondens nomen ἀπόρρησις, pro quo Graeculi ἀπαγόρευσις dicebant. Ἀπαγορεύω triplicem habet significandi potestatem, itaque ἀπόρρησις quoque. Ἀπαγορεύω primum significat idem quod οὐκ ἐῶ veto, quemadmodum ἀπεμυθεόμην apud Homerum et ἀπαυδῶ. Itaque ἀπόρρησις eo sensu frequens admodum est et ἀπόρρητον vetitum, ut in δρᾶν τἀπόρρητα in Aristophanis fragmento:

οὕτω τι τἀπόρρητα δρᾶν ἐςὶ γλυκύ.

Deinde ἀπαγορεύω denotat, ut nemo nescit, ἀποκάμνω, et eo quoque sensu habet ἀπόρρησιν, nomen sibi respondens. Plato eo nomine sic usus est de Rep. II. p. 357 A. τοῦ Θρασυμάχου τὴν ἀπόρρησιν οὐκ ἀπεδέξατο, de quo loco egit Ruhnken. ad Tim. p. 44. Nempe dissentiebant eruditi, quorum alii ἀπόρρησιν referebant ad ἀπαγορεύειν pro ἀποκάμνειν, quae unice vera interpretatio est, sed Phrynichus in Bekk. Anecd. I. 27. sic obloquitur: Ἀπόρρησις. ἡ μὲν συνήθεια τὴν ἀπαγόρευσιν οὕτω λέγει, Πλάτων δὲ ἀντὶ τοῦ ῥῆσις αὐτὸ ἐν τῇ Πολιτείᾳ τέθεικεν εἰπών· καὶ τότε τὴν ἀπόρρησιν τοῦ Θρασυμάχου οὐκ ἀπεδέξατο, quae temeraria et nullo fundamento nixa interpretatio est. Non magis ἀπόρρησις pro ῥῆσις dici potest quam ἀπαγορεύω pro λέγω sive ἀγορεύω. Non probabat Glauco ὅτι ἀπεῖπεν ὁ Θρασύμαχος, id est ἀπέκαμεν et Socrati concessit. Ἀπαγορεύω significat denique *abdico* filium, quod quia voce praeconis solebat fieri dicebant ὑπὸ κήρυκος ἀπαγορεύειν et ἀπειπεῖν et ἀπορρηθῆναι, id est ἀποκηρύττειν vel ἐκκηρύττειν, quae omnia apud Platonem coniuncta saepius leguntur in libro XI. de Legibus, ubi est p. 928 D. τὸν υἱὸν ὑπὸ κήρυκος ἀπειπεῖν, et p. 929 A. ὑπὸ τοῦ γένους ἀπορρηθῆναι παντός. Hinc ἀπόρρησις poni poterat pro *abdicatione* (ἀποκηρύξει), cuius rei diserta memoria apud eruditos grammaticos exstat in Bekk. Anecd. I. 216, 10 Ἀπόρρησις — καὶ τὸ ἀποκηρύσσειν.

Addam Platonis locum ubi in verbo ἀπαγορεύειν scribae

Digitized by Google

φεύγουσι τὰς δίκας, ἐνταυθὶ πεποιήκασι τὴν κρίσιν [ἐν τῇ ἀγορᾷ], ubi quis non praesertim admonitus intelliget ἐν τῇ ἀγορᾷ non ab Oratore esse additum, sed a nescio quo Graeculo in ora libri adscriptum deinde irrepsisse in textum. Sed ad Isaei orationem II reverti tempus est.

Duo vocabula spuria irrepserunt in § 14. ὑγιαίνων, εὖ φρονῶν, [εὖ νοῶν] — εἰσάγει με εἰς τοὺς φράτορας. Nihili est εὖ νοεῖν. Graeci dicebant εὐνοεῖν et ἀντευνοεῖν pro *bene velle alicui*, εὔνουν εἶναι, εὔνοιαν ἔχειν τινί, et opponuntur inter se εὖ φρονεῖν et παρανοεῖν sive παραφρονεῖν, veluti in § 19. οὐ παρανοῶν οὐδὲ γυναικὶ πιθόμενος — ἀλλ' εὖ φρονῶν. Quum autem locus nullam *benevolentiae* mentionem admittat, consequitur errore quodam εὖ νοῶν irrepsisse. Non fugit ea res Dobraeum, qui ad εὖ νοῶν annotavit suum *"forsan del."*

Pro φράτορας Atticis antiquioribus ubique φράτερας reddendum, in qua re dubitasse Scheibium miror. Non est enim librorum consensus nobis extimescendus ubi constat duplicem olim formam fuisse alteram altera antiquiorem. Scribae semper sunt εὐεπίφοροι ad notiora et in errando sibi constant. Atticos veteres dixisse φράτηρ et φράτερες, non φράτωρ et φράτορες docuit G. Dindorfius ad Steph. Th. in v. Magni ponderis est testimonium quo utitur Aelii Dionysii, ex cuius Ὀνόμασιν Ἀττικοῖς Eustathius haec descripsit p. 289, 32: Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἐν τῷ κατ' αὐτὸν ῥητορικῷ λεξικῷ φησὶν ὅτι — οἱ ἀρχαῖοι φράτερας φασὶ διὰ τοῦ ε, οὗ, φησὶν, ἡ ὀρθὴ φράτηρ. Illud ipsum φράτηρ indicante Dindorfio in libris Demosthenis illaesum evasit p. 1061, 11: μαρτυρεῖ συγγενὴς εἶναι καὶ φράτηρ. Quod autem saepe legitur φατρία et φατριάζειν (aut φατρίζειν), sciendum est esse vocabula nihili nata ex negligentia eorum qui in summa littera φ non animadverterant uncinum, quo ρ significabatur, qui plurimorum errorum fons est. Qui τάφρος nihil cogitantes in τάφος convertere solent, quid eos censemus fecisse in vetusto vocabulo olim obsoleto φρατρία aut φρατριάζειν?

Vitio laborat locus in § 18: κἀκεῖνός τε τὴν πρόνοιαν εἶχεν ὥσπερ εἰκός ἐστι πατέρα περὶ υἱέος ἔχειν. Omnes viderunt non esse haec apte composita: itaque coniecerunt aut ἥνπερ pro ὥσπερ aut τὴν πρόνοιαν τοιαύτην εἶχεν. Leniore remedio sa-

Digitized by Google

nari malum poterit: resecto molesto articulo scribendum κἀκεῖνός τε πρόνοιαν εἶχεν, id est προὐνοεῖτο, quemadmodum dicitur ἐπιμέλειαν ἔχειν pro ἐπιμελεῖσθαι, σπουδὴν ἔχειν pro σπουδάζειν, Φροντίδ' ἔχειν, προθυμίαν ἔχειν et similia complura.

Inutile fulcrum orationi supposuit sciolus in § 20. οὐχ ὑπ' ἐκείνης πεισθεὶς ἐμὲ ἐποιήσατο υἱὸν, ἀλλὰ μάλιστα μὲν ὑπὸ τῆς ἐρημίας [ἐπείσθη] κτἑ. Recte vidit Scheibe non ἐπείσθη sed πεισθεὶς ἐποιήσατο ex praecedentibus cogitatione supplendum esse et manifestum emblema sustulit.

In § 20. cum Dobraeo legendum: ταῦτα τηλικαῦτ' ὄντα ἐνῆγεν pro ταῦτα τηνικαῦτα ἐνῆγεν, ut in § 15: ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τοσούτῳ ὄντι, et III. 51. ταῦτα τηλικαῦτα ὄντα, et aliis locis.

Dittographia est expellenda ex § 21: ἀλλ' οὐκ ἂν αὐτῷ ἔδωκεν. — οὐχ οὕτως [οὕτος] ἐστὶ Φιλοχρήματος.

Iterum assentior Dobraeo § 22. in verbis οὐκοῦν ἐξ ἀνάγκης ἢ αὐτῷ ἄλλον τινὰ ποιήσασθαι [μᾶλλον] ἢ ἄπαιδα καταγηρᾶν, expungenti molestum μᾶλλον. Nempe optio datur, non comparatio instituitur. Necesse erat Menecli aut aliquem ex alia familia aut nullum adoptare. Pro *nullum adoptare* exquisitius dixit *in orbitate consenescere*, quod redit eodem. Quomodo sententia sic conformata additum μᾶλλον ferre potuit?

Miror quomodo Criticorum acutos oculos fugerit evidens vitium in § 22: πάντας ἂν οἶμαι ὁμολογῆσαι ὑμᾶς ὡς οὐκ ἂν ποιησάμενος ἄλλον οἰκειότερον ἐμοῦ ποιήσαιτ' ἄν. Quis hunc optativum ποιήσαιτ' ἄν ferre potest de Menecle quum haec causa ageretur dudum mortuo? Sine mora reponamus ἐποιήσατ' ἄν.

In § 23. corrigenda interpunctio est in hunc modum: ἀλλ' ὅτι τὸ παράπαν ἐποιήσατο καὶ οὐκ ἐτελεύτησεν ἄπαις, τοῦτ' ἐστὶν ὃ ἐπιτιμᾷ.

In § 24. emblema manifestum tenemus in verbis: ὁ δὲ θεῖος οὑτοσὶ οὐκ αἰσχύνεται τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν ταύτης τῆς ἐξουσίας ἀποσερῶν νῦν [τοῦ ποιήσασθαι], ἧς οὐδὲ κτἑ. Continuo praecedit οὗτος ὁ νόμος [ὁ περὶ τῆς ποιήσεως], ubi iterum Graeculus Oratori interstrepit, nam dabis mihi περὶ τῆς ποιήσεως legem nullam Athenis fuisse. Poterat περὶ τῶν ποιήσεων

Digitized by Google

aut περὶ τοῦ ποιεῖσθαι lex lata esse, sed περὶ τῆς ποιήσεως non potuit. Eodem remedio utendum in § 26.

Excidit necessarium ἄν in § 25: οἶμαι δὲ καὶ τοῦτον — οὐκ ἄλλ' οὐδὲν (ἂν) εἰπεῖν, deinde inserta copula scripserim ὅσις αὐτὸν ἔμελλε ζῶντά (τε) θεραπεύσειν καὶ τελευτήσαντα θάψειν.

Quidquid homines docti obloquuntur duo vocabula transponenda sunt in § 26. οὐκ αἰσχύνεται μὲν αὑτῷ τὸν νόμον [τὸν περὶ τῆς ποιήσεως] ποιῶν κύριον, τῷ δὲ ἀδελφῷ — ζητῶν ἄκυρον ποιῆσαι. Necessario requiritur αὑτῷ μὲν — τῷ δὲ ἀδελφῷ.

Insiticium est participium διαφερόμενος in § 27. διὰ τί [διαφερόμενος] ζητεῖ οὗτος τὸν ἀδελφὸν τὸν ἑαυτοῦ ἄπαιδα καταςῆσαι; Neque enim διαφέρεσθαι διά τι dicitur, sed περί τινος, *de aliqua re* cum aliquo *contendere*, et quo tandem pacto dici potuit frater cum fratre defuncto contendere? Eiecto participio omnia recte procedunt: διὰ τί ζητεῖ τὸν ἀδελφὸν ἄπαιδα καταςῆσαι;

Quod continuo sequitur: εἰ μὲν γὰρ περὶ τοῦ ὀνόματός μοι διαφέρεται καὶ ἀναίνεται εἰ ἐγὼ ἔσομαι υἱὸς Μενεκλέους πῶς οὐ φθονερός ἐςιν; in iis ἀναίνεται aperte mendosum est. Non est enim Graecum ἀναίνεται εἰ ἐγὼ ἔσομαι υἱὸς Μενεκλέους. Εἰ sic cum futuro coniunctum additur verbis motum animi significantibus, praesertim misericordiam aut indignationem. Δεινὸν ἡγοῦμαι aut δεινόν ἐςιν, ἄτοπόν ἐςιν, αἰσχρόν ἐςιν, ὑπερφυές ἐςιν, λυποῦμαι, ἀγανακτῶ, χαλεπῶς φέρω, ἐλεῶ, οἰκτείρω, similibusque commotum animum denotantibus, ut in Anabasi I. IV. 7. οἱ δ' ᾤκτειρον εἰ ἁλώσοιντο, et in noto Aeschinis loco in Ctesiphontea § 147. Δημοσθένης οὐκ ἀγαπᾷ εἰ μὴ δίκην δέδωκεν, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ χρυσῷ ςεφάνῳ ςεφανωθήσεται ἀγανακτεῖ, quibus similia leguntur passim apud alios. Sed nemo credet cum verbo ἀναίνεται illo modo εἰ componi posse, et apparet aliud quid in ἀναίνεται latere. Proxime ad verum accessit Schoemannus quum ἀγανακτεῖ reponi iuberet. Rem ipsam reperit, sed non reperit vocabulum ipsum, quo Orator in ea re fuerat usus. In ἀναίνεται nihil aliud latebat quam ἄχθεται et sic esse censeo emendandum: καὶ ἄχθεται εἰ ἐγὼ ἔσομαι υἱὸς Μενεκλέους.

Consecutio temporum quam vocant a scribis vitiata est

Digitized by Google

§ 28 in his: ὁ δ' οὐκ εἶχεν ὁπόθεν ἀποδῷ, nam certa linguae lex ἀποδοίη scribi iubet. Quia sequiores Graeculi pro ἀποδοίη solent dare ἀποδώῃ, similiterque γνώῃ, ἁλώῃ pro γνοίη, ἁλοίη, factum est ut temere optativi et coniunctivi formae in libris permiscerentur.

Contra constantem Atticorum loquendi consuetudinem legitur in § 29: ἔδοξεν ἡμῖν χρῆναι — ἐπιτρέψαι τῷ τε κηδεστῇ τῷ τούτου καὶ τοῖς φίλοις διαιτῆσαι. Nemo enim dicebat ἐπιτρέπειν τισὶ διαιτᾶν vel διαιτῆσαι, sed ἐπιτρέπειν τισὶ δίαιταν. Saepe autem factum esse vidi ut scribae vetus ΔΙΑΙΤΑΝ aut in διαιτᾶν corrumperent aut alio modo locutionem hanc forensem vitiarent. Recte apud Lysiam κατὰ Διογείτονος § 2. emendatum est: ἔπεισα αὐτοὺς τοῖς φίλοις ἐπιτρέψαι δίαιταν pro διαιτᾶν. Sine errore legitur apud Demosthenem κατὰ Νεαίρας p. 1306, 7: συνῆγον αὐτοὺς οἱ ἐπιτήδειοι καὶ ἔπεισαν δίαιταν ἐπιτρέψαι αὐτοῖς, et p. 1368, 5: δίαιταν ἐπιτρέπει αὐτοῖς τοῖς ἐγγυηταῖς, et πρὸς Βοιωτόν p. 1021, 8: τὴν δίαιταν ταύτην ἐπιτρέπειν με προὐκαλεῖτο, et alibi saepissime. Itaque sine ulla controversia apud Isaeum V. 31. ubi in libris est: ἠξίου — δίαιταν ἡμᾶς ἐπιτροπεύειν, Oratoris manum restituit Reiskius ἐπιτρέπειν corrigens. Ergo nunc quoque Isaeo reddenda sunt verba concepta et legitima ἔδοξεν ἡμῖν — ἐπιτρέψαι — τοῖς φίλοις δίαιταν.

Molestum emblema pessime corrumpit loci elegantem concinnitatem in § 30. Proponam primum locum importuno additamento liberatum et qualem ab Oratore profectum esse arbitror. Itum erat ad arbitros: ἐκεῖνοι δ' εἰ μὲν ἐπιτρέποιμεν αὐτοῖς ὥστε τὰ δίκαια διαγνῶναι οὐκ ἂν ἔφασαν διαιτῆσαι· — εἰ δ' ἐάσομεν αὐτοὺς γνῶναι τὰ συμφέροντα πᾶσιν ἔφασαν διαιτήσειν. Plana et perspicua omnia sunt et nihil his addi posse videatur. Sed in libris est omnibus: ἐκεῖνοι δ' [εἶπον ἡμῖν] εἰ μὲν ἐπιτρέποιμεν κτἑ. et ea scabrities orationis neminem offendisse videtur. Non tantum durissimum est sed intolerandum prorsus εἶπον ἡμῖν — οὐκ ἂν ἔφασαν διαιτῆσαι, quae quum resectis duobus vocabulis aptissime et commodissime restituantur, quomodo quis in Codd. tam vehementer interpolatis dubitare poterit? Docet aperte hic locus perinde esse utrum dicas οὐκ ἂν ἔφασαν διαιτῆσαι an οὐκ ἔφασαν διαιτή-

Digitized by Google

σειν, et ubi in apodosi futurum est εἰ quoque cum futuro coniungi, ubi ἄν cum aoristo εἰ optativum habere. Scribis solemne est aut ἄν omittere aut servato ἄν aoristum in futurum convertere, sed neque οὐκ ἔφασαν διαιτῆσαι neque οὐκ ἂν ἔφασαν διαιτήσειν veterum quisquam umquam scribere potuit. Itaque manifesto mendosa est lectio apud Isaeum V. 23: ἡγούμενοι γὰρ οὐκ ἂν αὐτὸν βεβαιώσειν, pro βεβαιῶσαι, et sicubi similia leguntur, aperti scribarum errores tollendi sunt.

Post pauca ἔφασαν ab aliquo correctore interpositum esse suspicor in § 31. διήτησαν (leg. ἐδιήτησαν) ἡμᾶς ἀποξῆναι — καὶ δοῦναι δωρεάν· οὐ γὰρ [ἔφασαν] εἶναι ἄλλην ἀπαλλαγὴν οὐδεμίαν κτἑ. Additum ἔφασαν non tantum inutile et supervacaneum est, sed in tali orationis conformatione a bonis scriptoribus constanter omittitur.

Editur in § 32: ἔγνωσαν ἡμᾶς εὖ ποιεῖν ἀλλήλους — καὶ ταῦτα ὀμόσαι ἠνάγκασαν ἡμᾶς — ἢ μὴν ποιήσειν· καὶ ἡμεῖς ὠμόσαμεν εὖ ποιεῖν ἀλλήλους ἐκ τοῦ ἐπιλοίπου χρόνου. Satisne perspicuum est requiri futurum εὖ ποιήσειν ἀλλήλους? Dubitari non potest quin recta oratio et concepta verba fuerint ἢ μὴν εὖ ποιήσομεν ἀλλήλους, non ποιοῦμεν, quod absurdum fuisset. Itaque nihilo est sanius in indirecta oratione, praesertim ubi continuo additur ἐκ τοῦ ἐπιλοίπου χρόνου.

Duo additamenta impediunt orationem in § 38: βούλομαι ὑμῖν καὶ αὐτοὺς τούτους μάρτυρας παρασχέσθαι [καὶ] ἐμοὶ μαρτυροῦντας ἔργῳ καὶ οὐ λόγῳ [ἐξ ὧν ἔπραξαν αὐτοὶ] ὅτι ἐγὼ τἀληθῆ λέγω. Quia copula καὶ nihil habet quod copulet melius omittetur. Deinde quid sit ἔργῳ καὶ οὐ λόγῳ μαρτυρεῖν et notum est et vel ex hoc uno loco perspicue intelligitur. Sed quo pacto sic addi potuit ἐξ ὧν ἔπραξαν αὐτοί? Quid sibi vult αὐτοί? Cogitari non potest de iis quae *alii* fecerunt, et quod superest ἐξ ὧν ἔπραξαν nihil aliud quam interpretatur quid sit ἔργῳ μαρτυρεῖν. Sed nihil ea interpretatione aut iudices indigebant aut nunc lectores indigemus.

Emblema simul et corruptela irrepsit in § 41: εἰ μὴ πάνυ — αἰσχρὸν εἶναι ἐνόμιζον προδοῦναι τὸν πατέρα οὗ εἶναι ὠνομάσθην [καὶ ὃς ἐποιήσατό με] ταχὺ ἂν ἀπέξην αὐτῷ τῶν ἐκείνου. Patrem dici *adoptivum*, non *naturalem*, satis perspicue declarant verba οὗ εἶναι ὠνομάσθην, et idem in tota oratione

Digitized by Google

significatur. Expungatur igitur frigidum additamentum καὶ ὃς ἐποιήσατό με. Idem Scheibio placuisse video. Praeterea pro ταχύ, quod ab loci sententia alienum est, repone τάχ' ἂν ἀπέσην. Quid enim est *celeriter* cedere bonis? Poterat id *statim*, *continuo*, *sine mora* fieri, sed *celeritatis* notio in talem rem non cadit.

Non assentior Scheibio in § 43 corrigenti: πῶς οὐκ ἂν δεινὸν τὸ πρᾶγμα εἶναι καὶ καταγέλαστον δοκοίη καὶ τοῖς βουλομένοις περὶ ἐμοῦ βλασφημεῖν πολλὴν ἐξουσίαν παρασχέσθαι, ubi in libris est barbara forma παράσχομαι. Duplici de causa mihi παρασχέσθαι admitti non posse videtur. Primum Graecum est ἐξουσίαν παρέχειν, non παρέχεσθαι. Deinde contra loci sententiam infinitivus pendet a δοκοίη ἄν. An non ridicula res esse videretur, inquit, et maledicere mihi volentibus magnam *praeberet* copiam? Non *praebere videretur*, quasi ea res speciem tantum haberet, quum sit extra omnem controversiam posita. Reponendum cum Schoemanno est παρασχοίη, nam sic utrique incommodo optime medeberis.

Notandi loci sunt, qualis legitur in § 45: ἐκεῖνον ἐπέδειξα τρία καὶ εἴκοσιν ἐπιβιοῦντα ἔτη, et in § 15: ἐπεβίω γὰρ ἐκεῖνος μετὰ τὴν ποίησιν οὐκ ἐνιαυτὸν ἕνα ἢ δύο, ἀλλὰ τρία καὶ εἴκοσιν ἔτη. Apertum enim est ex hisce ἐπιβιοῦντα aoristum esse et ἐπιβιούς contra similium formarum analogiam δούς, γνούς, ἁλούς, in casibus obliquis diphthongum habere. Βιοῦσα pro ζήσασα, non ζῶσα, legitur apud Isaeum VI. 49. ἡ δὲ τούτων μήτηρ — ἅπαντα τὸν χρόνον αἰσχρῶς βιοῦσα — ἐτόλμησε συμπέμψαι τὴν πομπήν. Cf. quae de iis formis diximus in *Nov. Lectt.* p. 576 sq. quibus pauca quaedam addere iuvat. Ζῆν apud Atticos habere solet futurum βιώσομαι, aoristum ἐβίων, perfectum βεβίωκα, similiterque in compositis. Διαζῆν igitur habet διαβιώσομαι, ut in Xenophontis Memor. II. 1. 23: τῶν μὲν τερπνῶν οὐδενὸς ἄγευστος ἔσει, τῶν δὲ χαλεπῶν ἄπειρος διαβιώσει. Perfectum est in Memor. IV. VIII. 4: οὐ γὰρ δοκῶ σοι τοῦτο μελετῶν διαβεβιωκέναι; In vicinia legitur βιῶναι et διαβιούς § 2. ἀνάγκη ἐγένετο αὐτῷ — τριάκοντα ἡμέρας βιῶναι — καὶ τὸν χρόνον τοῦτον φανερὸς ἐγένετο οὐδὲν ἀλλοιότερον διαβιοὺς ἢ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον. Continuo sequitur praesentis forma: μάλις' ἐθαυμάζετο ἐπὶ

Digitized by Google

τῷ εὐθύμως τε καὶ εὐκόλως ζῆν. Itaque διαβιοῦσαι apud Platonem de Legg. VII. p. 806 B. τοῦτον τὸν τρόπον διαβιοῦσαι *aoristus* est, et III. p. 679 D. γενεαὶ διαβιοῦσαι πολλαὶ τοῦτον τὸν τρόπον. Similiter II. p. 662 B. τοὺς τὸν ἥδιον διαβιοῦντας βίον *aoristum* agnoscimus, ubi sequitur praesens: ὁ ζῶν τὸν ἥδιον βίον. Sequiores demum coeperunt pro ἐβίων, διεβίων, ἐπεβίων dicere ἐβίωσα, διεβίωσα, βιώσας et similia, quibus nemo Veterum usus est umquam. Iidem qui formam βιῶσαι usurpant utuntur *praesentis* forma βιοῦν, συμβιοῦν cet. pro ζῆν, συζῆν, quae olim praeterquam Ionibus inaudita Graecis fuerunt. Peccant librarii in aoristi veteris βιῶναι *optativi* et *coniunctivi* formis. Antiqua et proba forma optativi est βιοίην, διαβιοίην, coniunctivi βιῶ, διαβιῶ, διαβιῷς, διαβιῷ. Scribae pro βιοίην substituere solent βιώην, quemadmodum γνώην et ἁλώην scribere iis solemne est. In coniunctivo contra longae vocali supponunt brevem, βιοῖ, διαβιοῖ et sim. scribentes pro βιῷ et διαβιῷ. Recte editur in Platonis Legg. VII. p. 802 C. ἐν ᾗ γὰρ ἄν τις διαβιῷ, sed vitiose ibidem V. p. 730 C. ἵνα ὡς πλεῖστον χρόνον ἀληθὴς ὢν διαβιοῖ, ubi alii διαβιώη exhibent. Neutrum sanum est, sed unice verum διαβιῷ.

Superest vitium in ultimis verbis: ἀλλὰ μεμνημένοι τοῦ νόμου καὶ τοῦ ὅρκου — τὰ δίκαια καὶ [τὰ] εὔορκα — ψηφίσασθε. Exemto enim altero articulo scribendum: τὰ δίκαια καὶ εὔορκα. Una est atque eadem sententia iusta atque pia, ἡ δικαία καὶ ὁσία ψῆφος, itaque articulus repeti non potest. Recte dicitur § 45. τούς τε Φράτερας καὶ τοὺς δημότας καὶ τοὺς ὀργεῶνας παρεσχόμην μάρτυρας, quia hi omnes sunt inter se *diversi*. Contra recte dicitur § 40. νῦν ἥκει τὰ ὁμολογηθέντα καὶ ὁμοθέντα παραβάς, quia *eadem* haec sunt. Frequens in libris hoc genus vitii est, de quo saepius alibi admonuimus.

Reliquas Isaei orationes alio tempore tractabimus.

C. G. Cobet.

Digitized by Google

LECTIONES TULLIANAE.

SCRIPSIT

W. G. PLUYGERS.

(*Continuantur e Mnemosynes Vol.* XI. *pag.* 61.)

CAPUT XII.

In Q. Caecilium Divinatio.

§ 12. Caecilio haec causa constituitur, ut aut contendat non Siculorum rogatu Ciceronem Verrem accusare, aut eorum voluntatem apud iudices nihil valere oportere. At Ciceroni causam Siculos detulisse testes sunt C. Marcellus et Cn. Lentulus Marcellinus. „Hi sciunt hoc non modo a me petitum esse, sed ita saepe et ita vehementer esse petitum, ut aut causa mihi suspicienda fuerit aut officium necessitudinis repudiandum. Sed quid ego his testibus utor, quasi res dubia aut obscura sit? Adsunt homines ex tota provincia nobilissimi, qui praesentes vos orant atque obsecrant, iudices, ut in actore causae suae deligendo vestrum iudicium ab suo iudicio ne discrepet." In „quid ego his testibus utor" pronomen *his* significationem habet eximiae auctoritatis, quae viris, quales Marcellus et Lentulus erant, tribuenda esset. At in re neque dubia nec obscura non solum non gravibus, sed nullis omnino testibus opus est. Legendum videtur „sed quid ego *hic* testibus utor." Cf. Verr. II. § 23: „Quid ego hic nunc Sex. Pompeii Chlori testimonium recitem. — Dixit hoc idem M. Lucullus." etc. In quo loco *nunc* otiosum est. Variant libri inter *hic nunc* et *nunc hic*. *Nunc* delendum videtur.

Digitized by Google

§ 31. Caecilius Verrem imitatus pro frumento in cellam imperato, cum esset modius HS II, in modios singulos XII HS exegerat. Ab adversario interrogatur utrum in accusando hoc crimen praetermissurus sit an obiecturus. „Si obiicies — audebis ita accusare alterum, ut quominus tute condemnere recusare non possis? Sin praetermittes, qualis erit aut ista accusatio, quae domestici periculi metu certissimi et maximi criminis non modo suspicionem, verum etiam mentionem ipsam pertimescat." Mentio criminis sine dubio magis pertimescenda est quam tacita suspicio. Pro *suspicionem* requiro nomen eiusmodi significationis qualem habet *expositio* vel *explicatio;* nam sententia haec est: hoc crimen non modo non explicare, verum ne commemorare quidem audebis.

§ 37. „De te Caecili — tu ipse quemadmodum existimes vide etiam atque etiam; et tu te collige, et qui sis et quid facere possis considera." Si aliquem ut se colligat admonemus, subiicere solemus id quod, cum se collegerit, facere eum aut sentire cupimus, ut hoc sit tamquam explicatio admonitionis quae praemissa est. Haec autem explicatio aut per se efferri potest sine coniunctione, aut coniunctione superioribus adiungi: sed non potest admonitio ab explicatione divelli, ut hoc loco: „*et* tu te collige *et* — considera." Difficultatem sensisse videtur Kayserus v. cl., qui in nuperrima huius orationis recognitione (Lipsiae 1861) distinctionem post *etiam* sustulit, quo facto „et tu te collige" superioribus adiungitur: tu ipse — vide — et tu te collige. Verum in hac ratione *tu* post coniunctionem iteratum vix defendi potest. Verius videtur post *etiam* distinguere sed delere *et:* „tu te collige; et qui sis et quid facere possis considera." Ita explicatio bipartita sine coniunctione admonitioni adiungitur.

§ 38. Codicis Leid. lectio „quae in Achaia, Asia, Pamphyliaque commiserit al. peccarit" non indigna videtur quae commemoretur. Nam veri similius est *peccarit* alterius verbi interpretamentum est quam contra. Tamen libri optimi in *peccarit* consentiunt.

Digitized by Google

§ 46. „Quid? cum commiserari — coeperit, commemorare quaestoris cum praetore necessitudinem constitutam, morem maiorum, sortis religionem, poterisne eius orationis subire invidiam?" Qui vulgatam lectionem *morem maiorum* figura quadam et cumulandi consilio defendunt ii participium *constitutam*, quod absolute positum nihil significat, praetervidisse videntur. Figura quam dicunt requirit „commemorare quaestoris cum praetore necessitudinem, morem maiorem, sortis religionem." Itaque recte Kayserus Gronovium secutus „constitutam *more* maiorum" edidit. Si ad nostrum locum contulisset § 65: „accusavi eum cui quaestor fueram, quicum me sors consuetudoque maiorum, quicum me deorum hominumque iudicium coniunxerat" (cf. Act. I. § 11.), fortasse hac auctoritate non se continuisset. Etenim ut hic sors et consuetudo maiorum praetorem et quaestorem coniungere dicuntur, sic supra puto dictum esse eorum necessitudinem constitutam esse „*more* maiorum, sortis *religione*."

§ 55. „At enim tibi C. Verres fecit iniuriam, quae ceterorum quoque animos posset alieno incommodo commovere. Minime. Nam id quoque ad rem pertinere arbitror, qualis iniuria dicatur, quae causa inimicitiarum proferatur. In „qualis iniuria dicatur" sententia non satis explicate proponitur. An: „qualis iniuria *accepta* dicatur"?

§ 56. „Iudicium dat statim: si paret eam se et sua Veneris esse dixisse." Hic, et alibi in simili syntaxi, propter incertam librorum auctoritatem ambigebant olim editores utrum „si paret" an „si pareret" scribendum esset. Praesens „si paret" unice verum esse linguae ratio demonstrat. *Pareret* nihil est nisi prava correctio scripturae antiquissimorum librorum *parret*, quae in iis quoque libris qui hodie supersunt subinde comparet. Quam antiqua sit haec scriptura videndum est apud Festum p. 233 Mülleri. „Parret, quod est in formulis, debuit et producta priore syllaba pronuntiari et non gemino r. scribi, ut fieret *paret*." etc. Sequitur apud Ciceronem. „Iudicant recuperatores id quod necesse erat: neque enim erat cuiquam dubium quin illa (Agonis) dixisset.

Digitized by Google

Iste in possessionem bonorum intrat, ipsam Veneri in servitutem adiudicat: deinde bona vendit, pecuniam redigit. Ita dum pauca mancipia Veneris nomine Agonis ac religione retinere vult, fortunas omnes libertatemque suam istius iniuria perdidit." Nomen Agonis Cicero, opinor, hoc loco non posuisset. Suspicor ab eo scriptum fuisse: „Ita *illa*, dum pauca mancipia Veneris nomine ac religione" etc.

Initio eiusdem § „Ubi hoc quaestori Caecilio, viro optimo et homini aequissimo, nuntiatum est" equidem Caecilii nomen abesse velim.

§ 57. „Quid enim facere potuit elegantius ad hominum existimationem, aequius ad levandam mulieris calamitatem, vehementius ad quaestoris libidinem coercendam?" Facere aliquid eleganter ad hominum existimationem est facere quod ad hominum normam elegans est. Non est id quod locus postulat. Requiritur id quod Cicero Verr. III. § 140 ita proposuit: „quid potuit elegantius facere praetor cupidus existimationis bonae?" Hoc autem ex nostro loco non intelligitur. Ipsa porro oratio periodique structura parum elaborata est. In primo membro requiritur verbum eiusdem figurae cuius est in altero membro *levandum*, *coercendam* in tertio. Fortasse legendum est „Quid enim facere potuit elegantius ad *colligendam* hominum existimationem" etc.

In Verrem actio I.

§ 2. „Adduxi — depeculatorem aerarii, vexatorem Asiae atque Pamphyliae, praedonem iuris, labem atque perniciem provinciae Siciliae." Vita publica Verris his verbis accurate describitur ac notatur: quaestura, legatio, praetura urbana, administratio provincialis pro praetore. In hac descriptione deteriorum librorum lectio „praedonem iuris urbani" propemodum necessaria videtur, ne urbanae praeturae mentio desideretur. Nam etiam in provinciali iurisdictione potest aliquis praedo iuris esse.

Digitized by Google

§ 33. „Res omnis mihi tecum erit, Hortensi. Dicam aperte. Si te mecum dicendo ac diluendis criminibus in hac causa contendere putarem, ego quoque in accusando et explicandis criminibus operam consumerem." Ut in altero membro duae res accusatori propriae proponuntur, accusare et explicare crimina, sic in priore membro requiruntur quaedam quae ad solum rei patronum pertineant. Cuius generis certe non est dicere. Nam ingenio atque dicendi facultate utitur tam accusator quam patronus, hic ut crimina diluat, ille ut explicet; sed suo quisque dicendi genere inter se contendunt alter accusatoria oratione alter defensoria. Itaque si accusator accusando contendere dicitur, patronus *defendendo* contra niti dicendus est.

Accusationis in C. Verrem Liber I.

§ 3. „Nam si iste id fecisset quod prius statuerat, ut non adesset, minus aliquanto quam mihi opus esset cognosceretur, quid ego in hac accusatione comparanda constituendaque elaborassem: vestra vero laus tenuis plane atque obscura, iudices, esset. Neque hoc a vobis populus Romanus exspectat neque eo potest esse contentus, si condemnatus sit is qui adesse noluerit, et si fortes fueritis in eo quem nemo sit ausus defendere." In hac explicatione altera pars, quae ad iudicum laudem pertinet, non satis elaborata est et periodum non apte concludit. Quapropter deteriorum librorum: „Neque *enim* hoc a vobis populus Romanus exspectat" praeferendum videtur.

§ 13 et 14. „Confringat iste sane vi sua consilia senatoria, quaestiones omnium perrumpat, evolet ex vestra severitate: mihi credite, artioribus apud populum Romanum laqueis tenebitur." Si pro consilia senatoria dictum esset „omnia consilia" non esset quod „quaestiones omnium" reprehenderetur. Nunc id nimis infinitum esse videtur. Ante *prumpat* excidisse videtur *pr:* „quaestiones omnium *praetorum* perrumpat." Sequitur: „Credet iis equitibus populus Romanus —.

Digitized by Google

Credent omnes V et XXX tribus —. Audietur a populo Romano —. Probabit fidem et auctoritatem et religionem suam L. Suetius etc." In hac quadripertita oratione mentio populi Romani, quae primaria est in argumentatione et in ternis membris recurrit, in omnibus recurrere oportet. Vereor ne hoc genere abuti videar, sed iterum *p. r.* sive *po. ro.* ante *probabit* excidisse suspicor: „*Populo Romano* probabit fidem et auctoritatem — L. Suetius" etc.

§ 15. In „Mea quidem ratio cum in praeteritis rebus est cognita tum in reliquis explorata atque provisa est," alterum *est* melius abest. Prius *est* si utriusque membri commune ponitur concinnior fit oratio.

§ 26. „Ego tibi illam Aciliam legem restituo, qua lege multi — condemnati sunt nequaquam tam manifestis neque tantis criminibus quantis tu convinceris. Puta te non hac tam atroci, sed illa lege mitissima causam dicere. Accusabo, respondebis etc." Omnis haec disputatio est cum defensore non cum reo. Ad hunc tamen unum pertinet criminibus convinci, ad illum causam dicere, respondere. Legendum videtur: „quantis *iste convincetur*."

§ 33. „Omne illud tempus, quod fuit antequam iste ad magistratus remque publicam accessit habeat per me solutum ac liberum. — Patiatur eius vita reliqua me hanc tantam iacturam criminum facere." Vellem editores Orellio obtemperassent, qui scripsit „*Patitur* eius vita reliqua — facere." His verbis demonstratur verae accusationi nihil detrahi, si de omni tempore siletur quod fuit antequam Verres ad rem publicam accessit.

§ 34. „Quaestor ex senatus consulto provinciam sortitus es: obtigit tibi consularis, ut cum consule Cn. Carbone esses eamque provinciam obtineres." In: obtigit tibi provincia consularis ut eam provinciam obtineres, ultima inepte abundant. Nomen provinciae requiri videtur quam cum Carbone Verres obtinuerit. „*Galliamque* provinciam obtineres."

Digitized by Google

§ 36. „Dedi — legatis, pro quaestore, cohorti praetoriae HS mille sexcenta" etc. Quem locum „pro quaestore" in hac syntaxi obtineat intelligi non potest. Nam § 95. „Pro quaestore vero quomodo iste commune Milyadum vexarit"; Acad. pr. II. § 4. „Maiore studio Lucullus cum omni litterarum generi tum philosophiae deditus fuit, quam qui illum ignorabant arbitrabantur, nec vero ineunte aetate solum, sed et pro quaestore aliquot annos et in ipso bello," et alia eius generis, in usu sermonis praesidium habent; quamquam improprie aliquis dicitur pro quaestore provinciam vexare, aut philosophiae operam dare, aut quidquam facere quod a publico quaestoris munere alienum sit. Sed quis ferat „dedi pro quaestore" eo sensu positum, ut sit pro: dedi ei homini qui quaestoris vicem explebat. Commate sublato scribatur: „legatis pro quaestore." Syllano civili bello singulos adversariorum exercitus, qui plures eodem tempore per se quisque rem gerebant, suum legatum pro quaestore habuisse veri simile est.

§ 38. „Nullam religionem sors habebit — nullam auctoritatem mores atque instituta maiorem." Quod pag. 56, cum vulgatam lectionem in Or. in Pis. § 30 tuebar, ad Phil. XI. § 27 disputavi, esse nonnumquam ubi malit Cicero insolenter quam insuaviter loqui, id hoc loco comprobatur. Nisi „instituta" adiecisset sine dubio „morem maiorum" posuisset, ut modo § 37. „ut nec fidem suam nec morem maiorum nec necessitudinem sortis laederet."

§ 53. „Dico — Aspendi — omnia ex fanis et locis publicis palam, spectantibus omnibus, plostris evecta exportataque esse." — Quod fit in ore atque oculis omnium id Latine dicitur fieri „*in*spectantibus omnibus." Spectant enim homines ex quadam cupiditate videndi, qualem in hac re Aspendii non habebant. Contra quod inspectantibus hominibus geritur, aut invitis iis aut certe non curantibus geritur; rem vident quia forte adsunt; ut possint videre nihil ipsi agunt. Itaque spectantibus omnibus est fere omnibus concurrentibus ut videant, inspectantibus omnibus est ante oculos omnium.

Digitized by Google

Quid huic narrationi conveniat vix dubitari potest. In libro IV. § 49. „Hic tamquam festivum acroama, ne sine corollario de convivio discederet, ibidem, convivis spectantibus, emblemata evellenda curavit," deteriores libri meliorem lectionem „inspectantibus" servaverunt, quam editores Orellio recentiores reiecisse miror.

§ 64. Verres Rubrio quodam negotium dat ut investigent ecqua virgo sit aut mulier digna quamobrem Lampsaci diutius commoretur. „Is ad eum rem istam defert: Philodamum esse quendam" etc. Pronominum demonstrativorum usus quibus finibus circumscribatur exponere longum est. Hoc loco certe *istam* defendi non posse videtur. Suspicor legendum esse: „Is ad eum rem *ita* defert." Cf. de Fin. II. 55. ibique Madvig.

§ 92. Verres cum pupilli Malleoli in Asia tutor esset, ut Romam rediit rationem dare diu cunctatus est. Rogatus ut diceret saltem quantum pecuniae Malleoli deportasset, respondit HS decies; deinde in codice in litura nomen fecit; expensa Chrysogono servo HS sexcenta millia accepta pupillo Malleolo retulit. „Quomodo ex decies HS sexcenta sint facta; quomodo DC eodem modo quadrarint, ut illa de Cn. Carbonis pecunia reliqua HS sexcenta facta sint; quomodo Chrysogono expensa lata sint; cur id nomen infimum in lituraque sit, vos existimabitis." Vitiose coniunctivus ponitur in „ut illa de Cn. C. p. r. HS s. facta sint." Sed emendatio huius loci in verbo corrigendo subsistere non potest. Etenim orator ipsam summam in suspicionem vocat: mirum enim esse solida sexcenta millia, ut quondam in ratione quaestoria aerario, sic nunc in ratione tutelari pupillo relicta esse. Sententia idem verbum requirit quod praecedit: quadrarunt. *Facta sint* eiiciendum videtur et *quadrarunt* cogitatione supplendum: „quo modo DC eodem modo quadrarint, ut illa de Cn. Carbonis pecunia reliqua HS sexcenta."

§ 97. „Quo ex genere mihi testium, qui cum isto furati sunt, si uti voluissem, magna copia fuisset, qui ut se peri-

Digitized by Google

culo litium, coniunctione criminum liberarent, quo ego vellem descensuros pollicebantur." Hunc locum non recte cepisse videntur qui verbis „periculo litium" inde allatis eorum sententiam oppugnarunt, qui pro Caecina § 74: „Fundus a patre relinqui potest: at usucapio fundi, hoc est finis sollicitudinis ac periculi litium non a patre relinquitur sed a legibus" legendum putant „finis sollicitudinis ac periculorum [litium]." Etenim in Verrinarum loco lites non, uti in Or. pro Caecina, generaliter controversias iudiciales cuiuscumque generis significant, sed causas de litibus aestimandis, et quae cum iis erant coniunctae, quo ea pecunia pervenerit. Hae causae speciatim lites dicuntur. Exempla sunt pro Rabirio Post. § 9: „Ita contendo, neminem umquam quo ea pecunia pervenisset causam dixisse, qui in aestimandis litibus appellatus non esset. In litibus autem nemo appellabatur nisi ex testium dictis aut tabulis privatorum aut rationibus civitatum. Itaque in inferendis litibus adesse solebant, qui aliquid de se verebantur, et cum erant appellati, si videbatur, statim contra dicere solebant: sin eius temporis recentem invidiam pertimuerant, respondebant postea: quod cum fecissent, permulti saepe vicerunt. Hoc vero novum est et ante hoc tempus inauditum: in litibus Postumi nomen est nusquam. In litibus dico? modo vos idem in A. Gabinium iudices sedistis: — num — toto illo iudicio Postumi nomen audistis?" De loco ex Caeciniana non decerno, hoc unum demonstrare volui non recte eum conferri cum Verrinarum loco, in quo lites sunt causae eae quas supra demonstravi.

§ 121. Facetiae ridiculorum hominum in Verris nomen commemorantur. „Quae ego non commemorarem (neque enim perfacete dicta neque porro hac severitate digna sunt) nisi" etc. *Porro* hoc loco nihil significat. Reponendum videtur *prorsus*. „Non *prorsus* digna" et „non *per*facete dicta" in eadem gradatione sunt.

§ 133 In Aede Castoris sarta tecta exigenda Verres, ut ex mancipe quaestum faceret, nova et inaudita excogitavit. „Venit ipse in Aedem Castoris: considerat templum: videt

Digitized by Google

undique tectum pulcherrime laqueatum, praeterea cetera nova atque integra. Versat se: quaerit quid agat. Dicit ei quidam ex illis canibus, quos iste Liguri dixerat esse circa se multos: tu, Verres, hic quid moliare non habes, nisi forte vis ad perpendiculum columnas exigere. Homo omnium rerum imperitus quaerit quid sit ad perpendiculum. Dicunt ei fere nullam esse columnam, quae ad perpendiculum esse possit. Nam mehercule, inquit, sic agamus: columnae ad perpendiculum exigantur." Qui opus improbare vult non tam monendus esse videtur quid in columnis ponendis possit effici, quam quid plerumque efficiatur. Itaque suspicari licet Ciceronem scripsisse „quae ad perpendiculum *posita sit*." Notum autem est perfectum *positum esse* persaepe praesentis temporis significationem habere; modo (§ 129) legitur „quod templum in oculis quotidianoque adspectu populi Romani positum est." In sequentibus „negat id sibi deberi, negat oportere exigi," in altero inciso requiritur aliquid quod pronomini *id* respondeat. Fortasse legendum „negat *ita* oportere exigi" i. e. ad perpendiculum.

§ 141. „Itaque excogitat — quid? Nihil ingeniose, nihil, ut quisquam posset dicere: improbe, verum callide: nihil ab isto vafrum, nihil veteratorium exspectaveritis: omnia aperta, omnia perspicua reperientur, impudentia, amentia, audacia." In novarum editionum typis componendis operae solent superioris alicuius editionis interpunctionem sequi. Hinc eosdem errores per omnes editiones deinceps propagatos esse videmus. Veluti hoc loco nemo non videt adiectiva *aperta* et *perspicua* ad substantiva *impudentia*, *amentia*, *audacia* pertinere; (cf. § 148 „sed ineptum est de tam perspicua eius impudentia pluribus verbis disputare.") tamen in omnibus quas inspexi editionibus adiectiva commate post *reperientur* posito a substantivis divelluntur.

§ 146. Verres improbato opere, quod periculo pupilli Iunii conductum erat, novam legem locando operi fecit, qua pupillus excluderetur. „At ut videatur tamen res agi et non eripi pupillo: *si quid operis causa rescideris reficito*." Res agi

Digitized by Google

dicitur, si, quod poscit res quae geritur, cum cura et diligentia fit, sine fraude ac dissimulatione omissisque omnibus quae ad rem non pertineant. Cf. Verr. III. § 31: „Conferrent boni viri capita, de comissatione loquerentur inter se ac de mulierculis, si quas a praetore abeuntes possent deprehendere: res agi videretur." Quemadmodum autem *res* hoc sensu positum cum verbo eripi coniungi possit equidem non video. Suspicor legendum esse: „At ut videatur tamen res agi et non „*diripi pupillus*" cf. Ep. ad Q. frat. I. 2. § 1. „Statius ad me venit a. d. VIII. Kalend. Novembr. Eius adventus, quod ita scripsisti, direptum iri te a tuis dum is abesset, molestus mihi fuit."

In sequentibus: „Pecunia praesens solvetur. Quibus de bonis? eius qui, quod tu HS DLX milibus locasti, se HS LXXX milibus effecturum esse clamavit. Quibus de bonis? pupilli, cuius aetatem et solitudinem, etiam si tutores non essent, defendere praetor debuit. Tutoribus defendentibus non modo patrias eius fortunas sed etiam bona tutorum ademisti. Kayserus Bakium secutus utrobique edidit: „*Cuius* de bonis." Ita locus duobus vitiis liberatus est. Tertium superest in sequentibus. Nam in hac oppositione, in qua demonstratur quid praetor facere debuerit quid Verres fecerit, verbum *ademisti* pronomine carere non posse videtur; subiectum enim emphasin habet. Legendum est: „*Tu* tutoribus defendentibus — ademisti."

Accusationis in C. Verrem Liber IV.

§ 7. „Verres quod ubique erit pulcherrimum auferet? nihil habere cuiquam praeterea licebit?" *praeterea* sine sensu interiectum est. Notum est in tali oratione *postea*, verum quod nunc legitur sine exemplo est. Legendum est „praeter *eum*."

§ 37. Haec equidem ita distincta esse vellem: „Dices te emisse. — Scio — „HS CIↃ" — ita opinor; scio, inquam,

Digitized by Google

— „proferam litteras." — Tamen id factum non oportuit." In his „HS CIↃ" et „proferam litteras" a Verre dici finguntur.

§ 39. „Quia non potuerat eripere argentum, ipse a Diodoro erepta sibi vasa optime facta dicebat." Recte Kayserus post *ipse* distinxit, sed praeterea *argentum* deletum esse velim. Aculeus sententiae evellitur, nisi eripiendi verbo utrobique idem nomen adiungatur.

§ 62. Nihil ab hac sententia magis alienum videtur, quam post exiguum intervallum iterum docere eos qui audiebant Syriam patrium Antiochorum regnum esse. Hoc unum dicere attinebat, pueros regios Roma domum esse profectos. „In Syriam" interpolatum esse vidit Lambinus.

§ 37. „Equestres sunt medio in foro Marcellorum statuae —; ex quibus iste C. Marcelli statuam delegit —. In ea Sopatrum — divaricari ac deligari iubet. Quo cruciatu sit affectus venire in mentem necesse est omnibus, cum esset vinctus nudus in aëre, in imbri, in frigore." Postquam Madvigius hunc locum in Ep. ad Orell. p. 75 attigit et contra Hotomanni lectionem „in aere" disputavit „in *aëre*" vulgo receptum est. Libenter equidem hac auctoritate acquiescerem, si demonstratum esset „in aëre" idem significare atque „sub divo." Aer, sine adiectivo positum, est verbum, nisi fallor, ad unam physicorum disciplinam pertinens; cum adiectivo coniunctum significat coeli temperiem; sed ea significatione quae hic requiritur vocabulum usurpatum me videre non memini. Unice verum videtur „in aere," modo ne haec ita cum verbo „vinctum esse" adiungas, ut rem notare putes ad quam Sopater deligatus esset. In aere, in imbri, in frigore cum adiectivo „nudus" una cogitatione comprehendenda sunt. Ita quoque oratio in eodem rerum genere manere videtur. Non enim ipsa aeris, imbrium, frigoris natura hoc loco in censum venit, quae sine dubio est diversissima, sed quemadmodum nudum hominem afficiant, qua in re simillimae sunt eiusdemque generis. Quod autem metalli commemoratio non apta sit, quoniam aeque in marmore cruciatus sit, neque hoc concedi

Digitized by Google

potest. Si aenea erat statua Marcelli ad quam Sopater alligatus erat, apta est commemoratio metalli, ut marmoris esset si statua marmorea fuisset.

§ 119. „Altera autem est urbs Syracusis cui nomen Achradina est; in qua forum maximum, pulcherrimae porticus, ornatissimum prytanium, amplissima est curia templumque egregium Iovis Olympii ceteraeque urbis partes, quae una via lata perpetua multisque transversis divisae privatis aedificiis continentur." Verbum substantivum in sententia relativa non suo loco interpositum esse videtur. Tum inter ea quae in Achradina urbe maxime essent miranda „ceterae partes urbis" comprehendi non possunt. Fortasse legendum, „in qua amplissima est curia, forum maximum, pulcherrimae porticus, ornatissimum prytanium, templumque egregium Iovis Olympii. Ceterae urbis partes, una via lata perpetua multisque transversis divisae, privatis aedificiis continentur." Libri deteriores *quae* omittunt.

§ 131. „Mensas Delphicas e marmore, crateras ex aere pulcherrimas, vim maximam vasorum Corinthiorum ex omnibus aedibis sacris abstulit Syracusis." In ipsis furtis Syracusanis explicandis iam dudum versatur oratio. Itaque *Syracusis* certe abesse potest. Ut nomen interpolatum esse putem facit locus quem in periodo obtinet.

§ 143. In Syracusanorum senatu „ut quisque aetate et honore antecedebat, ita sententiam dixit ex ordine. Id adeo ex ipso Senatus consulto cognoscite: nam principum sententiae perscribi solent. Recita. *Quae verba facta sunt de Sex. Peducaeo.* Dicit qui primi suaserint. Decernitur." Quis dicere dicitur? Num Senatus consultum? Imo haec ipsi oratori tribuenda sunt scribam iubenti ut nomina recitet: „*Dic*, qui primi suaserint. — Decernitur." Vide quae continuo sequuntur: „Refertur deinde de Verre. Dic, quaeso quomodo? *Quod verba facta sunt de C. Verre.* Quid postea scriptum est?" etc.

Digitized by Google

§ 148. „Ecce autem nova turba atque rixa, ne tamen istum omnino Syracusis sine amicis, sine hospitibus, plane nudum esse ac desertum putetis. Retinere incipit tabulas Theomnastus quidam, homo ridicule insanus, quem Syracusani Theoractum vocant." Notum quidem est id genus facetiarum ut verum nomen hominis ad mores, vitam, naturam eius notandam ridicule deflectatur, nec dubitari potest quin eiusmodi quid Theomnasto acciderit; verum tamen nihil certius est quam eum a civibus Theoractum non esse vocatum, quippe nomine nullius significationis ac ne Graeca quidem compositione. Nomen autem quod Theomnasto datum esse dicitur eam significationem habere debet, ut sui cives iudicium confirmare videantur, quod orator de homine proposuit. Ciceroni autem Theomnastus est homo ridicule insanus, furiosus (§ 149). Sequitur ut aliquo nomine sit vocatus quod eius insaniam declararet, qualia sunt μανικός, θεοβλαβής, Aeschyleum θεομανής (Sept. C. Th. v. 659), alia: verum horum omnium scriptura longe a Theoracto distat. Respiciendum est vocabulum quod propius a corrupto nomine absit. Hic inperatam lucem affert Scholiastes ad Aesch. l. l. qui in θεομανής interpretando utitur adiectivo θεόργητος. Θεόργητος autem Syracusanorum dialecto est θεόργατος. Ergo in Ciceronis libris antiquis THEORACTVM ex THEORGATVM ortum esse haud absurda videtur suspicio.

Accusationis in Verrem Liber V.

§ 5. Ea ostendebatur Verris defensio: avarus fuit et crudelis in administratione provinciae; at bonus imperator. „Quid dicis? an bello fugitivorum Siciliam virtute tua liberatam? magna laus et honesta oratio: sed tamen quo bello? Nos enim post illud bellum quod M' Aquilius confecit sic accepimus, nullum in Sicilia fugitivorum bellum fuisse. — At in Italia fuit. — Fateor, et magnum quidem ac vehemens. Num igitur ex eo bello partem aliquam laudis appetere conaris? num tibi illius victoriae gloriam cum M. Crasso aut Cn. Pompeio communicatam putas? Non arbitror hoc etiam tuae

Digitized by Google

deesse impudentiae, ut quidquam eiusmodi dicere audeas." Meliores libri *communicatam*, deteriores *communicandam*. Horum auctoritas ut sperneretur Madvigius omnibus qui post eum fuerunt editoribus persuasit. Mihi virum clarissimum sententiam suam nondum approbasse confiteor. Etenim si quis alienam gloriam sibi communicatam esse putat, hoc est errore hominum communem esse factam, is potius stultus quam impudens dicendus est; nihil enim ipse sibi arrogat, sed de aliorum opinione non recte iudicat. Verum qui gloriam rerum gestarum quae nihil ad ipsum pertineant sibi communicandam esse ducit, is vere impudens est; nam sibi petit partem gloriae, quae tota aliorum est. Etiam hoc tenendum videtur non posse appeti quod iam tenere te putes: itaque si putas gloriam tibi communicatam esse, non est cur eam appetere coneris. Itaque *communicandam* retinuerim.

Eorum quae sequuntur sententia haec est; arbitror hoc etiam ad tuam impudentiam accedere, ut quidquam eiusmodi dicere audeas. Verum plane contrarium orator cogitavit, nempe haec: ut perfecte impudens sis, hoc unum deesse arbitror, ut quidquam eiusmodi dicere audeas; tu ipse, tametsi impudentissimus es, hoc tamen dicere non audebis. Ergo negatio tollenda est et legendum: „*nam* arbitror" etc.

§ 14. „Quid deinde sequitur? Verbera atque ignes et illa extrema ad supplicium damnatorum metum ceterorum et cruciatus et crux." Coniunctio *et* ante *cruciatus* cum libris deterioribus delenda est; cruciatus et crux sunt ipsa illa extrema ad supplicium; neque etiam recte dicitur: et cruciatus et crux extrema sunt. — In § 15: „Quid? hoc in Apolloniensi Aristodamo, quid? in Leonte Imacharensi non idem fecisti? *hoc* insiticium est; nam quae supra exposita sunt Verres non in Aristodamo fecerat, sed in Leonida quodam. „Idem fecisti" ad utrumque incisum pertinet. In Aristodamo et in Leonte idem fecit Verres quod in Leonida.

§ 48. Sua pecunia Messanae navem onerariam maximam aedificatam esse Verres ita defendebat: Mamertinos in tabulis nihil habere. „Si argumento est Mamertinos tibi pecu-

Digitized by Google

niam non dedisse, quia scriptum non habent: sit argumento tibi gratis stare navem, quia quid emeris aut quid locaris scriptum proferre non potes." Ut ratio constet postrema non ad rem quamlibet, cuius emtionem aut locationem Verres in tabulas non retulerit, referenda sunt, sed ad navem quam emisse se a Mamertinis Verres, Cicero ab iisdem ei publice datam esse contendebat. Legendum est: „quia *quod* emeris aut *quod* locaris scriptum proferre non potes."

§ 54. In imperando frumento per totam Siciliam Verres cum consilio Mamertinorum causam cognoscit deque consilii sententia iis se frumentum non imperare pronuntiat. „Audite decretum —. Recita commentarium. D. C. S. libenter ait se facere, itaque perscribit. Quid? si hoc verbo non esses usus *libenter*, nos videlicet invitum te quaestum facere putaremus?" Alterum *libenter* delendum videtur; „libenter ait se facere" ita pronuntiatum est, ut nullum fuerit dubium quid esset „hoc verbum." — Sequitur § 55. „Numquam in Sicilia frumentum publice est emptum, quin Mamertinis pro portione imperaretur, antequam hoc delectum praeclarumque consilium iste dedit, ut ab his nummos acciperet ac sui similis esset. Itaque tantum valuit istius decreti auctoritas, quantum debuit" etc. Locus sine dubio corruptus. Etenim Verres immunitatem Mamertinis decrevit, ut quaestus facere posset, adhibuit consilium, ut quaestus honestam speciem haberet; praetor enim etiam sine consilio solus decernere potuit quod sibi quaestuosum foret. Cicero scripsit fortasse: „antequam *de* delec*ti* praeclar*i*que consil*ii* *sententia* iste *decrevit*, ut" etc. Ita „ut ab his nummos acciperet ac sui similis esset" decreti argumentum erit criminose et ridicule traductum.

§ 65. In „hominem in tanto conventu Syracusis vidi neminem, iudices, qui archipiratam captum sese vidisse diceret," *Syracusis* interpolatum esse videtur. Ex tota narratione satis constat rem Syracusis esse factam neque potest de alio conventu quam Syracusano cogitari. Cf. § 71. — Infra alteram interpolationem, „ut solet fieri" Kayserum sustulisse

Digitized by Google

video. — In sequentibus: „Homines maritimi Syracusis, qui saepe istius ducis nomen audissent, saepe timuissent, cum eius cruciatu atque supplicio pascere oculos animumque exsaturare vellent, potestas adspiciendi nemini facta est" *Syracusis* iterum suspiciosum est. Syracusani universi a Cicerone appellantur homines maritimi. Cf. § 69 et 70. Vulgata lectio significat: qui inter Syracusanos maritimi homines essent. — Etiam in § 67: „ecquem scis in Sicilia antea captum archipiratam, qui non securi percussus sit? „in Sicilia" insiticium esse puto. Nam credi non potest Romanos in cetero terrarum orbe alio exemplo alioque instituto in piratarum suppliciis usos esse quam in Sicilia; cf. § 75. — In eiusdem § 75 initio: „Utrum tandem tibi ad defensionem firmius fore putasti, in iudicio coactu atque efflagitatu meo producere ad ignotos, tanto post, eum, quem archipiratam esse diceres, an recenti re, Syracusis, apud notos, inspectante Sicilia paene tota, securi ferire?" nomen „Syracusis" interpolatum esse arguit ipse locus quem in oratione obtinet. Post praecedentia „ad ignotos, tanto post" inter „recenti re, apud notos" nihil interponi potest.

§ 80. „Tabernacula — carbaseis intenta velis collocari iussit in litore, quod est litus in Insula Syracusis post Arethusae fontem" etc. In hac constructione repetiti post pronomen relativum nominis interpositum *est* vitiosum est. Ita enim *littus* fit praedicatum, *quod* subiectum. Hinc suspicor fere „in litore" glossam esse veteris lectionis „in *acta*" cf. § 82.

§ 83. „Ubi Segestana, ubi Centuripina civitas? quae cum officiis, fide, vetustaste, tum etiam cognatione populum Romanum attingunt." — Libri „populum Romanum attingunt" et „populi Romani nomen attingunt." Veri multo est similius ex interpretatione veteris lectionis „Romanum nomen" has varias lectiones esse ortas, quam „nomen" sine idonea causa interpolatum esse. Legerim „*Romanum nomen* attingunt."

§ 84. „M. Marcellus — habitare in ea parte urbis, quae

Digitized by Google

in insula est, Syracusanorum neminem voluit. Hodie, inquam, Syracusanum in ea parte habitare non licet. Est enim locus, quem vel pauci possent defendere. Committere igitur eum non fidelissimis hominibus noluit, simul quod ab illa parte urbis navibus aditus ex alto est. Quam ob rem qui nostros exercitus saepe excluserant iis claustra loci committenda non existimavit. Vide, quid intersit inter tuam libidinem maiorumque auctoritatem —. Illi aditum litoris Syracusanis ademerunt, tu imperium maritimum concessisti; illi habitare in eo loco Syracusanum, qua naves accedere possent, noluerunt, tu classibus et navibus Syracusanum praeesse voluisti." Interposito „inquam" primaria in hac sententia pars est: hodie non licere quemquam Syracusanum habitare in Insula: ad eamque sententiam cetera erant accommodanda. At omnia ad superiora tempora et ad Marcellum referuntur. („noluit — existimavit") „Hodie" et quae sequuntur igitur ab oratore iis quae de Marcello commemoravit ita addita esse videntur, ut appareret, quod hodie in ea re fieret esse ex vetere Marcelli instituto. Fortasse scripsit: „M. Marcellus — habitare in ea parte urbis, quae in insula est Syracusanorum neminem voluit hodie*que* Syracusanum — non licet." Tum in extrema parte loci quem supra adscripsi, collato priore inciso „illi aditum — concessisti" suspicor in altero inciso „Syracusanum" ante „praeesse" ab interpolatore illatum esse. — In § 93. „non enim — praedonum adventum significabat ignis e specula sublatus aut tumulo, sed flamma ex ipso incendio navium et calamitatem acceptam et periculum reliquum nuntiabat" iterum verba „aut tumulo" interpolatori deberi videntur. Omnis enim locus ubi homines appositi sunt ut prospiciant et custodiant appropinquantemque hostem signis indicent specula est; qui homines si in tumulo stationem habent, is tumulus est specula. Igitur non recte dicitur „in specula aut tumulo." Similis interpolatio in plerisque libris exstat § 98 ubi classis Atheniensium dicitur „in eo ipso portu loci ipsius [portusque] natura victa atque superata" esse. — In § 94 „Tum istius acta commemorabantur, tum flagitiosa illa convivia" vitiosa librorum lectio „commemorabantur" reposito „commemorabatur" dudum correcta

Digitized by Google

est; sed pars fraudis adhuc latuit. Scilicet qui ad nomen quod sibi plurale videretur, verbum accommodavit, idem *istius* interpolavit. Quid enim hac in re significat „Verris litus"?

§ 113. Ex scripta oratione qua Furius quidam causam suam apud Verrem defenderat haec verba afferuntur: „Non posse Verrem testes interficiendo nos exstinguere: graviorem apud sapientes iudices se fore ab inferis testem, quam si vivus in iudicium produceretur: tum avaritiae solum, si viveret, nunc, cum ita esset necatus, sceleris, audaciae, crudelitatis testem fore." Wesenbergius *nos* ante „exstinguere" recte sustulit. Praeterea *si viveret* tollenda sunt, nam *tum* in hac sententia significat: si vivus in iudicium produceretur.

§ 125. „En quod Tyndaritani libenter praedicent: nos in septemdecim populis Siciliae numeramur: nos semper omnibus Punicis Siciliensibusque bellis amicitiam fidemque populi Romani secuti sumus: a nobis populo Romano semper et belli adiumenta et pacis ornamenta ministrata sunt." Multum vero haec iis iura profuerunt in istius imperio ac potestate! Vestros quondam nautas contra Carthaginem Scipio duxit: at nunc navem contra praedones paene inanem Cleomenes ducit. Vobiscum Africanus hostium spolia et praemia laudis communicavit: at nunc per hunc spoliati nave a praedonibus abducta ipsi in hostium loco numeroque ducimini." Contra rei veritatem esse videtur praedones abduxisse navem Tyndaritanam; § 91 narratur classis in litore eiecta a praedonibus esse incensa. Fortasse *abducta* delendum est.

§ 172. „Civium Romanorum omnium sanguis coniunctus existimandus est, quoniam et salutis omnium ratio et veritas postulat." Altera pars huius sententiae subobscura est, neque perspicitur quemadmodum cum superioribus cohaereat. Deest enim vocabulum pronominale demonstrativum quod vinculum efficiat. Fortasse legendum est „quoniam et — ratio et veritas *ita* postulat."

Digitized by Google

Oratio pro Archia poeta.

Orationem pro Archia poeta quae hodie superest Ciceronem scripsisse non puto. Quare ita sentiam alias fortasse exponam. Quamquam in hoc genere causarum qui dissentientem in suam sententiam perduxerit adhuc vidi neminem. Sed quisquis scripsit orationem quae Ciceronis nomine circumfertur, cum in scholis prae ceteris lectitari soleat, ut quam emendatissime legatur elaborandum est.

Locus de gloriae fructu quem viri gestis rebus clarissimi ex litteris percipiant ita explicatur, ut § 26 seq. enumerentur viri Romani nobiles qui laudis ad posteros propagandae cupidi poetis favissent ac versibus studuissent. § 27 ita pergit oratio: „Quare, in qua urbe imperatores prope armati poetarum nomen et Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices a Musarum honore et a poetarum salute abhorrere. Atque ut id libentius faciatis, iam me vobis, iudices, indicabo et de meo quodam amore gloriae, nimis acri fortasse, verum honesto, vobis confitebor. Nam quas res nos in consulatu nostro — gessimus, attigit hic versibus atque inchoavit; quibus auditis — hunc ad perficiendum adornavi" etc. *Quidam* in „de meo quodam amore gloriae" habet vim quamdam minuendi. Qui ita loquitur non prorsus negat se esse gloriae cupidum, sed simul significat eam cupiditatem tam mediocrem esse, ut ipse nesciat, verene gloriae cupidus dicendus sit nec ne. Tamen suum gloriae amorem nimis fortasse acrem esse Cicero confitetur. In *quodam* latet *quoque* et principium sequentis *amore*. Ita Cicero se ipse claris viris adiungit quorum exempla supra posuerat.

In § 11 disputatur censum non dare ius civitatis, sed tantummodo confirmare certo tempore aliquem pro cive se gessisse. Itaque nihil agere qui, quod Archias non census esset, propterea eum a civitate depellerent. Qui locus ita concluditur: „Quaere argumenta, si quae potes; numquam enim hic neque suo neque amicorum iudicio revincetur." Excidit vocabulum quo haec superioribus adnectebantur. Legendum est: „*Quare* quaere argumenta" etc.

Digitized by Google

MISCELLANEA CRITICA.

1.

PLATONICA.

Ad lib. VI et VII *de Republica.*

Platonis Codices quamquam et vetustissimi et prae caeteris integerrimi supersunt tamen plurimum abest ut careant erroribus turpissimis et sciolorum additamentis perineptis. In libro de Rep. VI. p. 504 E. Socrates ita dicit: *οὐ γελοῖον ἐπὶ μὲν ἄλλοις σμικροῦ ἀξίοις πᾶν ποιεῖν συντεινομένους ὅπως ὅτι ἀκριβέστατα καὶ καθαρώτατα ἕξει, τῶν δὲ μεγίστων μὴ μεγίστας ἀξιοῦν εἶναι καὶ τὰς ἀκριβείας;* Respondet Adimantus: *καὶ μάλα*, nempe *γελοῖόν ἐστιν.* Adscripsit nescio quis in margine probans et admirans id quod Socrates dixerat: *ἄξιον τὸ διανόημα.* Olim ista in textum irrepserunt et Plato nunc dedisse a plerisque creditur: *καὶ μάλα, ἔφη, ἄξιον τὸ διανόημα*, quasi haec ipse Adimantus admirabundus dixisset, quae neque dicere potuit neque illo modo dicere. Ἄξιον enim nisi *πολλοῦ* additur Attice nihil aliud significat quam *εὔωνον*, *vile*, quod parvo constat. Graeculi *ἄξιον* appellant id quod vehementer probant et admirantur, idque ipsum ad locum aliquem eximium et praeclarum in ora libri annotare solent ut *ὡραῖον*, *χρήσιμον* et similia. Factum hoc est in hoc ipso libro p. 496 A. ubi in libris est: *ἆρ' οὐχ ὡς ἀληθῶς προσήκοντα ἀκοῦσαι σοφίσματα καὶ οὐδὲν γνήσιον οὐδὲ φρονήσεως* [*ἄξιον*] *ἀληθινῆς ἐχόμενον;* Vides *ἄξιον* nullo modo reliquis verbis adaptari posse. Recte delevit Astius, sed fallitur quod ex participii *ἐχόμενον* interpretatione ortum putat. Neque enim quisquam opinari potuit *ἐχόμενον* pro *ἄξιον* dictum esse neque *φρονήσεως ἄξιον* Graece dicitur. Ἄξιον ex ora libri insinuavit sese in textum, eodemque modo *ἄξιον τὸ διανόημα* a lectore adscripta Platonis verbis periuepte mixta sunt. Suspicatus idem est Astius, ne-

Digitized by Google

que tamen Stallbaumio persuasit, cui *mirum* esse videtur *codices ne tantillum quidem a vulgata lectione recedere.* Ain vero? An mirum est Codices omnes in manifestis erroribus et apertissimis sciolorum additamentis fideliter conspirare? Quam multa istiusmodi emblemata ipse Stallbaumius, quo nemo est in talibus agnoscendis morosior et δυσπειθέστερος, victus veritatis viribus agnoscere coactus est et expungere? Perinde est igitur ac si quis diceret „mirum esse idem quod saepe alibi factum esse constet hoc quoque loco videri esse factum." Stallbaumius ipse sensit ἄξιον p. 496 A. esse eximendum. Sensit p. 505 B. in verbis: ἢ οἴει τι πλέον εἶναι — πάντα τἄλλα φρονεῖν [ἄνευ τοῦ ἀγαθοῦ], καλὸν δὲ καὶ ἀγαθὸν μηδὲν φρονεῖν, verba ἄνευ τοῦ ἀγαθοῦ perabsurde addita et delenda esse, et multis aliis locis Graeculorum interpolationes a Platonis verbis seclusit.

Multa huius generis plura in libris Platonicis adhuc latent, quae Codicibus nostris omnibus longe sunt vetustiora. Expromam unum e loco vicino p. 505 D: τόδε οὐ φανερὸν ὡς δίκαια μὲν καὶ καλὰ πολλοὶ ἂν ἕλοιντο τὰ δοκοῦντα, κἂν μὴ ᾖ, ὅμως ταῦτα πράττειν καὶ κεκτῆσθαι καὶ δοκεῖν, ἀγαθὰ δὲ οὐδενὶ ἔτι ἀρκεῖ τὰ δοκοῦντα κτᾶσθαι ἀλλὰ τὰ ὄντα ζητοῦσι, τὴν δὲ δόξαν ἐνταῦθα ἤδη πᾶς ἀτιμάζει; Duo in his vitia insunt: primum καί interpolatum est in verbis: ταῦτα πράττειν καὶ κεκτῆσθαι [καὶ] δοκεῖν. Plato enim manifesto hoc dixerat: τῶν μὲν δικαίων καὶ τῶν καλῶν κἂν τὴν δόξαν πολλοὶ θηρῶνται, τῶν δὲ ἀγαθῶν οὐδεὶς ἔτι τῇ δόξῃ ἀρκεῖται, ἀλλὰ τὰ ὄντα ζητοῦσι, τὴν δὲ δόξαν ἀτιμάζουσιν. Τὸ δοκεῖν δίκαια καὶ καλὰ πράττειν καὶ κεκτῆσθαι, inquit, multi expetunt, sed nemo curat τὸ δοκεῖν ἀγαθὰ κτᾶσθαι. *In rebus iustis et honestis vel sola species multis est optabilis,* inquit, *in bonis nemo specie contentus est* ἀλλὰ τὰ ὄντα ζητοῦσιν. Facilis et frequens est error eorum qui antiquam scripturam πράττειν καὶ κεκτῆσθαι δοκεῖν interposita vocula καί corruperunt. Deprenso semel hoc errore statim arguitur alter: nempe [τὰ δοκοῦντα] sciolus praeter loci sententiam de suo infersit. Plato dederat: δίκαια μὲν καὶ καλὰ πολλοὶ ἂν ἕλοιντο κἂν μὴ ᾖ ὅμως ταῦτα πράττειν καὶ κεκτῆσθαι δοκεῖν. Interpone τὰ δοκοῦντα et absurde dictum esse senties, τὰ δοκοῦντα δίκαια· πράττειν

Digitized by Google

δοκεῖν. Praeterea quis sanus coniunxerit τὰ δοκοῦντα κἂν μὴ ᾖ? Graeculus aliquis ex vicinia τὰ δοκοῦντα huc traxit, quemadmodum paulo ante p. 505 B. verba ἄνευ τοῦ ἀγαθοῦ ex antecedentibus male repetita videmus.

Continuo sequitur p. 505 E. ὃ δὴ διώκει μὲν ἅπασα ψυχὴ καὶ τούτου ἕνεκα πάντα πράττει —, περὶ δὴ τὸ τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον οὕτω φῶμεν δεῖν ἐσκοτῶσθαι τοὺς βελτίστους ἐν τῇ πόλει; Vitiosa et mendosa est haec verborum compositio et nullo negotio sic restituenda ut KAIOTOT pro KAITOTTOT corrigatur: καὶ ὅτου ἕνεκα πάντα πράττει. Saepe ὅτου pro οὗ ponitur, ut in Gorgia p. 453 B. βουλόμενος εἰδέναι αὐτὸ τοῦτο περὶ ὅτου ὁ λόγος ἐστίν, et saepe formae veteres ὅτου et ὅτῳ a scribis in ὅτε aut οὕτω corrumpuntur. Sed nihil emendatione opus, si Stallbaumio credimus *nihil hac transitione a relativo ad demonstrativum esse frequentius.* Loci omnes, quos ad fidem faciendam attulit, ostendunt in quem errorem se implicuerit. Adscribam paucos ut res appareat. de Rep. III p. 395 D. ὧν φαμὲν κήδεσθαι καὶ δεῖν αὐτοὺς ἄνδρας γενέσθαι ἀγαθούς. Gorg. p. 452 D. ὃ φὴς σὺ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις καὶ σὲ δημιουργὸν εἶναι αὐτοῦ. Phileb. p. 12 B. ἣν ὅδε Ἀφροδίτην μὲν λέγεσθαί φησι, τὸ δ' ἀληθέστατον αὐτῆς ὄνομα Ἡδονὴν εἶναι. Xenoph. Cyropaed. III. 1. 38: ἐκεῖνος, ὃς συνεθήρα ἡμῖν καὶ σύ μοι μάλα ἐδόκεις θαυμάζειν αὐτόν. Demosthen. Olynth. III. 10: ἐκεῖνοι τοίνυν, οἷς οὐκ ἐχαρίζονθ' οἱ λέγοντες οὐδ' ἐφίλουν αὐτούς. In his omnibus quum pronomen relativum alio casu repetendum esset vides pronomen αὐτοῦ, αὐτῆς, αὐτόν, αὐτούς pro eo esse substitutum. Sed nemo in tali re pronomen οὗτος relativo substituit. Optime habet οἷς οὐκ ἐχαρίζοντο οὐδ' ἐφίλουν αὐτούς, sed non est Graeca oratio pro οὐδὲ ἐφίλουν αὐτούς supponere οὐδὲ τούτους ἐφίλουν, aut ita dicere ὃς συνεθήρα ἡμῖν καὶ σύ μοι μάλα ἐδόκεις τοῦτον θαυμάζειν. Itaque Plato dicere poterat ὃ δὴ διώκει ἅπασα ψυχὴ καὶ πάντα πράττει αὐτοῦ ἕνεκα, sed non poterat vulgatam dare καὶ τούτου ἕνεκα πάντα πράττει [1]). Quod autem narrat Stallbaumius nec La-

[1]) Duravit apud sequiores quoque Graecos illa compositionis forma. Vir egregie doctus, qui ante hos sex annos sermone patrio scripsit *Observationes in* IV

Digitized by Google

que tamen Stallbaumio persuasit, cui *mirum* esse videtur *codices ne tantillum quidem a vulgata lectione recedere.* Ain vero? An mirum est Codices omnes in manifestis erroribus et apertissimis sciolorum additamentis fideliter conspirare? Quam multa istiusmodi emblemata ipse Stallbaumius, quo nemo est in talibus agnoscendis morosior et δυσπειθέστερος, victus veritatis viribus agnoscere coactus est et expungere? Perinde est igitur ac si quis diceret „mirum esse idem quod saepe alibi factum esse constet hoc quoque loco videri esse factum." Stallbaumius ipse sensit ἄξιον p. 496 A. esse eximendum. Sensit p. 505 B. in verbis: ἢ οἴει τι πλέον εἶναι — πάντα τἄλλα φρονεῖν [ἄνευ τοῦ ἀγαθοῦ], καλὸν δὲ καὶ ἀγαθὸν μηδὲν φρονεῖν, verba ἄνευ τοῦ ἀγαθοῦ perabsurde addita et delenda esse, et multis aliis locis Graeculorum interpolationes a Platonis verbis seclusit.

Multa huius generis plura in libris Platonicis adhuc latent, quae Codicibus nostris omnibus longe sunt vetustiora. Expromam unum e loco vicino p. 505 D: τόδε οὐ φανερὸν ὡς δίκαια μὲν καὶ καλὰ πολλοὶ ἂν ἕλοιντο τὰ δοκοῦντα, κἂν μὴ ᾖ, ὅμως ταῦτα πράττειν καὶ κεκτῆσθαι καὶ δοκεῖν, ἀγαθὰ δὲ οὐδενὶ ἔτι ἀρκεῖ τὰ δοκοῦντα κτᾶσθαι ἀλλὰ τὰ ὄντα ζητοῦσι, τὴν δὲ δόξαν ἐνταῦθα ἤδη πᾶς ἀτιμάζει; Duo in his vitia insunt: primum *καί* interpolatum est in verbis: ταῦτα πράττειν καὶ κεκτῆσθαι [καὶ] δοκεῖν. Plato enim manifesto hoc dixerat: τῶν μὲν δικαίων καὶ τῶν καλῶν κἂν τὴν δόξαν πολλοὶ θηρῶνται, τῶν δὲ ἀγαθῶν οὐδεὶς ἔτι τῇ δόξῃ ἀρκεῖται, ἀλλὰ τὰ ὄντα ζητοῦσι, τὴν δὲ δόξαν ἀτιμάζουσιν. Τὸ δοκεῖν δίκαια καὶ καλὰ πράττειν καὶ κεκτῆσθαι, inquit, multi expetunt, sed nemo curat τὸ δοκεῖν ἀγαθὰ κτᾶσθαι. *In rebus iustis et honestis vel sola species multis est optabilis*, inquit, *in bonis nemo specie contentus est* ἀλλὰ τὰ ὄντα ζητοῦσιν. Facilis et frequens est error eorum qui antiquam scripturam πράττειν καὶ κεκτῆσθαι δοκεῖν interposita vocula *καί* corruperunt. Deprenso semel hoc errore statim arguitur alter: nempe [τὰ δοκοῦντα] sciolus praeter loci sententiam de suo infersit. Plato dederat: δίκαια μὲν καὶ καλὰ πολλοὶ ἂν ἕλοιντο κἂν μὴ ᾖ ὅμως ταῦτα πράττειν καὶ κεκτῆσθαι δοκεῖν. Interpone τὰ δοκοῦντα et absurde dictum esse senties, τὰ δοκοῦντα δίκαια· πράττειν

Digitized by Google

δοκεῖν. Praeterea quis sanus coniunxerit τὰ δοκοῦντα κἂν μὴ ᾖ? Graeculus aliquis ex vicinia τὰ δοκοῦντα huc traxit, quemadmodum paulo ante p. 505 B. verba ἄνευ τοῦ ἀγαθοῦ ex antecedentibus male repetita videmus.

Continuo sequitur p. 505 E. ὁ δὴ διώκει μὲν ἅπασα ψυχὴ καὶ τούτου ἕνεκα πάντα πράττει —, περὶ δὴ τὸ τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον οὕτω φῶμεν δεῖν ἐσκοτῶσθαι τοὺς βελτίσους ἐν τῇ πόλει; Vitiosa et mendosa est haec verborum compositio et nullo negotio sic restituenda ut KAIOTOT pro KAITOTTOT corrigatur: καὶ ὅτου ἕνεκα πάντα πράττει. Saepe ὅτου pro οὗ ponitur, ut in Gorgia p. 453 B. βουλόμενος εἰδέναι αὐτὸ τοῦτο περὶ ὅτου ὁ λόγος ἐσίν, et saepe formae veteres ὅτου et ὅτῳ a scribis in ὅτε aut οὕτω corrumpuntur. Sed nihil emendatione opus, si Stallbaumio credimus *nihil hac transitione a relativo ad demonstrativum esse frequentius.* Loci omnes, quos ad fidem faciendam attulit, ostendunt in quem errorem se implicuerit. Adscribam paucos ut res appareat. de Rep. III p. 395 D. ὧν φαμὲν κήδεσθαι καὶ δεῖν αὐτοὺς ἄνδρας γενέσθαι ἀγαθούς. Gorg. p. 452 D. ὃ φὴς σὺ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις καὶ σὲ δημιουργὸν εἶναι αὐτοῦ. Phileb. p. 12 B. ἣν ὅδε Ἀφροδίτην μὲν λέγεσθαί φησι, τὸ δ' ἀληθέστατον αὐτῆς ὄνομα Ἡδονὴν εἶναι. Xenoph. Cyropaed. III. 1. 38: ἐκεῖνος, ὃς συνεθήρα ἡμῖν καὶ σύ μοι μάλα ἐδόκεις θαυμάζειν αὐτόν. Demosthen. Olynth. III. 10: ἐκεῖνοι τοίνυν, οἷς οὐκ ἐχαρίζονθ' οἱ λέγοντες οὐδ' ἐφίλουν αὐτούς. In his omnibus quum pronomen relativum alio casu repetendum esset vides pronomen αὐτοῦ, αὐτῆς, αὐτόν, αὐτούς pro eo esse substitutum. Sed nemo in tali re pronomen οὗτος relativo substituit. Optime habet οἷς οὐκ ἐχαρίζοντο οὐδ' ἐφίλουν αὐτούς, sed non est Graeca oratio pro οὐδὲ ἐφίλουν αὐτούς supponere οὐδὲ τούτους ἐφίλουν, aut ita dicere ὃς συνεθήρα ἡμῖν καὶ σύ μοι μάλα ἐδόκεις τοῦτον θαυμάζειν. Itaque Plato dicere poterat ὃ δὴ διώκει ἅπασα ψυχὴ καὶ πάντα πράττει αὐτοῦ ἕνεκα, sed non poterat vulgatam dare καὶ τούτου ἕνεκα πάντα πράττει [1]). Quod autem narrat Stallbaumius nec La-

[1]) Duravit apud sequiores quoque Graecos illa compositionis forma. Vir egregie doctus, qui ante hos sex annos sermone patrio scripsit *Observationes in* IV

Digitized by Google

tinis hunc loquendi usum incognitum esse. non esse credam verum nisi certiora huius rei exempla afferantur quam quod Stallbaumius attulit ex Ciceronis Tusc. Quaest. V. 3. *quem Philoctetem ferunt* venisse eumque cum *Lemnī* diu *et cognosse dissensisse graecam.* Est enim in his verbis vetus ditographia et sic corrigendum: *cumque Lemnī* pro *cumque cum Lemnō.*

Est operae pretium animadvertere cur Plato p. 505 B. formas *κεκτῆσθαι* et *ἐκτῆσθαι* vitaverit in his: *τῶν ἐ κεκτημένων* et *τῶν κτῶν ἐκτῆσθαι.* Ubi enim praecedit vocalis semper *κεκτῆσθαι* potuit, ubi consonans, proniores *κεκτῆσθαι* et *ἐκτῆσθαι.*

Leve vitium exime p. 505 C. ubi est *τῶνδε ἕνεκεν*, sed *ἕμπροσθεν* genuinum est. Attici non aliter quam *πάλαι, ἔμπαλιν, ἀνάπαλιν, ἔκπαλαι, ἄνωθεν, κατάπαλιν* dicebant: poëtae veteres et seniores imitatores *ἔνθεν* et *ἔκθεν* et *ἐνθένδε* usurpare solebant.

Misere corrupit Stallbaumius locum Platonis p. 491 D. ubi Boeckhium secutus edidit: *ἐρᾷ — λαμπρὸν τὸν ἀληθῆ ὄντα ἐν ἀλλοτριωτέᾳ οὔσαν τοῦ κατὰ φύσιν ἀπολλάττειν τῆς ψυχῆς*, pro *κάλλιον ἀπολλάττειν*, quod sine mora revocandum est. Ἀπολλάττω κακῶς aut κακῶν Graece non dicitur, sed κακῶς et *κάκιον* sive *χεῖρον*, qui loquendi usus pervulgatus est apud omnes, diciturque de fortuna qua quis utitur in alicuius rei eventu et exitu. Sic εὖ, καλῶς, ἄμεινον ἀπολλάττειν dicitur qui ex aliquo discrimine et alea re bene gesta discedit, et contra κακῶς, *κάκιον*, *χεῖρον*, κάκιστα. Duo tantum adiectiva cum verbo *ἀπολλάττειν* coniungi solent. *κλῆσις* et *ζημίωσις*, ut in Platonis Sophista p. 254 D. ἐὰν ἄρα τινὸ τῆ πεφευγάθη — *ἀδήλοις ἀπαλλάττειν*, et in libro II. de Rep. p. 366 A. *ἀζημίοισι ἀπαλλάξομεν*, ubi paulo ante legendum: *ἀζήμιοι μὲν*

Euangelium et Acta Apost. p. 100 cum loco Platonis in Euthydemo p. 68: *ἆρ' οὖν ταῦτα ἡγεῖ τὰ εἶναι ἃ ἂν λέγῃς καὶ ἐξῇ σοι κέντρῳ χρῆσθαι ὅ τι ἂν βούλῃ*, comparavit verba Petri in secunda Epistola II. 3: *οἷς τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει*, rectissime monens illa sic formata esse pro καὶ οἷς ἐξῇ σοι χρῆσθαι, haec pro καὶ ἐν ᾗ ἀπώλεια οὐ νυστάζει.

Digitized by Google

(pro μόνον) ὑπὸ θεῶν ἐσόμεθα, τὰ δ' ἐξ ἀδικίας κέρδη ἀπωσόμεθα. Usitatius tamen est ut dicatur ἀζήμιος ἀπαλλάττομαι quam ἀπαλλάττω, ut in Pluto vs. 272:

μῶν ἀξιοῖς Φενακίσας ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι
ἀζήμιος;

et saepius apud Platonem et alios. Hinc transitive dicitur ἀπαλλάττειν τινὰ ἀζήμιον pro ἀποπέμπειν, ἀφιέναι, ut apud Platonem de Legibus I. p. 648 C: καὶ γυμνασάμενον μὲν εὖ καὶ ἀνδρείως ἀζήμιον ἀπαλλάττοις ἄν, κακῶς δὲ ζημίαν ἐπιτιθείς, in quo loco tricantur Interpretes, quum omnia sint expedita: κακῶς δὲ (γυμνασάμενον) ζημίαν ἐπιτιθεὶς (ἀπαλλάττοις ἄν).

Eliminanda est molesta vocula p. 492 C. e verbis: ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ τὸν νέον τίνα οἴει καρδίαν ἴσχειν ἢ ποίαν [ἂν] αὐτῷ παιδείαν ἰδιωτικὴν ἀνθέξειν; Soloecum est ἄν cūm futuro coniunctum et perspicuum est unde ἄν sit natum.

In verbis quibusdam liquidatis scribae solent futuri temporis formas in praesens tempus deformare. Stallbaumius ab his deceptus p. 494 D. edidit: τί οὖν οἴει τὸν τοιοῦτον ποιήσειν; — ἆρ' οὐ πληρωθήσεσθαι ἀμηχάνου ἐλπίδος — καὶ ἐπὶ τούτοις ὑψηλὸν ἐξαίρειν αὐτόν; Ecquid esse potest certius quam ἐξαρεῖν unice verum esse? Ad eundem lapidem scribae impegerunt p. 498 C: οἶμαι μέντοι τοὺς πολλοὺς τῶν ἀκουόντων προθυμότερον ἔτι ἀντιτείνειν, ubi Stephano obtemperatum oportuerat verissime ἀντιτενεῖν restituenti.

Ne hoc quidem ferendum est quod editur p. 491 A: εἰ τελέως μέλλει φιλόσοφος γενέσθαι, sed γενήσεσθαι reponendum. Perpetuo haec librarii inter se miscent. Memorabile exemplum est p. 564 C, ubi Platonis manus haec est: ὦ δὴ καὶ δεῖ — πόρρωθεν εὐλαβεῖσθαι μάλιστα μὲν ὅπως μὴ ἐγγενήσεσθον, ἂν δὲ ἐγγένησθον, ὅπως ὅτι τάχιστα — ἐκτετμήσεσθον, sed in plerisque libris circumfertur tralaticius error: ὅπως μὴ ἐγγένησθον — ἐκτετμῆσθον.

Stallbaumius, qui saepe manifestas sciolorum interpolationes quantum potest tuetur ac retinet, infeliciter admodum versatus est in loco interpolato p. 493 D. ubi Graeculi emblema pro verbis Platonis habuit et contra ipsa Platonis verba pro spuriis abiicienda censuit. Editur: ἐάν τις τούτοις (τοῖς πολ-

Digitized by Google

tinis hunc loquendi usum incognitum esse, non esse credam verum nisi certiora huius rei exempla afferantur quam quod Stallbaumius attulit ex Ciceronis Tuscul. Quaestt. V. 3. *quem Phliuntem ferunt venisse* eumque cum *Leonte docte et copiose disseruisse quaedam.* Est enim in his verbis vetus dittographia et sic corrigendum: *cumque Leonte* pro *eumque cum Leonte.*

Est operae pretium animadvertere cur Plato p. 505 B. formas κεκτῆσθαι et ἐκτῆσθαι variaverit in his: οὐδ' εἰ κεκτήμεθα et πᾶσαν κτῆσιν ἐκτῆσθαι. Ubi enim praecedit vocalis semper κέκτημαι ponit, ubi consonans, promiscue κεκτῆσθαι et ἐκτῆσθαι.

Leve vitium exime p. 505 C. ubi est πλάνης ἔμπλεοι, sed ἔμπλεῳ genuinum est. Attici non aliter quam πλέως, ἔμπλεως, ἀνάπλεως, ἔκπλεως, διάπλεως, κατάπλεως dicebant: poëtae veteres et sequiores imitatores ἔμπλεος et ἔμπλειος et ἐνίπλειος usurpare solebant.

Misere corrupit Stallbaumius locum Platonis p. 491 D. ubi Boeckhium secutus edidit: ἔχει — λόγον τὴν ἀρίστην φύσιν ἐν ἀλλοτριωτέρᾳ οὖσαν τροφῇ κακίον' ἀπαλλάττειν τῆς φαύλης, pro κάκιον ἀπαλλάττειν, quod sine mora revocandum est. Ἀπαλλάττω κακός aut κακίων Graece non dicitur, sed κακῶς et κάκιον sive χεῖρον, qui loquendi usus pervulgatus est apud omnes, diciturque de fortuna qua quis utitur in alicuius rei eventu et exitu. Sic εὖ, καλῶς, ἄριστα ἀπαλλάττειν dicitur qui ex aliquo discrimine et alea re bene gesta discedit, et contra κακῶς, κάκιον, χεῖρον, κάκιστα. Duo tantum adiectiva cum verbo ἀπαλλάττειν coniungi solent, ἀθῷος et ἀζήμιος, ut in Platonis Sophista p. 254 D. ἐὰν ἄρα ἡμῖν πῃ παρεικάθῃ — ἀθῴοις ἀπαλλάττειν, et in libro II. de Rep. p. 366 A. ἀζήμιοι ἀπαλλάξομεν, ubi paulo ante legendum: ἀζήμιοι μὲν

Euangelia et Acta Apost. p. 100 cum loco Platonis in Euthydemo p. 68: ἆρ' οὖν ταῦτα ἡγεῖ σὰ εἶναι ὧν ἂν ἄρξῃς καὶ ἐξῇ σοι αὐτοῖς χρῆσθαι ὅ τι ἂν βούλῃ, comparavit verba Petri in secunda Epistola II. 3: οἷς τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει, rectissime monens illa sic formata esse pro καὶ οἷς ἐξῇ σοι χρῆσθαι, haec pro καὶ ὧν ἡ ἀπώλεια οὐ νυστάζει.

Digitized by Google

(pro μόνον) ὑπὸ θεῶν ἐσόμεθα, τὰ δ' ἐξ ἀδικίας κέρδη ἀπωσόμεθα. Usitatius tamen est ut dicatur ἀζήμιος ἀπαλλάττομαι quam ἀπαλλάττω, ut in Pluto vs. 272:

μῶν ἀξιοῖς Φενακίσας ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι
ἀζήμιος;

et saepius apud Platonem et alios. Hinc transitive dicitur ἀπαλλάττειν τινὰ ἀζήμιον pro ἀποπέμπειν, ἀφιέναι, ut apud Platonem de Legibus I. p. 648 C: καὶ γυμνασάμενον μὲν εὖ καὶ ἀνδρείως ἀζήμιον ἀπαλλάττοις ἄν, κακῶς δὲ ζημίαν ἐπιτιθείς, in quo loco tricantur Interpretes, quum omnia sint expedita: κακῶς δὲ (γυμνασάμενον) ζημίαν ἐπιτιθεὶς (ἀπαλλάττοις ἄν).

Eliminanda est molesta vocula p. 492 C. e verbis: ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ τὸν νέον τίνα οἴει καρδίαν ἴσχειν ἢ ποίαν [ἂν] αὐτῷ παιδείαν ἰδιωτικὴν ἀνθέξειν; Soloecum est ἄν cūm futuro coniunctum et perspicuum est unde ἄν sit natum.

In verbis quibusdam liquidatis scribae solent futuri temporis formas in praesens tempus deformare. Stallbaumius ab his deceptus p. 494 D. edidit: τί οὖν οἴει τὸν τοιοῦτον ποιήσειν; — ἆρ' οὐ πληρωθήσεσθαι ἀμηχάνου ἐλπίδος — καὶ ἐπὶ τούτοις ὑψηλὸν ἐξαίρειν αὐτόν; Ecquid esse potest certius quam ἐξαρεῖν unice verum esse? Ad eundem lapidem scribae impegerunt p. 498 C: οἶμαι μέντοι τοὺς πολλοὺς τῶν ἀκουόντων προθυμότερον ἔτι ἀντιτείνειν, ubi Stephano obtemperatum oportuerat verissime ἀντιτενεῖν restituenti.

Ne hoc quidem ferendum est quod editur p. 491 A: εἰ τελέως μέλλει Φιλόσοφος γενέσθαι, sed γενήσεσθαι reponendum. Perpetuo haec librarii inter se miscent. Memorabile exemplum est p. 564 C, ubi Platonis manus haec est: ὦ δὴ καὶ δεῖ — πόρρωθεν εὐλαβεῖσθαι μάλιστα μὲν ὅπως μὴ ἐγγενήσεσθον, ἂν δὲ ἐγγένησθον, ὅπως ὅτι τάχιστα — ἐκτετμήσεσθον, sed in plerisque libris circumfertur tralaticius error: ὅπως μὴ ἐγγένησθον — ἐκτετμῆσθον.

Stallbaumius, qui saepe manifestas sciolorum interpolationes quantum potest tuetur ac retinet, infeliciter admodum versatus est in loco interpolato p. 493 D. ubi Graeculi emblema pro verbis Platonis habuit et contra ipsa Platonis verba pro spuriis abiicienda censuit. Editur: ἐάν τις τούτοις (τοῖς πολ-

Digitized by Google

λοῖς) ὁμιλῇ ἐπιδεικνύμενος ἢ ποίησιν ἤ τινα ἄλλην δημιουργίαν ἢ πόλει διακονίαν κυρίους αὐτοῦ ποιῶν τοὺς πολλοὺς [πέρα τῶν ἀναγκαίων] ἡ Διομήδεια λεγομένη ἀνάγκη ποιεῖν αὐτῷ ταῦτα ἃ ἂν οὗτοι ἐπαινῶσιν. In his spuria sunt verba πέρα τῶν ἀναγκαίων, quibus sequiorum aliquis interpretatus est quae sit ἡ Διομήδεια λεγομένη ἀνάγκη, quod lepidum est Atticorum proverbium pro *inevitabili necessitate*, notum vel ex Aristophanis Ecclesiaz. vs. 1029:

καὶ ταῦτ' ἀνάγκη μοὐστί; — Διομήδειά γε.

Stallbaumius autem quum recte sensisset alterutrum abesse oportere censuit verba ἡ Διομήδεια λεγομένη expungenda esse utpote „*profecta ab aliquo grammatico qui verba πέρα τῶν ἀναγκαίων ἀνάγκη interpretari vellet.*" Bellissima vero interpretatio, quae ipsa novum et doctum requirebat interpretem! Πέρα τῶν ἀναγκαίων eodem modo dictum est atque πέρα τῶν δεινῶν, δεινὰ καὶ πέρα δεινῶν, et similia; itaque facile ab unoquoque intelligi poterat; sed quae esset ἡ Διομήδεια λεγομένη ἀνάγκη ut intelligerent Graeculi opus erat interpretatione. Caeterum imitatus est hunc Platonis locum Themistius quum scriberet p. 251 C: μηδ' ἂν Διομήδεια αὐτῷ ἀνάγκη προσγένηται, ubi scribae ostenderunt se nihil horum intelligere quum pro Διομήδεια (ΔΙΟΜΗΔΙΑ) substituerent ἰδίως ἰδία. Petavius ex Platone veram lectionem revocavit. Sed nondum locus Platonis sic est perpurgatus. Latet aliud emblema. Plato quum dixisset: ἐάν τις τούτοις ὁμιλῇ pro ἐάν τις τοῖς πολλοῖς ὁμιλῇ, (de quibus in iis quae continuo praecedunt erat locutus), non potuit statim addere κυρίους αὐτοῦ ποιῶν τοὺς πολλούς. Valde inficetum est et Platone indignum τοὺς πολλούς sic repetere. Nova difficultas oritur in αὐτοῦ, quod „*spectare ad praegressa ποίησιν, δημιουργίαν et διακονίαν*" Astio credit Stallbaumius, quem nemo sequetur. Requiritur αὐτούς pro αὐτοῦ, quo semel recepto ultro excidit interpolatum τοὺς πολλούς, et omnia habent optime sic scripta: ἐάν τις τούτοις ὁμιλῇ ἐπιδεικνύμενος ἢ ποίησιν ἤ τινα ἄλλην δημιουργίαν ἢ πόλει διακονίαν κυρίους αὐτοὺς ποιῶν, ἡ Διομήδεια λεγομένη ἀνάγκη ποιεῖν αὐτῷ ταῦτα ἃ ἂν οὗτοι ἐπαινῶσιν.

Paulo ante pervulgato errore scribitur p. 493 C: τοιοῦτος δὴ ὢν πρὸς Διὸς οὐκ ἄτοπος ἄν σοι δοκοῖ εἶναι παιδευτής; Unice

Digitized by Google

verum est δοκεῖ, sed Graeculi voculam ἄν ad verbum finitum referentes optativum intulerunt. Stallbaumius opinatus est conditionem quae in τοιοῦτος ὤν inest (εἰ τοιοῦτος εἴη) non ad infinitivum cum ἄν iunctum referri, sed fallitur. Perinde est ac si dixisset οὐκ ἂν εἴη ἄτοπος παιδευτὴς τοιοῦτος ὢν κατὰ τὴν σὴν δόξαν;

Turbarunt scribae in eleganti loquendi formula p. 496, C: τὸ δ' ἡμέτερον οὐκ ἄξιον λέγειν, τὸ δαιμόνιον σημεῖον· ἢ γάρ πού τινι [ἄλλῳ] ἢ οὐδενὶ τῶν ἔμπροσθεν γέγονεν. Expungendum est ἄλλῳ. Dicebant enim ἤ τις ἢ οὐδείς, non ἤ τις ἄλλος ἢ οὐδείς, de qua locutione notissima est annotatio Valckenaerii ad Herod. III. 140: καὶ τίς ἐσι Ἑλλήνων εὐεργέτης; — ἀναβέβηκε δ' ἤ τις ἢ οὐδείς κω παρ' ἡμέας αὐτῶν, qui et alia attulit et locum Xenophontis ex Cyropaed. VII. v. 45: τούτων δὲ τῶν περιεσηκότων ἤ τινα ἢ οὐδένα οἶδα. Sic igitur Socrates quoque dixit: ἢ γάρ πού τινι ἢ οὐδενὶ τῶν ἔμπροσθεν γέγονεν.

Evidens mendum p. 501 B. quomodo sit eximendum Badhamus meus me admonuit. Editur: καὶ τὸ μὲν ἂν, οἶμαι, ἐξαλείφοιεν, τὸ δὲ πάλιν ἐγγράφοιεν, ἕως ὅτι μάλιςα ἀνθρώπεια ἤθη εἰς ὅσον ἐνδέχεται θεοφιλῆ ποιήσειαν. Quicumque ea quae praecedunt diligenter expenderit Badhamo concedet pro θεοφιλῆ necesse esse θεοειδῆ rescribere. Proponitur enim pictoris imago (πολιτειῶν ζωγράφος appellatur p. 501 C), qui λαβὼν ὥσπερ πίνακα πόλιν τε καὶ ἤθη ἀνθρώπων (p. 501 A) primum extremis lineis describit deinde coloribus illuminat civitatis formam sic ut deorum referat similitudinem. Eadem opera ex eodem loco aliud mendum exime. Dicuntur illi pictores p. 501 A: μήτε ἰδιώτου μήτε πόλεως ἐθελῆσαι ἂν ἅψασθαι μηδὲ γράφειν νόμους πρὶν ἢ παραλαβεῖν καθαρὰν ἢ αὐτοὶ ποιῆσαι. In continuata metaphora *tabulae*, in qua leges pingere nolint priusquam aut ab aliis puram acceperint aut purgaverint ipsi, non est locus verbo simplici γράφειν νόμους sed requiritur compositum ἐγγράφειν. Vetus scriptura ΜΗΔΕΓΓΡΑΦΕΙΝ, id est μηδ' ἐγγράφειν, proclivi errore in μηδὲ γράφειν depravata est.

Initio libri VII in antri descriptione p. 514 B. ubi editur: ἐκ παίδων ὄντας ἐν δεσμοῖς καὶ τὰ σκέλη καὶ τοὺς αὐχένας

Digitized by Google

ὥϛε μένειν τε αὐτοὺϛ εἴϛ τε τὸ πρόσθεν μόνον ὁρᾶν, plane assentior Badhamo corrigenti μένειν τε αὐτοῦ pro αὐτούϛ. Saepe legitur αὐτοῦ μένειν et καταμένειν pro μένειν κατὰ χώραν, ut in hoc ipso libro p. 519 D. τὸ αὐτοῦ καταμένειν καὶ μὴ ἐθέλειν πάλιν καταβαίνειν, et in libro II. p. 371 C: αὐτοῦ γὰρ δεῖ μένοντας αὐτοὺϛ — τὰ μὲν ἀντ' ἀργυρίου ἀλλάξασθαι, et alibi. Adverbium αὐτοῦ multas turbas peperit in loco Lysidis p. 204 A: αὐτοῦ πρῶτον ἡδέως ἀκούσαιμ' ἂν ἐπὶ τῷ καὶ εἴσειμι. Subridebis si doctorum interpretationes ad h. l. inspexeris, quibus non venit in mentem αὐτοῦ nihil aliud esse quam ἐνθάδε.

Quod post pauca legitur p. 514 B. Φῶϛ — πυρὸϛ ἄνωθεν καὶ πόρρωθεν καόμενον ὄπισθεν αὐτῶν mendum satis manifestum continet. Legendum est enim καομένου pro καόμενον. *Ignis* enim ardebat, ut opinor, non *lux*.

Quoties relego locum p. 515 B. semper mihi vulgata scriptura male sana et mendosa videtur esse. Editur: εἰ οὖν διαλέγεσθαι οἷοί τ' ἦσαν πρὸϛ ἀλλήλουϛ οὐ ταῦτα ἡγεῖ ἂν τὰ παριόντα αὐτοὺϛ νομίζειν ὀνομάζειν ἅπερ ὁρῷεν; Haec, Stallbaumio interprete, significant: *nonne putas eos res quae praeterferrentur suo quodam modo esse nominaturos, quas quidem viderent?* Sed neque νομίζειν ὀνομάζειν sic accipi potest, et verba *quas quidem viderent* otiose addita sunt, et tota sententia a Platonis consilio alienissima est. Quid attinebat narrare homines in antro vinctos iis quae conspicerent certa quaedam nomina imposuisse? Quid Plato dicere debuerit satis perspicuum, ut opinor, est. Nempe captivos *umbras*, quas in antrum proiectas viderent, *habuisse pro rebus ipsis*, quae quum a tergo eorum praeterferrentur illas umbras proiicerent. Nihil aliud agit quam ut ostendat philosophos τὰ ὄντα videre, caeteros τὰϛ τῶν ὄντων σκιάϛ easque pro ipsis veris rebus habere. Sic continuo pergit: οἴει ἂν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι τὸ ϕθεγγόμενον ἢ τὴν παριοῦσαν σκιάν; et: παντάπασι δὴ οἱ τοιοῦτοι οὐκ ἂν ἄλλο τι νομίζοιεν τὸ ἀληθὲϛ ἢ τὰϛ τῶν σκευαϛῶν σκιάϛ. Omnino de falsis vinctorum opinionibus agit qui quas videbant umbras res ipsas esse putabant quarum proiiciebantur umbrae. Videamus igitur an aliquid in hanc sententiam ex verbis corruptis elicere possimus. Pro οὐ ταῦτα ἡγεῖ in

Digitized by Google

optimo omnium Codice legitur *οὐ ταὐτὰ ἡγεῖ*. Quamquam in talibus Codicum auctoritas nulla est, tamen grati accipimus, namque est haec vera lectio, quae ducit ad reliqua emaculanda. Opposita esse inter se facile intelligimus *τὰ παριόντα* et *ἅπερ ὁρῷεν*. *Τὰ παριόντα* sunt *τὰ παραφερόμενα*, *res* ipsae *quae* pone eos *praeterferrentur*. Simili modo promiscue ab eo appellantur *οἱ παραφέροντες* et *οἱ παριόντες*, *qui illas res praeterferebant*. *Ἅπερ ὁρῷεν* significat manifesto *τὰς τῶν παραφερομένων σκιάς*. Haec autem *eadem* esse putabant. Recipe igitur *ταὐτά* pro *ταῦτα*, expunge molestum *ὀνομάζειν* ex dittographia *τοῦ νομίζειν* natum, et habebis sanam sententiam et ipsam Platonis manum hanc: *οὐ ταὐτὰ ἡγεῖ ἂν τὰ παριόντα αὐτοὺς νομίζειν ἅπερ ὁρῷεν*; *nonne existimas fore ut* ea quae praeterferantur *eadem esse putent atque* ea quae videant? id est confundant *res ipsas* et *rerum umbras* et quum *umbras* tantum videant sese *res ipsas* videre opinentur?

Vocula *ἄν* a librariis modo inepte additur, modo perperam omittitur. Periit p. 516 E: *εἰ πάλιν ὁ τοιοῦτος καταβὰς εἰς τὸν αὐτὸν θάκον* (L. *θᾶκον*) *καθίζοιτο, ἆρ' οὐ σκότους ἀνάπλεως σχοίη τοὺς ὀφθαλμούς*; Scribendum est *σκότους ἂν πλέως σχοίη*. *Ἂν* abesse non potest. *Πλέως* et *ἀνάπλεως* quid differant colliges ex Ruhnkenii annotatione ad Tim. v. *Ἀνάπλεως* pag. 31, qui docuit *ἀνάπλεως* et *ἀναπίμπλημι polluendi* et *foedandi* potestatem habere. Itaque Plato *ταραχῆς πλέως* dixit et *λήθης πλέως* de Rep. p. 391 C. et 486 C. et Aeschylus apud Aristophanem in Ran. vs. 1000 *ψόφου πλέως* appellatur. Eodem igitur modo *ὀφθαλμοὺς* dixit esse *σκότους πλέως*, non *ἀνάπλεως*.

Verissime emendavit Astius p. 517 A. locum in Codd. ita scriptum: *τὸν ἐπιχειροῦντα λύειν τε καὶ ἀνάγειν, εἴπως ἐν ταῖς χερσὶ δύναιντο λαβεῖν καὶ ἀποκτείνειν, ἀποκτιννύναι ἄν*. Rem acu tetigit Astius pro *καὶ ἀποκτείνειν ἀποκτιννύναι ἄν* reponens *κἂν ἀποκτείνειαν* et intellexit *ἀποκτείνειν* et *ἀποκτιννύναι ἄν* dittographiam esse. Leve quoddam est in quo ab illo dissentio. Pro aoristo Platonem suspicor *praesens* dedisse *κἂν ἀποκτιννύοιεν*, quae rarior forma facilius scribarum errorem parere potuit quam pervulgatum *ἀποκτείνειαν*. Lubenter utuntur Attici forma *ἀποκτίννυμι* pro *ἀποκτείνω*, cuius opta-

Digitized by Google

tivus legitur et alibi et in Phaedone p. 62 C. *τῶν σαυτοῦ κτημάτων εἴ τι αὐτὸ ἑαυτὸ ἀποκτιννύοι.*

Atticum loquendi genus ab indoctis scribis bis depravatum et obscuratum est p. 519 A et B. ubi in libris omnibus est *τῶν λεγομένων πονηρῶν μέν, σοφῶν δέ, δριμὺ μὲν βλέπει τὸ ψυχάριον καὶ ὀξέως διορᾷ ταῦτα ἐφ' ἃ τέτραπται*, et paucis interiectis: *καὶ ἐκεῖνα ἂν — ὀξύτατα ἑώρα ὥσπερ καὶ ἐφ' ἃ νῦν τέτραπται.* Platoni reddendum esse censeo: *ὀξέως διορᾷ τὰ ἐφ' ἃ τέτραπται*, et: *ὀξύτατα ἑώρα ὥσπερ καὶ (τὰ) ἐφ' ἃ νῦν τέτραπται.* Quam saepe librarii hanc dicendi formam adulteraverint multis ostendi ad Hyperidis *λόγον ἐπιτάφιον* pag. 54 sqq. ubi complures locos protuli, in quibus ut apud Platonem aut *τά* in *ταῦτα* depravatum est aut articulus omissus ab iis qui veterem loquendi consuetudinem non satis cognitam habebant.

Quod Plato exquisito more Attico dixerat p. 519 B. iterum sero nati Graeculi quia non intelligebant vocabulo interposito perverterunt in his: *ἡδοναῖς τε καὶ λιχνείαις περὶ τὰ κάτω ςρέφουσι τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν.* Intelligo quid sit *ςρέφειν ἐπὶ τὰ κάτω* vel *εἰς τὰ κάτω*, sed *περὶ τὰ κάτω ςρέφειν* id quod suapte natura *ἄνω βλέπει*, quid sit non plane intelligo neque recte dictum est. Plato popularium more dixerat *περὶ κάτω ςρέφουσι*, sed indocti scribae mirati quid hoc esset de suo *τά* inseruerunt. Aelius Dionysius *ἐν τοῖς Ἀττικοῖς Ὀνόμασιν* annotavit quod ex illo libro descriptum servavit Photius in v. *Περὶ κάτω τραπήσεται ἀντὶ τοῦ περιτραπήσεται κάτω συνήθως λέγουσιν* (*οἱ Ἀττικοί*). Diximus de ea locutione in *Var. Lectt.* p. 90. Quod doctissimus Atticista *συνήθως* ab Atticis dici testatur, nunc semel tantum in libris nostris comparet in Strattidis fragmento apud Athenaeum p. 467 E:

δίνῳ περὶ κάτω τετραμμένῳ.

sed nondum poenitet me Aristophani reddidisse in Ecclesiaz. 730:

πολλοὺς περὶ κάτω θυλάκους τρέψασ' ἐμούς.

et Platoni quoque sine cunctatione reddiderim: *περὶ κάτω ςρέφουσι τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν.* Continuo addit: *ὧν εἰ ἀπαλλαγὲν περιεςρέφετο εἰς τἀληθῆ*, namque eodem modo *περὶ κάτω*

Digitized by Google

τρέπειν et περιτρέπειν sibi inter se respondent atque περὶ κάτω στρέφειν et περιστρέφειν.

Male mulcatus est Platonis locus p. 521 C: τοῦτο δὴ οὐκ ὀστράκου ἂν εἴη περιστροφὴ ἀλλὰ ψυχῆς περιαγωγὴ ἐκ νυκτερινῆς τινὸς ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος ἰούσης ἐπάνοδον, ἣν δὴ φιλοσοφίαν ἀληθῆ φήσομεν εἶναι. Sic quidem edidit Stallbaumius, sed in libris optimis est οὖσαν pro ἰούσης. Neque aliter Clemens Alexandrinus a Stallbaumio laudatus Stromat. V. p. 729 Pott. εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος οὖσαν ἐπάνοδον. Gravissime errat Stallbaumius quum locum ut ipse ediderit explicari posse opinatur, nempe connectenda esse ψυχῆς ἰούσης ἐπάνοδον idque esse *adscendentis*. Ἰέναι ἐπάνοδον dici nullo pacto potest, et ἐπάνοδος nihil aliud est quam *reditus*, *reversio* in eum locum unde quis antea venerit. Recte habet ἰέναι ὁδόν, ἐξιέναι ἔξοδον, περιιέναι περίοδον, ἐπάνοδον ἐπανιέναι, et sic in caeteris compositis, sed minime possunt haec inter sese permutari aut confundi. Nomen ὁδός cum compositis, ut alibi ostendimus, verbo ἔρχομαι compositisque respondet haud secus ac si ex eo verbo natum foret. Ἐπανέρχομαι nihil aliud est quam *redeo*, *revertor*; itaque ἐπάνοδος non potest aliud quid esse quam *reditus*, et ποιοῦμαι τὴν ἐπάνοδον notissima periphrasi ponitur pro ἐπανέρχομαι. Itaque Platonis verba ut nunc circumferuntur prorsus sunt ἀδιανόητα. Cuiusmodi quid dixerit ex diligenti sententiae consideratione liquido colligi potest, nempe hoc: οὐκ ὀστράκου ἂν εἴη περιστροφὴ ἀλλὰ ψυχῆς περιαγωγὴ (καὶ) ἐκ νυκτερινῆς τινὸς ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος οὐσίαν ἐπάνοδος, ἣν δὴ φιλοσοφίαν ἀληθῆ φήσομεν εἶναι. Animus voluptatibus et libidinibus περὶ κάτω ἐστραμμένος in contrarium versus revertitur εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος οὐσίαν, atque hoc est quod *vere philosophari* appellabimus. OTCIAN in οὖσαν olim corruptum has turbas dedit. Imprimis comparandus est Platonis de eadem re locus alius in libro eodem p. 532 B. ubi commemoratur ἡ λύσις ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ μεταστροφὴ ἀπὸ τῶν σκιῶν ἐπὶ τὰ εἴδωλα καὶ τὸ φῶς, καὶ ἐκ τοῦ καταγείου εἰς τὸν ἥλιον ἐπάνοδος. Versatur in eodem argumento: quam supra appellavit περιαγωγὴν τῆς ψυχῆς, nunc μεταστροφήν dicit sensu eodem, eique iterum addit τὴν ἐκ τοῦ καταγείου εἰς τὸν ἥλιον ἐπάνοδον, id est reditum

Digitized by Google

in illum locum ubi τὰ ὄντα cernantur, quem superiore loco nominaverat ἐπάνοδον ἐκ νυκτερινῆς τινὸς ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος οὐσίαν, quod est planissime idem. Ubi semel OTCIAN in OTCAN erat corruptum, scribae εἰς τὴν ἀληθινὴν οὖσαν ἐπάνοδον pro ἐπάνοδος *correxerunt* scilicet, ut solent in talibus vicina vicinis contra loci sententiam et scriptoris mentem accommodare. Non facile crediderim Clementem Alexandrinum in suis libris invenisse et bona fide descripsisse vitiosam lectionem et sensu vacuam εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος οὖσαν ἐπάνοδον, quae nunc in eius Codicibus circumfertur. Intelligebat enim, opinor, ea quae ex Platone admirabundus referebat. Existimaverim potius lectionem mendosam ex Codicibus Platonicis in Clementis libros esse translatam.

Iocum Platonis p. 552 D. non admodum facetum aut salsum homines docti inficetius etiam acceperunt. Παγγέλοιον — στρατηγὸν Ἀγαμέμνονα ἐν ταῖς τραγῳδίαις Παλαμήδης ἐκάστοτε ἀποφαίνει. Haec igitur ita accipiuntur quasi Palamedes ipse Agamemnoni *„arithmetices imperitiam exprobraverit,"* eumque *locum communem* opinantur fuisse *a pluribus Tragicis tractatum.* Margites ridebatur, qui non poterat μέχρι τῶν δέκα ἀριθμεῖν, sed magis ridiculus erat Agamemnon, οὐδ' ὅσους πόδας εἶχεν εἰδὼς εἴπερ ἀριθμεῖν μὴ ἠπίστατο, ut Plato iocari pergit. Haec quidem nemo putabit e Tragico sumsisse Platonem. Sed reliqua etiam ludibundi Platonis inventa sunt. Palamedes a Tragicis et alia multa invenisse primus narrabatur et *numerorum artem*, τὴν ἀριθμητικήν, quam a se inventam esse Prometheus apud Aeschylum ita praedicat:

ἀριθμὸν αὐτοῖς ἔξοχον σοφισμάτων
ἐξεῦρον.

Iisdem verbis usus Palamedes apud Platonem φησὶν ἀριθμὸν εὑρὼν — ἐξαριθμῆσαι ναῦς τε καὶ τἆλλα πάντα ὡς προτοῦ ἀναριθμήτων ὄντων. Plato autem in verbis ludens ἀριθμὸν εὑρών sic accepit quasi antea nemo navium et caeterarum rerum *numerum inire* potuerit atque adeo Agamemnon, *si quidem numerare non posset*, ne hoc quidem sciverit quot *pedes haberet.* Sic igitur Palamedes Agamemnonem παγγέλοιον στρατηγὸν ἑκάστοτε ἀπέφαινεν, ut qui priusquam Palamedes ἀριθμὸν εὗρεν ne pedes quidem suos numerare potuerit, εἴπερ ἀριθμεῖν

Digitized by Google

μὴ ἡπίσατο. Bonum factum quod Platonis ioci esse solent aliquanto salsiores.

Eximius Platonis locus p. 527 D. cum insigni scripturae varietate affertur a Theone Smyrnaeo p. 7. unde vulgata lectio percommode emendari poterit. In Platonis Codicibus legitur: τὸ δ' ἔστιν οὐ πάνυ φαῦλον ἀλλὰ χαλεπὸν πιστεῦσαι ὅτι ἐν τούτοις τοῖς μαθήμασιν ἑκάστου ὄργανόν τι ψυχῆς ἐκκαθαίρεταί τε καὶ ἀναζωπυρεῖται ἀπολλύμενον καὶ τυφλούμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων κρεῖττον ὂν σωθῆναι μυρίων ὀμμάτων· μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὁρᾶται. In his apud Theonem legitur: οὐ πάνυ φαύλοις ἀλλὰ πᾶσι χαλεπὸν πιστευθῆναι et μαθήμασιν ἑκάστου οἷον ὀργάνοις τὸ ψυχῆς ἐκκαθαίρεται καὶ ἀναζωπυρεῖται ὅμμα τυφλούμενον καὶ ἀποσβεννύμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων — ὁρᾶται. His adiutus primum Platoni restituo οὐ πάνυ φαῦλον ἀλλὰ παγχάλεπον πιστεῦσαι. Nimis debilis est in vulgatis oppositio: *haud sane facile sed difficile est.* Deinde pro ἀπολλύμενον recipiam egregiam lectionem ἀποσβεννύμενον, quod ita respondet praecedenti ἀναζωπυρεῖται, ut Platonis stilo dignum est. Haec omnia ἐκκαθαίρεται, ἀναζωπυρεῖται, ἀποσβεννύμενον et τυφλούμενον non recte, ut in vulgatis, referuntur ad ὄργανόν τι, quod quomodo ἀναζωπυρεῖσθαι dici potuit aut ἀποσβέννυσθαι aut τυφλοῦσθαι denique? Unice verum est quod Theo servavit: οἷον ὀργάνοις τὸ ψυχῆς — ὅμμα —, κρεῖττον ὂν σωθῆναι μυρίων ὀμμάτων· μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὁρᾶται. In vulgata lectione μόνῳ αὐτῷ refertur ad ὄργανόν τι, quod cur non sit idoneum quisque videt. Τὸ τῆς ψυχῆς ὅμμα Plato iterum dixit in eodem libro celebratissimo loco p. 533, D: ἡ διαλεκτικὴ μέθοδος — ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινι τὸ τῆς ψυχῆς ὅμμα κατορωρυγμένον ἠρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω.

Attica loquendi forma a Graeculis interpolata obscuravit locum p. 528, A: σκόπει οὖν αὐτόθεν πρὸς ποτέρους διαλέγει· ἢ οὐ πρὸς οὐδετέρους ἀλλὰ σαυτοῦ ἕνεκα τὸ μέγιστον ποιεῖ τοὺς λόγους; Intelligi non potest quomodo dicatur ἢ οὐ πρὸς οὐδετέρους; sed non sunt haec a Platone profecta, qui dederat: ἢ οὐδὲ πρὸς ἑτέρους — ποιεῖ τοὺς λόγους; Postquam eum iusserat videre cum utro genere hominum, quos descripserat, agere vellet, suspicari se dicit fortasse ei *cum neutris*

Digitized by Google

eorum disserere placere. Atticum οὐδὲ πρὸς ἑτέρους noto usu positum pro πρὸς οὐδετέρους fefellit sequiores Graeculos, quos saepe in talibus turbare ostendimus in *Nov. Lectt.* p 318. ubi attulimus Aelii Dionysii annotationem a Photio servatam: οὐδ' ὑφ' ἕνων Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ὑπ' οὐδένων λέγουσιν ὑπερβιβάζοντες, quae verba reddidimus Xenophonti Hellen. V. IV. 1. οὐδ' ὑφ' ἕνων τῶν πώποτε ἀνθρώπων κρατηθέντες. Attici lubenter dicebant οὐδὲ μεθ' ἕνων et οὐδὲ μεθ' ἑτέρων pro μετ' οὐδένων et μετ' οὐδετέρων. Thucyd. II. 72: καὶ ἔσε μηδὲ μεθ' ἑτέρων, et VII. 33: οὗτοι δὲ οὐδὲ μεθ' ἑτέρων ἦσαν. Sic Xenophon dixerat in Hellen. VII. IV. 8. οὐδὲ μεθ' ἕνων ἂν ἥδιον σωθείημεν, sed Graeculi stulte supposuerunt οὐδὲ μετ' οὐδένων. Eodem modo quum dixisset Plato ἢ οὐδὲ πρὸς ἑτέρους ποιεῖ τοὺς λόγους; sciolus ἢ οὐ πρὸς οὐδετέρους de suo substituit.

In eadem Atticae compositionis forma turbas dederunt scribae apud Thucydidem VII. 42 et 59, ubi in optimis libris est pessima scriptura haec: οὐδὲ γὰρ καθ' ἑκάτερα οἱ Συρακόσιοι ἀντεπεξῆεσαν, et μηδὲ καθ' ἑκάτερα αὐτοὺς μήτε διὰ θαλάσσης μήτε τῷ πεζῷ διαφυγεῖν. Thucydides ipse dederat οὐδὲ γὰρ καθ' ἕτερα — ἀντεπεξῆσαν, et μηδὲ καθ' ἕτερα.

Consentiunt omnes corrupta esse quae leguntur p. 528 C: ἐπεὶ καὶ νῦν ὑπὸ μὲν τῶν πολλῶν ἀτιμαζόμενα καὶ κολουόμενα, ὑπὸ δὲ τῶν ζητούντων λόγον οὐκ ἐχόντων καθ' ὅ τι χρήσιμα ὅμως πρὸς ἅπαντα ταῦτα βίᾳ ὑπὸ χάριτος αὐξάνεται. Haerent omnes iure in ὑπὸ δὲ τῶν ζητούντων, quae unde suspensa sint non liquet. Itaque Stallbaumius coniecit καὶ κολουόμενα "*in alienum locum traiectum esse et scribendum esse in hunc modum*: ἀτιμαζόμενα, ὑπὸ δὲ τῶν ζητούντων — καὶ κολουόμενα." Idem leniore etiam mutatione revocabat Badhamus locum sic constituens: ἀτιμαζόμενα, κολουόμενα δ' ὑπὸ τῶν ζητούντων. Mihi aliud quid latere videtur. Non ita disiunxerim ἀτιμαζόμενα καὶ κολουόμενα, ut *vulgus* ea studia ἀτιμάζειν dicatur et *mathematici* κολούειν. Eorumdem est erudita studia ἀτιμάζειν καὶ κολούειν. Qui ea habent despicatui iidem *impediunt quominus colantur et progrediantur*, nam hoc est κολούειν. Plato orationis formam eleganter variaverat in hunc modum: ὑπὸ μὲν τῶν πολλῶν ἀτιμαζόμενα καὶ κολουόμενα, τῶν δὲ ζητούντων

Digitized by Google

λόγον οὐκ ἐχόντων καθ' ὅ τι χρήσιμα, ὅμως — αὐξάνεται. Sciolus ratus verbis praecedentibus ὑπὸ μὲν τῶν sequentia respondere oportere pro τῶν δὲ ζητούντων de suo dedit ὑπὸ δὲ τῶν ζητούντων et sic perdidit omnia.

Inconcinnus et male compositus est Platonis locus p. 531 A. ubi Organicos Musicos deridet his verbis: ἀνήνυτα, ὥσπερ οἱ ἀστρονόμοι, πονοῦσι. Νὴ τοὺς θεούς, ἔφη, καὶ γελοίως γε — παραβάλλοντες τὰ ὦτα οἷον ἐκ γειτόνων φωνὴν θηρευόμενοι οἱ μὲν φασὶν ἔτι κατακούειν ἐν μέσῳ τινὰ ἠχὴν καὶ σμικράτατον εἶναι τοῦτο διάστημα ᾧ μετρητέον, οἱ δὲ ἀμφισβητοῦντες ὡς ὅμοιον ἤδη φθεγγομένων, ἀμφότεροι ὦτα τοῦ νοῦ προτιθέμενοι. Constare non possunt: οἱ μὲν φασὶν — οἱ δὲ ἀμφισβητοῦντες, sed omnino exaequata haec esse oportuit, ut vel φασὶν — ἀμφισβητοῦσιν legeretur, quae scriptura apud Theonem Smyrnaeum circumfertur, vel (quod mihi quidem praeplacet) ut utrobique participium poneretur. Quam ob rem pro φασὶν a Platone φάσκοντες scriptum esse suspicor. Offensus nescio quis illa participiorum cumulatione παραβάλλοντες, θηρευόμενοι, φάσκοντες, ἀμφισβητοῦντες, προτιθέμενοι et aegre verbum aliquod finitum requirens φάσκοντες in φασίν refinxit, sed neque vidit sic ἀμφισβητοῦντες quoque in ἀμφισβητοῦσιν converti oportuisse, neque haec omnia e praecedentibus ἀνήνυτα πονοῦσι suspensa esse intellexit.

Reliquos libros *de Republica* propediem eodem modo recensere et percurrere in animo est.

C. G. Cobet.

DEMOSTHENES κατὰ Μειδίου p. 528, 20.

Mendosus est locus Demosthenis in Midiana p. 528, 20: τί δήποτε — ἐὰν μικροῦ πάνυ τιμήματος ἄξιόν τις λάβῃ, βίᾳ δὲ τοῦτ' ἀφέληται, τὸ ἴσον τῷ δημοσίῳ προστιμᾶν οἱ νόμοι κελεύουσιν ὅσονπερ δὴ τῷ ἰδιώτῃ; Fieri non potest ut sanum sit τῷ ἰδιώτῃ. Verba haec ex ipsa lege sumta esse perspicuum est. Quem tandem ἰδιώτην in lege appellatum esse putemus

Digitized by Google

idque addito articulo προστιμᾶν τῷ ἰδιώτῃ? Latet aliud quid. Quid lateat docebit Harpocration v. Βιαίων: ὄνομα δίκης κατὰ τῶν βίᾳ πραττόντων ὁτιοῦν, ὁ δὲ ἁλοὺς ἀποτίνει εἰς τὸ δημόσιον ἴσον ὅσον τῷ ἑλόντι. Δημοσθένης κατὰ Μειδίου. Et iterum in v. Ἐξούλης: — οἱ δὲ ἁλόντες ἐξούλης καὶ τῷ ἑλόντι ἐδίδοσαν ἃ ἀφῃροῦντο αὐτὸν καὶ τῷ δημοσίῳ κατετίθεσαν τὰ τιμηθέντα, quae Harpocration sumsit ex eodem Midianae loco p. 528, 13. Rectissime coniunguntur in lege ὁ ἑλών et τὸ δημόσιον; itaque Demosthenem dedisse apparet: τὸ ἴσον τῷ δημοσίῳ — ὅσονπερ τῷ ἑλόντι.

C. G. Cobet.

LOCUS CORNELII NEPOTIS EMBLEMATE LIBERATUS.

In Cornelii Nepotis vita Alcibiadis cap. VIII. editur: *„Alcibiades ad exercitum venit Atheniensium ibique praesente vulgo agere coepit; si vellent, se coacturum Lysandrum dimicare aut pacem petere respondet."* Plerisque video placere pro *respondet* rescribere *spondet*, et sic omnia recte se habere opinantur. Agnosces veram lectionem quum perspexeris quid sit *agere coepit*. Nihil enim aliud hoc est quam λόγους ἐποιήσατο aut simpliciter εἶπεν. *Praesente vulgo agere coepit* Graece dixeris: ἐναντίον τῶν πολλῶν λόγους ἐποιήσατο sive εἶπεν. *Agere coepit* eo sensu absolute dici non potest. Necesse est addere quid dixerit, nempe: *si vellent, se coacturum Lysandrum dimicare aut pacem petere.* Itaque si haec verba pendent ab *agere coepit*, (neque id dubitari potest) perspicuum est *respondet* esse spurium et sine mora expungendum. Interpolatum est ab eo qui *agere coepit* non recte intellexisset. Locus igitur constituendus est in hunc modum: *Alcibiades — agere coepit, si vellent, se coacturum Lysandrum dimicare aut pacem petere.*

C. G. Cobet.

Digitized by Google

DE

Q. ASCONII PEDIANI

IN CICERONIS ORATIONES COMMENTARIIS EMENDANDIS.

SCRIPSIT

S. H. RINKES.

(*Continuantur e Mnemosyne vol.* X. *p.* 225.)

AD ORATIONEM PRO C. CORNELIO.

p. 56. (Orell.)

„Retulerat (Cornelius) ad Senatum, ut quoniam exterarum „nationum legatis pecunia magna daretur usura, turpiaque „et famosa ex eo lucra fierent, ne quis legatis exterarum „nationum pecuniam expensam ferret. *Cuius* relationem re„pudiavit Senatus et decrevit, satisfactum videri eo senatus „consulto, quod *ante annos* L. Domitio, C. Caelio coss. fac„tum erat, cum senatus ante pauculos annos illo Scto de„crevisset ne quis Cretensibus pecuniam mutuam daret. Cor„nelius ea re offensus senatui, questus est *de ea* in concione, „exhauriri provincias usuris" cett.

In his videtur primo loco *cuius* relationem, mutandum esse in: *quam* relationem; deinde tollendum est glossema, et quidem glossema cuius pars iam interiit: *ante annos*. Interpolator enim addidisse videtur, ante quot annos consules fuissent L. Domitius et C. Caelius. Annorum autem indicatio sive numerus excidit.

Tertio loco in ultima parte tollendus est soloecismus. Quid enim significat: Cornelius ea re offensus senatui, questus est

Digitized by Google

de ea in concione exhauriri provincias usuris? Quid questus fuerit Cornelius legitur, nempe provincias exhauriri usuris, ubi id fecerit additur, deest quando id locum habuerit, quod latet in *de ea* nempe *dein*, vel *deinde*, i. e. postquam senatus relationem Cornelii repudiaverat.

Solet Asconius in narratione saepius ea particula uti; v. c. pag. 58. vs. 9 sic scribit: „Quo tumultu Cornelius pertur- „batus concilium dimisit. Actum deinde eadem de re in se- „natu est magnis contentionibus."

Depravatum esse video, quod nunc circumfertur p. 59. — Accusatores Cornelii circumventi sunt ante tribunal praetoris, qui non aderat iisque mors est intentata si mox non desisterent. „Quam perniciem vix effugerunt interventu consulum „qui advocati reo descenderant. Et cum in *scalas* quasdam „Cominii (Cornelii accusatores) fugissent, clausi in noctem „ibi se occultaverunt; deinde per tecta vicinarum aedium „profugerunt ex urbe," ubi pro *scalas* reponendum esse coniicio *aedes*.

Quae paullo post leguntur, adeo sunt lacunosa et deperdita ut de vera lectione restituenda desperandum esse videatur. Recte a Madvigio observatum est paene totam narrationem de iudicio Maniliano et reditum ad narrationem de Corneliano interiisse. Ubi autem Asconius redit ad iudicium Cornelianum his verbis: „Cornelius perterritus Manilii exitu „..... in iudicium adhibuit ut ne clamor quidem ullus „ab advocatis eius oriretur," necessario opinor pro *eius* reponendum est *suis*, nam de Cornelii iudicio sermonem esse extra dubium est. Lacunam autem male videtur Popma supplevisse scribens: „Cornelius perterritus Manilii exitu *paucos* „*ante milites* in iudicium adhibuit" cett., quod quo iure fecerit, alii videant. Quod enim provocat ad id, quod Pompeius postea fecit in Milonis iudicio nihili est. Omnia ni fallor recte procedent si scripseris: „Cornelius perterritus Manilii „exitu *neminem* in iudicium adhibuit" cett.

Digitized by Google

Non difficile videtur corrigere, quae statim sequuntur, quibus exponit Asconius, quomodo Cornelius contra principum civitatis testimonium defensus fuerit. Dixerunt enim illi, Cornelium videri tribuniciam intercessionem sustulisse, quod ipse legis codicem recitasset, quod ne praeco faceret, subiiciente scriba verba, collega in tribunatu vetuerat. „Non „poterat negare id factum esse. Is eo confugit ut diceret „non ideo, quod lectus sit codex a tribuno imminutam esse „tribuniciam potestatem," in quibus cum subiectum desideretur, certum est, ait Baiterus, Ciceronis nomen excidisse. — Quod vero excidit, latet in ultima parte vocabuli *poterat*. Scripsit enim Asconius: „Non *poterat orator* negare id factum esse, sed eo (omisso pronomine *is*, quod nulla auctoritate huc pedem male intulit) confugit, ut diceret" cett.

In sententia contra quae statim subiungitur videtur nomen proprium desiderari; quod enim nunc editur, sensu caret. — „Qua vero arte et scientia orationis, ita ut et dignitatem „clarissimorum civium contra quos dicebat non violaret et „tamen auctoritate eorum laedi reum non pateretur, quan„taque moderatione rem tam difficilem *aliis* tractaverit, lectio „ipsa declarabit."

Quibusnam illud tam difficile fuit? Omnibus, ni fallor, et si cui alii certe Ciceroni, qui quo tempore pro Cornelio dicebat, omnibus viribus id agebat ut viam ad consulatum sibi pararet. Asconium igitur scripsisse contendo: „Qua „vero arte et scientia orationis — quantaque moderatione „rem tam difficilem Tullius tractaverit, lectio ipsa declarabit."

In iis, quae leguntur p. 61, Madvigio iudice, non paucorum verborum lacunae sunt, et de toto loco restituendo ita desperat, ut addat: „inutilem corrigendi operam non sum „tam ineptus ut suscipiam;" — ἐν παρόδῳ tamen rectissime pro *praefecturas* restituit *decurias*. Sed apponam primum Asconii verba:

Digitized by Google

„Adiumentum autem habuit, quod, sicut diximus, Corne-
„lius praeter destrictum propositum adversus principum vo-
„luntatem cetera vita nihil fecerat, quod magnopere impro-
„baretur; praeterea, quod et ipse Globulus, qui intercesserat,
„aderat Cornelio, et quod ipsum quoque diximus quod Cor-
„nelius Pompeii Magni quaestor fuerat, apud dicas ....
„praefecturas (leg. decurias) equitum Romanorum et tribuno
„..... et ex tertia quoque parte ..... apud ple-
„rosque exceptis iis ..... familiaris principum civitatis."

Quid haec habeant commune cum narratione de iudicio Maniliano ut Madvigius suspicatur, non satis intelligo. Multa intercidisse coniicit Vir Clar. inter *iis* et *familiaris* et quidem nomen et commemoratio patris Cornelii, ob ea, quae leguntur p. 65. vs. 5 sqq. ubi de patre sermo esse videtur. — De lectione illo loco tamen non constat. Sunt enim qui dicant non legendum esse: „petivit tamen a me *pater* ma-
„xima contestatione ut causam Manilii defenderem," sed petivit a me „*praetore* maxima contestatione" cett., idque ut mihi videtur, summo iure. — Quum enim Manilius quam primum tribunatu functus, igitur anno exeunte, postulatus esset apud praetorem, factum erat non ut decimo die, sicuti mos erat, sed ut postridie adesse iuberetur. Plutarchus facit Manilium reum apud Ciceronem praetorem qui quaestioni de pecuniis repetundis praeerat, inque ea re ni fallor errore implicatur. Quumque tribuni pl. quod postridie adesse Manilius iussus esset, Ciceronem aegre ferentes, in contionem adduxissent, isque (secundum Plutarchum) sese defendisset, flagitavit ab eo populus ut Manilii causam defenderet. Quod publice universus populus fecit, privatim sine dubio multi fecere, et non difficile fuisse arbitror Ciceronem movere ut Manilii, qui Pompeii amicus erat, causam reciperet. — De patre vero mentionem facere non esset huius loci; quam inconsiderate egisset autem Cicero, qui ea dicendo concederet Cornelium Manilii actionum participem fuisse, id quod eius accusatores maxime criminabantur.

Iam vero Cornelii patris commemoratio, hominis plane ignoti, a Madvigio ita ponitur, ut *familiaris* fuerit principum civitatis, quod nullo ne tenuissimo quidem testimonio confir-

Digitized by Google

matur. — Quum praeterea principes illi civitatis, quorum nomina ab Asconio memorantur p. 60, infesti in Cornelium testimonia dixissent, quid quaeso igitur adiumenti Cornelio nasci potest secundum Madvigium, ab iis, licet patris familiares fuissent?

Locus ni fallor in hunc fere modum commode in integrum restitui potest: „Adiumentum autem habuit, quod sicut dixi„mus, Cornelius praeter destrictum propositum adversus prin„cipum voluntatem cetera vita nihil fecerat, quod magnopere „improbaretur; praeterea quod et ipse Globulus, qui in„tercesserat, aderat Cornelio, et quod ipsum quoque diximus, „quod Cornelius Pompeii Magni quaestor fuerat, apud du„as[que] decurias, equitum Romanorum et tribuno[rum ae„rariorum] et ex tertia quoque parte [gratus erat] apud ple„rosque exceptis iis [qui erant] familiares principum civitatis."

Haec certe non pugnant cum ultimis huius commentarii verbis, qnae contra ex his illustrantur: „Magno numero sen„tentiarum Cornelius absolutus est."

Videntur illae lacunae, quas supplere conatus sum originem non inde duxisse, quod in codice ipso vacua spatia fuerint, sed quod partim foliorum orae aut avulsae aut a tineis blattisque paene comesae fuerint [1]), et si hoc verum est, ab ipso Madvigio argumentum peto, contra illius coniecturam, de longiore lacuna inter *iis* et *familiaris;* nempe videtur ita in codice fuisse:

1. intercesserat, aderat Cornelio et quod ipsum
2. quoque diximus, quod Cornelius Pompeii
3. Magni quaestor fuerat apud duas[que de-]
4. curias equitum R° et tribuno[rum aerariorum]
5. et ex tertia quoque parte [gratus erat]
6. apud plerosque exceptis iis [qui erant]
7. familiares principum civitatis.

Quibus respondisse videntur, in pagina quae *versa* dicitur, quae nunc leguntur apud Orellium p. 63, eodem modo depravata, hoc uno discrimine quo eo loco capita versuum perierint; hic enim finis deest:

[1]) Madvigii verba haec sunt in Disp. Critica de Q. Asc. Ped. p. 30.

Digitized by Google

1. Quid? Metellus summa nobilitate et
2. virtute, cum bis iurasset, semel privatim et
3. [iterum] lege deiectus est ratione (?) an vi an veri
4. ..... suspitionem animi tollit
5. ..... virtus ac dignitas et Q. Metelli
6. ..... adolescentia ad summam laudem
7. omnibus rebus ornata.

Multa in Asconii commentariis restituendis debentur Ravio, a cuius coniectura tamen h. l. discedendum esse arbitror. Scripsit enim: „Quid Metellus summa nobilitate ac „virtute, cum bis iurasset; semel privatim *postente patre ite-* „*rum publice et lege*" cett.; quae quum partim etiam in Orellii editione legantur, dicam, cur aliter conceptam eam sententiam fuisse credam. Etenim, quod saepius indicavi, etiam h. l. usu venit: ut Asconii verba ex Ciceronianis, sic Ciceronis orationem ex Asconianis saepissime posse restitui. Scribit autem Asconius in fine adnotationis ad hunc locum: „Huc ergo illud pertinet, cum iurasse dixit semel privatim „„et iterum lege"" quae verba sine dubio ex ipsa oratione Tulliana petita sunt.

Ultima huius loci pars ex Asconii adnotatione commode suppleri potest. Constat enim ex his verbis: „Confugit „autem orator ad Metelli nobilitatem et ad C. Curionis „industriam" et *industriam* et *nobilitatem* apud Ciceronem scriptum fuisse, quapropter sic legendum esse arbitror:

suspicionem ex animo tollit
[et C. Curionis] *industria* ac dignitas et Q. Metelli
[nobilitas et] adolescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata.

Eadem observatio et Ciceroni et Asconio prodesse potest p. 65 et p. 66 init.

1. Nam cum is tr. pl. duas leges tulisset in eo
2. magistratu unam perniciosam, alteram egregiam;
3. ... quod summam rempublicam non laesis.
4. [set id] ab illo ipso tr. abiectum est, quod autem
5. ..... manet in extraordinario
6. ..... dis fuit.

Digitized by Google

Quibus respondet sequenti pagina fragmentum lacunosum de legibus C. Cottae abrogatis quod maximam partem aliis praeeuntibus (quos vide apud Orellium) sic restituendum esse videtur:

1. neque apud Fenestellam
2. ullius alterius latae ab eo legis mentio [est]
3. praeter eam, quam in consu[latu tulit invita]
4. nobilitate magno populi studio ut iis, [qui tr. pl.]
5. fuissent, alios quoque magistratus [capere]
6. liceret, quod lex dictatore L. Sylla paucis [ante annis]
7. lata *prohibebat* cett.

Luce clarius est, opinor, in priore fragmento non bis fuisse *quod summa respublica*, ut nunc est apud Orellium, sed scribae errore quod in superiore versu esset, in altero esse repetitum vel ex Poggii vel alius alicuius interpolatione additum; in penultimo autem versu ubi agitur, ut ex Asconii ad h. l. annotatione apparet, de bello Mithridatico *extra ordinem* Pompeio mandando, legitur: *vestri ordina*, in quibus *extraordinario* vel alius huius adiectivi casus latet.

In Asconii ad h. l. fragmento vitium tolli potest Ciceronis verbis ad certam emendationem viam indicantibus. Legitur: „Dictum est etiam supra de his legibus: quarum una de „libertinorum suffragiis, quae cum Senatusconsulto damnata „esset, ab ipso quoque Manilio altera defensa est, altera de „bello Mithridatico" cett.

Legendum autem videtur duce Cicerone, qui habet: *ab illo ipso tr. abiectum est:* „Dictum est supra de his legibus, qua„rum una de libertinorum suffragiis, quae cum Senatuscon„sulto damnata esset, ab ipso quoque Manilio *abiecta est.* „Defensa est altera de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra „ordinem mandando." cett.

p. 64. vs. 6.

Satis mirari non possum editores non esse assecutos Ciceronis mentem in his verbis: „Legem inquit de libertino„rum suffragiis Cornelius C. Manilio dedit. Quid est hoc, „DEDIT? An tulit? an rogavit? an hortatus est? At tulisse

Digitized by Google

„ridiculum est, quasi legem aliquam aut ad scribendum dif-
„ficilem aut ad excogitandum reconditam" cett.

Locum vitium fovere cum alii tum Madvigius docuerunt. At hic veram emendandi viam non ingressus est. Obiicitur nempe Cornelio quod illam legem de libertinorum suffragiis *dederit* Manilio; iam quaerit orator quid sit, quid significet illud *dedit;* sitne *rogavit, hortatus est,* an tertium aliquod, quod eiusdem potestatis fuerit, necesse est; igitur multo minus quam tulit. Ferre porro legem Maniliam non poterat esse cuiusquam alius, quam ipsius Manilii; „utrum sua sponte „(verba sunt Madvigii) an a Cornelio impulsus esset quaere-
„batur." Idcirco scribit Madvig. „Attulit? an rogavit? an
„hortatus est?" Deinde addit: *Attulisse ridiculum est* cett., quod si dixit Cicero, necessarium est ut in oratione etiam expositum fuerit, ineptum fuisse *rogare*, et magis quam dici possit absurdum *hortari* Manilium ut eam legem ferret. Sed tota coniectura Madvigii inepta est, et quo luculentiora et praeclariora sunt, quae vir amplissimus in Asconio eximie restituerit, eo magis offendit haec mutatio.

Scripsit enim Cicero:

„Legem inquit de libertinorum suffragiis Cornelius C. Manilio dedit. Quid est hoc DEDIT. *Impulit?* an rogavit? an hortatus est? Nam dedisse ridiculum est, quasi legem aliquam aut ad scribendum difficilem aut ad excogitandum reconditam cett."

Simulat igitur orator se vim verbi dandi h. l. non assequi et rogat quid illud sibi velit. — Necesse est ut alia significandi potestate illud verbum usurpaverit accusator quam vulgo solet, „nam *dedisse* ridiculum est" cett., unde apparet falli Madvigium quum scribat: „deinde *nam* alienum est in primo „membro refutationis."

Addo in ed. princ. esse *an tulisse;* in pluribus ex antiquis edd. *nam tulisse;* Sigonio deberi: „*nam dedisse.*"

p. 68 init. Nullo negotio suppleri potest in Ciceronis verbis, quod Asconio deest in adnotatione ad eum locum ubi disputat orator quot genera sint, in quibus per *senatum* more maiorum statuatur aliquid de legibus. Scripsit enim Asconius:

Digitized by Google

„Q. Caecilius Metellus Numidicus, M. Iunius Silanus, de „quibus facit mentionem, consules fuerunt bello Cimbrico, „quod diu prave simul et infeliciter gestum est. Atque ipse „quoque hic Iunius male rem adversus Cimbros gessit, ac [Se„natus] plures leges quae per eos annos, quibus haec signi„ficabantur, populo latae erant — abrogavit."

In voc. *significabantur* vitium est quod tollere non possum. Neque acquiescendum puto in eo, quod Orellius excogitavit: „quibus haec minitabantur populo."

Monstrum ali videtur in verbis Ciceronis p. 71, ubi exponit non pertinere ad crimen imminutae maiestatis tribuniciae, quod Cornelius, intercedente collega, codicem legisset. Facta enim alia esse multo graviora ab Aulo Gabinio, Cornelii collega, quae tamen in crimen non essent vocata. In quibus unum est, si editoribus credimus, satis lepidum. Omnes enim edunt: „Neque enim maius est legere codicem, „cum intercedatur, quam sitellam ipsam *cum* ipso intercessore „deferre;" quod quid sit, non capio. Legendum esse suspicor: „quam sitellam ipsam *coram* ipso intercessore deferre."

In Asconii adnotatione ad locum praecedentem recte Orellius quid Asconius vellet, assecutus est et partim emendasse videtur haec verba: „Et aliquamdiu Trebellius ea re non „perterritus aderat, perstabatque in intercessione, *quod dam„nari* magis quam perseveraturum esse Gabinium arbitrare„tur," ubi *minari* Orellius, idque recte, si addidisset modo, litterarum ductus eo ferre ut legendum sit: „*quoniam minari* „magis, quam perseveraturum esse Gabinium arbitraretur."

Proxime sequentia:

„Sed postquam VII et X tribus rogationem acceperunt et „una mens esset et ut modo superat populi iussum confice„ret, remisit intercessionem Trebellius." cett. interpolata et corrupta esse videntur. Coniunctivo *esset* locum non video et scripsisse Ciceronem coniicio: „sed postquam VII et X tri„bus rogationem acceperunt, et una modo *supererat ut* populi „iussum conficeret, remisit intercessionem Trebellius."

Digitized by Google

Leve est, nec tamen praetermittendum, quod in sequenti scholio corrigi potest:

„Diximus iam in principio Cornelium primo legem promulgasse ne quis per senatum *lege solveretur*," immo *legibus solveretur*.

Vitium inde natum esse videtur, quod casus, quos vocant obliquos, huius substantivi scriberentur LEG. in singulari, LEGG. autem in plurali.

Editur apud Orellium p. 78 vs. 14:

„Qui (nobiles) non modo cum Sylla verum etiam illo „mortuo, semper hoc per se summis opibus retinendum putaverunt, inimicissimi C. Cottae fuerunt, quod is consul „paulum tribunis pl. non potestatis sed dignitatis addidit," in quibus, ni fallor, oppositio *cum Sylla* et *illo mortuo* non bene procedit; praeterea praepositio *cum* non est in editione princ., sed a seqq. editoribus addita. Concinnitas videtur postulare ut legatur: „Qui non modo Sylla *vivo* verum etiam illo mortuo — — putaverunt."

Corrupta et interpolata esse videntur Ciceronis verba ap. Asconium p. 80 vs. 5, ubi nunc editur:

„Quid? Avunculus tuus, clarissimus vir, clarissimo patre, „avo, maioribus, credo, silentio, favente nobilitate, nullo „intercessore comparato, populo Romano dedit et potentissimorum hominem collegiis eripuit cooptandorum sacerdotum „potestatem."

Quid *silentio* sit h. l. nemo facile dicet. Concinnitas praeterea orationis ni fallor postulat ut optimates et plebeii coniungantur. Scriptum igitur fuit, ut arbitror: „Quid? avunculus tuus clarissimus vir clarissimo patre, avo, maioribus, „credo silente nobilitate, nullo intercessore comparato," cett. in quibus *favente* adscriptum est, quo explicaretur *silente*, quod postea in *silentio* corruptum est.

Digitized by Google

IO. FRED. GRONOVII

CONIECTURAE IN ASCONIUM.

Asservantur in Bibl. Publ. Academiae Lugd.-Batavae duo exemplaria Asconii, quae quondam in Io. Fred. Gronovii bibliotheca fuerunt. Inter Gronoviana sunt n°. 62 et 63, 12°. In his libris nonnulla adnotata sunt, quae cum viris doctis communicare operae pretium mihi visum est, tum ob eas adnotationes ipsas, tum ut suspicionem tollerem, quae virum unum nostris temporibus optime de Asconio meritum obsidere intellexi.

Scribit enim Madvigius in aureo opusculo de Q. Asconii Pediani Commentariis, nobis saepius laudato p. 53 et 54, in Commentariis Asconii apud Haackios editis (Lugd. Batav. 1644 et 1675, 12°), negligenter admodum descriptis, nihil novi esse praeter temerarias interpolationes locorum nonnullorum, ut in commentario Cornelianae locus mancus et corruptus de tribunatu Manilii p. 97 Hot., et in eodem commentario, locum de more comitiorum p. 101 Hot. primum in his edd. ita interpolatum reperiri, ut nunc inter fragmenta Ciceronis editur (Sch. XVI. II p. 22); se nescire, quis harum mutationum auctor sit, nisi quod in incertam coniecturam inductus sit verbis quibusdam Iac. Gronovii, ut paene suspicetur eas a Io. Fred. Gronovio profectas esse.

Nititur autem ea suspicio his Iac. Gronovii verbis in eius praef. ad Cic. fol. 5 verso: „Asconio quidem quas emendationes satis probabiles passim admixtas et interpositas videbis, ex chirographo patris excerpsi, cuius illae omnes sunt;" in Gronoviana editione, addit Madvigius, utriusque loci eadem

Digitized by Google

est lectio atque in editt. Haackianis. Sed non potuit vir summus a se impetrare, ut in Gronoviana edit. diligentius conferenda tempus perderet.

Sunt haec argumenta, si eo nomine digna sunt, me iudice non satis valida ut crimen iaciatur in summum illum Gronovium, qui si alicui scriptori operam navabat, certe aliud quid proferre solebat, quam „temerarias interpolationes." Tota res autem nullo fundamento nititur; nam si illae interpolationes in editt. Haackianis idcirco a Io. Fr. Gronovio cum earum editore communicatas esse existimat Madvigius, quod etiam in Gronoviana inveniuntur, diligens huius editionis collatio meliora eum docere potuisset. Unum enim exemplum afferam. Legitur in fine commentarii Asconii ad Scaurianam: „Cato praetor iudicium, quia aestate agebatur, sine tu- „nica exercuit campestri sub toga cinctus. In forum quoque „sic descenderat iusque dicebat, idque reppererat ex vetere „consuetudine, secundum quam et Romuli *et Tatii* statuae „in Capitolio — fuerunt togatae sine tunicis."

In eo loco antea fuit: „Romuli *aeratae* statuae;" quod nunc editur apud Orellium est ex Gronoviana editione petitum fol. 8 parte postica, non tamen communicatum cum Haackianae editoribus; in quibus si Madvigium audias „nihil „est novi praeter temerarias interpolationes."

Praeterea ex exemplaribus quibus Io. Fred. Gronovius usus est [1]) apparet eum neque locum ex Scauriana neque locos ex Corneliana attigisse; unde conficio Iac. Gronovio fidem non esse habendam scribenti, se emendationes passim interpositas ex chirographo patris excerpsisse.

Io. Fred. Gronovii adnotationes autem hae sunt:

AD ORATIONEM PRO C. CORNELIO.

p. 58. Or. vs. 7. fracti eius fasces *cuncti.*
Gron. fracti eius fasces *sunt.*

---

[1]) Altera harum editionum prodiit Lugduni a. 1551. ap. Ioan. Tornaesium et Gul. Gazeium, altera a. 1578 Coloniae ap. Ludov. Alectorium, de quibus vide Madvig. Op. laud. p. 46 sqq. et 52. — Haackianae multo post in lucem sunt editae.

Digitized by Google

p. 60. vs. 3. recreavisset iam accepta pecunia tollere (nullo signo lacunae).
Gron. in ed. a. 1551; decrevisset infamiam acceptae pecuniae tollere.
p. 62. init. „Exstat oratio *Cominii* accusatoris."
Quod in Orelliana adnotatur, pro vulg. *hominis* ex Madv. et Or. emendatione esse, repositum *Cominii* iam in utroque exemplari Gronovii adscriptum est.
p. 63. init. Semel privatim privatim patre publice legis:
Gron. patri, publice in legem.
Ibid. *an* vi Gron. *non* vi.
Quae leguntur in fine p. 64 sic edebantur in exemplaribus Gron.:
„et propter quod ipse Sulpitius Cos. *armis ire* (in „altera *armis Syllae*) oppressus esse visus est."
Gron. „*consularibus armis iure* oppressus esse visus est."
p. 67. vs. 14. „*de regendis in sua civitate*."
Gron. *de redigendis in suam civitatem*.
p. 71. init.: „quam sitellam ipsam cum ipso intercessore *deferre*."
Gron. *evertere*.
p. 74. fin. „*res* vulgare nomen esse Philerotis."
Gron. „*scis* vulgare" cett.
p. 78. vs. 7. „C. Mario *C. Flacco*."
Gron. „*Flavio*."
p. 79. init. „Quam L. Roscius Otho biennio ante *Coss. firmavit*."
Gron. *confirmavit* ut ad Velleium citat C. Puteanus.
p. 80. init. „Quos hac secunda oratione *tractat*."
Gron. *taxat*.

AD ORATIONEM IN TOGA CANDIDA.

p. 85. fin. Te Q. Muci tam male *de Rep.* „existimare" cett. praeter Ed. princ. omnes habebant. Baiterus recte scripsit *de Populo Romano;* idem iam annotavit Gronovius.
p. 86. init. „*Cum te* furti L. Calenus ageret."

Digitized by Google

Gron. „*cum tecum* furti L. Calenus ageret." cf. Orelli coni. ad h. l.

Ibid. „Cuius tu *consilium*."
Gron. „*praesidium*."

p. 88. vs. 14. „dedit *gladiatorium*."
Gron. „*gladiatores*."

p. 91. „*Utpote* (in vett. editt. est *ne puto* et *ut puto*) quam post mortem Ciceronis" cett.
Gron. „*ut puta*."

p. 93. Egregie emendatum est facillima medicina a Gronovio, quod omnes adhuc corruptum reliquerunt:
„Praetereo illum nefarium conatum tuum et paene „acerbum et luctuosum reipublicae diem, cum Cn. „Pisone socio, *neque alio nemine* caedem optimatium „facere voluisti."
Gron. „*ne quem alium nominem*" cett.

p. 94. vs. 4. „*ut avus suus* ablegaretur."
Gron. „*ut a rep.* ablegaretur."

AD ORATIONEM PRO MILONE.

p. 48. vs. 14. „Multique ex *Milonis*."
Gron. „*ex Milonianis*."

p. 52. vs. 2. „Item, cum senatus in porticu Pompeii habe- „retur, ut Pompeius posset interesse, *unum tum* „excuti prius, quam in Senatum intraret iusserat."
Gron. *unumquemque*.

p. 54. init. *vetiar e rep.*
Gron. *verti a rep.* Voss. ad Vell. p. 70.

Ad ceterarum orationum Commentarios nihil adnotatum invenio.

Scripsi Arnhemiae Kal. Febr. MDCCCLXII.

S. H. Rinkes.

Digitized by Google

BYZANTINORUM ΨΗΦΙΣΜΑ APUD DEMOSTHENEM EMENDATUM.

Quaecumque in nobilissima Demosthenis oratione *περὶ τοῦ στεφάνου* circumferuntur documenta, *Ψηφίσματα*, *Νόμοι*, *Ἐπιστολαί*, *Κατάλογοι* cet. spuria sunt et commenticia omnia praeter unum. In caeteris omnibus fraus perpluit. Tanta enim inest in Graeculis impostoribus, qui ista impudenter supposuerunt, inscitia rerum et verborum, quibus genuina antiquitatis monumenta concipiebantur, ut nemini eorum, qui aliquid in his rebus intelligant, imponere diutius possint. Nimium diu viros doctos ista ludificata sunt, qui et *ἄρχοντας ψευδεπωνύμους* et quid non commenti sunt, ut inepta Graeculorum figmenta tuerentur, quae nunc omnium consensu cum contemtu abiiciuntur.

Sed est in eadem oratione unum documentum, quod omnes habet veritatis numeros et tam certa fide probum et genuinum est quam certum est reliqua omnia spuria esse atque supposita, nempe *τὸ τῶν Βυζαντίων ψήφισμα*, quod legitur pag. 255, 20. Mirabitur aliquis et olim saepe miratus sum ipse quo tandem pacto, quum reliqua omnia ineptissime ficta sint, unum tantum vetustum hoc documentum ex communi veterum monumentorum naufragio evaserit. Perierant dudum quum ista fingerentur *τὰ τοῦ Κρατέρου ψηφίσματα*, perierant eruditi historici et antiquarii, unde harum rerum notitia hauriri potuisset. Qui igitur fieri potuit ut solum ex omnibus Byzantinorum *ψήφισμα* salvum et incolume pervenerit in manus eorum, qui Demosthenis Codices huiuscemodi additamentis augerent? Dicam et alio simili exemplo rem in clara luce ponam. Quo tempore Demosthenis Codices, unde nostri

Digitized by Google

libri manarunt, Constantinopoli exarabantur, exstabat etiam in portu (ἐν τῷ Βοσπορείῳ) illud ipsum monumentum, quod in ψηφίσματι commemoratur. Tres statuae ingentes (ἑκκαιδεκαπάχεις) olim positae fuerunt ἐν τῷ Βοσπορείῳ. In basi de more erat subscriptum τὸ ψήφισμα, ex quo olim decretae statuae positaeque fuissent. Longa dies statuas fortasse deleverat, sed basin et inscriptionem nondum deleverat quo tempore homines pro captu illorum temporum eruditi Demosthenis orationes Constantinopoli describendas curabant, quorum unus reperit forte vetus monumentum repertumque agnovit et sic optime orationi Demosthenicae inseruit. Exstabant olim Constantinopoli complura remotae antiquitatis monumenta, quorum commemorabo unum, quod etiamnunc ibidem exstat. Post victoriam Plataeensem a Graecis Apollini Delphico de manubiis donatus est τρίπους χρύσεος ἐπὶ τρικαρήνου ὄφιος χαλκέου ἑπτεφεώς, teste Herodoto IX. 81. in quo quid fuerit inscriptum memoriae prodidit Thucydides I. 132. Aurum in bello sacro Phocenses rapuerunt, aeris quod erat reliquerunt, ut refert oculatus testis Pausanias X. 13. 9: ὅσον μὲν δὴ χαλκὸς ἦν τοῦ ἀναθήματος σῶον καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι ἦν· οὐ μέντοι κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τὸν χρυσὸν οἱ Φωκέων ὑπελίποντο ἡγεμόνες. Itaque Hadriano imperante Delphis supererat ὁ χαλκοῦς ὄφις ὁ τρικάρηνος, quem postea οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς μετέθηκαν ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον τοῦ Βυζαντίου, ut scribit homo Constantinopolitanus ad locum Thucydidis I. 132. Nemo nescit antiquissimum hoc donarium etiamnunc post annos 2340 superesse et in eo hodieque inscriptas esse ἐνσμασὶ τὰς πόλεις ὅσαι ξυγκαθελοῦσαι τὸν βάρβαρον ἔστησαν τὸ ἀνάθημα, ut scribit Thucydides l. l.

Eodem igitur modo, ut suspicor, exstabat in portu Constantinopolitano basis antiqua servans illud ipsum ψήφισμα, quod in Demosthenis nobilissima omnium oratione erat commemoratum. Advertit ea res aliquem hominem eruditum et sic antiquum decretum Codicibus Demosthenis inseri coeptum est. Exstat et in aliis libris et in uno omnium praestantissimo S Parisino, in quo nihil de caeteris commenticiis monumentis inest. Exstat autem multis mendis vitiisque obsitum, quae magnam partem certa correctione emendata iam

Digitized by Google

sunt et arguunt pleraque Graeculorum inscitiam in rebus vocabulisque perantiquis caecutientium. Sic ЄΝΤΑΙΑΛΙΑΙ (*ἐν τᾷ ἀλίᾳ*) abiit in *ἐντεαλια*, ЄΓΚΤΑCΙΝ — ΓΑCΚΑΙΟΙΚΙΑΝ (*ἔγκτασιν γᾶς καὶ οἰκιᾶν*) depravatum est in *ἔκτασιν γᾶς καὶ οἰκίαν*, ΠΟΘΟΔΟΝ (*πόθοδον*) in *ποθ' ὅλον*, ΠΡΑΤΟΙC (*πράτοις*) in *παρα τοις*, similiaque. Etiamnunc post multorum curas superest nonnihil, quod melius constitui et in integrum restitui debeat. Dicuntur Athenienses Byzantinis et Perinthiis tulisse opem *Φιλίππω τῶ Μακεδόνος ἐπισρατεύσαντος — καὶ τὰν χώραν δαίοντος καὶ δενδροκοπέοντος*. Pro *δαίοντος* in libris est *δέοντος* tralaticio errore, quales quo est quisque liber antiquior eo esse solent frequentiores. Sic supra est *ἐντεαλια* pro *ἐν τᾶι ἀλίαι* et infra *ἔν τε ἑλλάδι* pro *ἐν τᾶι Ἑλλάδι*. Non est igitur ulla dubitatio quin *δέοντος* natum sit ex ΔΑΙΟΝΤΟC, neque tamen *δαίοντος* genuinum aut sanum est. *Δαίω* enim priscum et cascum linguae epicae vocabulum est, quod olim erat intermortuum ac sepultum, quum Philippus Byzantium obsidere coepit. *Δαίω* et *δέδηα*, *ἀμφιδέδηα*, *ἡμιδαής* caeteraque hinc nata in linguam popularem numquam usu recepta sunt. *Καίω* constanter omnes dicebant si *urere* aut *incendere* vellent dicere. Deinde quis sanus credat Philippum, quum Byzantium obsidere pararet, agrum in quo diu deberet considere ignibus totum *exurere* potuisse? Apud Xenophontem saepius *κάειν* et *κόπτειν*, *κάειν* et *τέμνειν* coniunguntur et subinde Graeci in Anabasi omnia ferro et *flammis* delent, veluti VI. 3. 15 et 19: *ἔκαον πάντα ὅσα καύσιμα ἑώρων — ὥςε πᾶσα ἡ χώρα αἴθεσθαι ἐδόκει*, sed non sic Philippus cum Byzantinis bellum gerebat. Denique sic nihil erat opus *δενδροκοπεῖν*, namque ipsae arbores, credo, flammam traxissent. Esto igitur *δαίοντος* mendosa lectio et quaeramus meliorem. Inspiciamus primum rem ipsam, deinde veterum librorum scripturam ΔΑΙΟΝΤΟC excutiamus. Philippus id fecit, ut opinor, quod unusquisque in tali re solebat, nempe agrum hostilem ingressus omnia *depopulatus est* ac diripuit. Armenta et greges abegit, mancipia abduxit, instrumenta rustica et si quid esset supellectilis abstulit, praeterea arbores exscidit. Ecquid autem huiusmodi ex ΔΑΙΟΝΤΟC exsculpi potest? Facillime: inest enim forma Dorica verbi, quo Graeci

Digitized by Google

omnes in ea re constanter utuntur, nempe δῆοῦν. Quis non saepe legit καὶ ἐμβαλόντες ἐδήουν τὴν γῆν, aut ἐδήωσαν τὴν χώραν aut δῃώσαντες τὴν χώραν ἀπῆλθον aut alia multa his similia? Hoc ipsum inest in ΔΑΙΟΝΤΟC, nempe καὶ τὰν χώραν δαϊόντος καὶ δενδροκοπέοντος, Dorice dictum pro δῃοῦντος. Pro Ionico δῄιος Dores δᾴιος dicebant, unde nomina Μενεδᾴιος et Θρασυδᾴιος formata sunt, et verbum δαϊοῦν et δᾳοῦν, ut in inscriptione a Dindorfio laudata ad Steph. Thesaur. δᾳώσας ἑπτὰ μὲν ἄνδρας. Forma autem Dorica δαϊόντος vel δᾳόντος, pro δῃοῦντος, comparanda est cum κατοικόντες, κρατόντες, πωλόντες, κοσμόντες similibusque, quas collegit Ahrens *de Dial. Dorica* p. 212.

Post pauca Dindorfius edidit: ἐξείλετο ἀμὲ ἐκ τῶν μεγάλων κινδύνων. In plerisque libris est ἄμμε, in optimo S. αμε. Scriptum erat AMϵ, in quo ἀμέ Doricum pro ἡμᾶς inerat. Solent ἀμές et ἀμέ, ὑμὲς et ὑμέ ab indoctis scribis refingi in ἄμμες, ἄμμε, ὔμμες et ὔμμε, quia hae sunt formae ex Homero omnibus notae. Miror Dindorfium, qui ter de suo Ἀθαναίων pro Ἀθηναίων reposuit, sine suspicione retinuisse ἐσεφάνωται ὁ δᾶμος ὁ Ἀθαναίων ὑΦ' ἡμῶν. Absurde optimi libri ὑΦ' ὑμῶν. Verum est ὑΦ' ἀμῶν. Contrario errore Dindorfius pro incorrupta forma formam barbaram in textum recepit in decreti initio: ἔν τε τοῖς προγεναμένοις καιροῖς — ἔν τε τῷ παρεσακότι καιρῷ, namque mera est barbaries προγεναμένοις dicere pro προγενομένοις, neque prodest locos ex Archimede apponere ubi γενάμενος legatur, quoniam nemo umquam ἐγενάμην pro ἐγενόμην in usu fuisse demonstrabit. Ludunt librarii in permiscendis γενόμενος, γεγενημένος, et γεγεναμένος, quibus denique accedit barbarum γενάμενος.

Unum etiam in decreto mendum superest in his verbis: ἀποσεῖλαι δὲ καὶ θεωρίας ἐς τὰς ἐν τᾷ Ἑλλάδι παναγύριας. Pro θεωρίας in optimis libris est δωριασ, in aliis inepta coniectura δωρεάς. Valckenaerius in *Diatr. Eurip.* p. 278 sententiam loci restituit emendans θεωρίας, sed non restituit amissam veterem lectionem. Dores enim omnes constanter pro θεωρός dicebant θεαρός. Nota est Epicharmi fabula Θεαροί. Nota est Dobraei palmaria emendatio in Xenophontis Hellen. VI. v. 7. ἐν τοῖς θεαροῖς pro θεάτροις, Hinc θεαροδόκος et

Digitized by Google

θεαροδοκία apud Dores usitata sunt pro θεωροδ. Hinc et nomen Θεαρίδας Doricum, ut Θέωρος Atticum. Itaque Byzantini decreverant ἀποστεῖλαι θεαρίας, quod in θεωρίας, δωριας et δωρεάς corruptum est.

C. G. COBET.

CICERO PRO PLANCIO III. § 8.

Cicero Plancium defendens quum dixisset III. § 8. *nec si a populo praeteritus est quem non oportuit, a iudicibus condemnandus est qui praeteritus non est*, ita pergit: *Nam, si ita esset, quod patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, ut reprehensores essent comitiorum, id haberent iudices; vel, quod multo etiam minus est ferendum: tum enim magistratum non gerebat is qui ceperat si patres auctores non erant facti: nunc postulatur a vobis ut eius exilio qui creatus sit iudicium populi Romani reprehendatis.*" Ut sana sit sententia expunge absurdum *vel* et ita verba constitue — *id haberent iudices, quod multo etiam minus esset ferendum.* Deinde exponit cur multo etiam minus esset ferendum iudices id habere quam olim patres. Patres enim honorem tantum alicui eripiebant, iudices *salutem* quoque, namque honos nonnisi *damnato* eripi poterat. Hoc ipsum dixerat Cicero sed proclivis error eius verba obscuravit. Non enim *exilio* sed *exitio* dederat „*ut eius* exitio *qui creatus sit iudicium populi Romani reprehendatis.*" De more in concitata oratione *exitium* pro *damnatione* posuit, ut in fragmento orationis pro Oppio (apud Ammian. Marcell. 30, 8) *Multum posse ad* salutem *alterius honori multis, parum potuisse ad* exitium *probro nemini umquam fuit.* Ne quis autem putet nimium esse *exitium* in illa causa dicere, inspiciat mihi vel § 79. *Agitur Cn. Plancii salus, patria, fortunae.*

EXILIUM et EXITIUM eodem modo confusa esse suspicor in oratione pro C. Rabirio perduellionis reo IX. § 25: „*numquam profecto istam imaginem, quae domi posita pestem atque* exilium *Sex. Titio attulit, in Rostra atque in concionem attulisses.*" Ubi si *pestem atque exitium* restitueris praesidium habebis in iis quae nuperrime scripsit Bakius in *Scholic. Hypomnem.* V. p. 73.

C. G. COBET.

Digitized by Google

AD HOMERICUM HYMNUM IN APOLLINEM

(vs. 146—150 et 165—172.).

Quantam labem longa dies et hominum indoctorum incuria et sciolorum temeritas Antiquitatis monumentis afferre possint, optime declarant duo loci ex antiquissimo *προοιμίῳ Ἀπόλλωνος*, quos nobis et Codices Hymnorum Homericorum servaverunt et Thucydides III. 104 descripsit. Est operae pretium verba poëtae ut apud utrumque scripta sunt inter se componere et in his nascentem ac gliscentem labem veteris lectionis animadvertere, tum vero ex utriusque testimonii tabulis quemadmodum nonnulla in integrum restitui possint constituere. In Moscoviensi Codice, qui mihi haec scribenti ob oculos est, priorem locum sic scriptum esse video:

ἀλλὰ σοὶ δήλῳ Φοῖβε μάλις' ἐπετέρπεο ἦτορ
ἔνθά τοι ἑλκεχίτωνες ἰάονες ἠγερέθονται.
αὐτοῖς σὺν παίδεσσιν καὶ αἰδοίης ἀλόχοισιν.
οἱ δέ σε πυγμαχίῃ τε καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ
μνησάμενοι τέρπουσιν ὅταν ϛήσωνται ἀγῶνα.

et paucis interpositis:

ἀλλά γε λητὼ μὲν καὶ ἀπόλλων ἀρτέμιδι ξύν.
χαίρετε δ' ὑμεῖς πᾶσαι. ἐμοῖο δὲ καὶ μετόπισθεν
μνήσασθ', ὁππότε κέν τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
ἔνθα δ' ἀνείρηται ξεῖνος ταλαπείριος ἐλθών.
ὦ κοῦραι, τίς δ' ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιϛος ἀοιδῶν
ἐνθάδε πωλεῖται. καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιϛα.
ὑμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνεσθ' ἀΦ' ἡμέων.
τυφλὸς ἀνὴρ οὐκ εἶδε χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Haec Moscoviensis liber. Idem carmen Thucydides pro Homerico legerat eoque de ludis in insula Delo olim ab Ionibus celebratis testimonio utitur III. 104. *ἦν δέ ποτε καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος ἐς τὴν Δῆλον τῶν Ἰώνων τε καὶ περικτιόνων νησιωτῶν. ξύν τε γὰρ γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐθεώρουν — καὶ ἀγὼν*

Digitized by Google

ἐποιεῖτο αὐτόθι καὶ γυμνικὸς καὶ μουσικός. — Δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος ὅτι τοιαῦτα ἦν ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε, ἃ ἐστιν ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος.

ἀλλότε Δήλῳ, Φοῖβε, μάλιστά γε θυμὸν ἐτέρφθης,
ἔνθα τοι ἑλκεχίτωνες Ἰάονες ἠγερέθονται
σὺν σφοῖσιν τεκέεσσι γυναιξί τε σὴν ἐς ἀγυιάν.
ἔνθα σε πυγμαχίῃ τε καὶ ὀρχηστυῖ καὶ ἀοιδῇ
μνησάμενοι τέρπουσιν ὅταν καθέσωσιν ἀγῶνα.

et post pauca ἐκ τοῦ αὐτοῦ προοιμίου haec descripsit:

ἀλλ' ἄγεθ' ἱλήκοι μὲν Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξύν,
χαίρετε δ' ὑμεῖς πᾶσαι. ἐμεῖο δὲ καὶ μετόπισθε
μνήσασθ', ὁππότε κέν τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
ἐνθάδ' ἀνείρηται ταλαπείριος ἄλλος ἐπελθών·
ὦ κοῦραι, τίς δ' ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιστος ἀοιδῶν
ἐνθάδε πωλεῖται καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιστα;
ὑμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθ' εὐφήμως·
τυφλὸς ἀνὴρ οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Mirificam vides scripturae varietatem et discrepantiam, quae magnam partem scribis et correctoribus debetur. Insunt foedi errores ac manifesti, veluti ἀλλὰ σοὶ pro ἀλλὰ σύ, ἀλλά γε λήτω pro ἀλλ' ἄγεθ' ἱλήκοι, οὐκ εἶδε pro οἰκεῖ δέ, et apud Thucydidem ἀλλότε pro ἀλλὰ σύ, ταλαπείριος ἄλλος pro ξεῖνος ταλαπείριος, aliaque. Interpolata est antiqua et proba scriptura in verbis μάλις' ἐπετέρπεο ἦτορ et μάλιστά γε θυμὸν ἐτέρφθης, quarum lectionum neutra sana et integra est. Restituenda est utraque sic ut in illa reponatur: μάλις' ἐπιτέρπεαι ἦτορ, in hac: μάλις' ἐπὶ θυμὸν ἐτέρφθης. Non sunt hae eiusdem loci diversae scripturae, sed sententiae eiusdem diversa conformatio, qualis est haec quoque:

αὐτοῖς σὺν παίδεσσι καὶ αἰδοίῃς ἀλόχοισιν,

et:

σὺν σφοῖσιν τεκέεσσι γυναιξί τε.

utrumque recte habet, utrumque habet antiqui carminis colorem et omnes numeros veritatis. Potior tamen videtur altera sic correcta:

αὐτοῖσιν παίδεσσι καὶ αἰδοίῃς ἀλόχοισιν.

et in superiore loco praesens tempus aliquanto rei convenientius est:

Digitized by Google

ἀλλὰ σὺ Δήλῳ, Φοῖβε, μάλις' ἐπιτέρπεαι ἦτορ.

Facilis et certa optio est inter ὀρχηθμῷ et ὀρχησυῖ, nam prisca es rarior forma ὀρχησυῖ a correctore sciolo sic in notiorem reficta est; sed quis absque Thucydide fuisset vitium in verbis ὅταν σήσωνται ἀγῶνα non dico deprehendere potuisset, sed certa et evidenti correctione emendare? Apud Thucydidem est scriptura haec:

ὅταν καθέσωσιν ἀγῶνα.

cum hac futili Codicum discrepantia καθέζωσιν, καὶ θέσωσιν et καθιςῶσιν, quae non sunt unius assis. Καθέσωσιν barbarum est, καθιςῶσιν inepti Graeculi commentum simul loquendi usum et metrum pervertentis. Στήσωνται ἀγῶνα alio nomine vitiosum est. Ex ipsa rei natura numquam ἱςάναι et τιθέναι inter se permutari possunt, ut neque ἑςάναι et κεῖσθαι, quae est utriusque verbi *perfecti passivi* forma. Itaque quia constat τιθέναι ἀγῶνα Graecum esse et ἡ τῶν ἀγώνων θέσις et ἀγωνοθέτης, vel hinc sequitur neque ἕςηκεν ἀγών dici posse sed κεῖται, ut in: ὧν ἀγὼν κεῖται πέρι, neque ἀγῶνα ςῆσαι pro θεῖναι, neque ςήσασθαι pro θέσθαι recte dictum esse. Similiter quia dicitur τρόπαιον ἕςηκεν, ἀνδριὰς ἕςηκεν, χαλκοῦς ἕςηκεν fieri non potest ut quisquam in talibus verbo θεῖναι aut θέσθαι utatur umquam. Poëtae manus latet in corrupto ΚΑΘΘCΩCIN, quod olim nescio quis quum commode emendare non posset satis confidenter in ςήσωνται refinxit eadem temeritate qua alius in Codice Thucydidis καθιςῶσιν reponendo nil nisi suam inscitiam et imperitiam ostendit. Exime ex ΚΛΘΘCΩCIN unam litterulam et poëtae manum habebis:

ὅταν καθέωσιν ἀγῶνα.

Καθίημι enim in ludis et certaminibus proprium verbum est, et antiqua forma Epica καθέωσιν pro καθῶσιν Graeculos fefellit.

Turpissimus error contaminavit versum paenultimum:

ὑμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνεσθ'. ἀΦ' ἡμέων.

et apud Thucydidem:

ὑποκρίνασθ' ἀΦήμως.

haec enim est vetus librorum scriptura, quam et scholiastes et Hesychius secuti sunt. In scholiis est ἀΦήμως: ἡσύχως, σιγῇ, ἀθρόως. apud Hesychium: Ἀ Φ ή μ ω ς: ἐν κόσμῳ, ἡσυχῇ, quod sine controversia ex illo ipso Thucydidis loco sumtum

Digitized by Google

est. Demonstrat illa interpretatio quanta fuerit ἀκρισία et inscitia eorum, qui sequioribus temporibus monumenta Litterarum antiquarum interpretarentur. Nil istis subolet in lectione, ὑποκρίνασθ' ἀφήμως. Ruit metrum, sententia absurda est. Nihil sentiunt, comminiscuntur aliquid de suo, quod utcumque rei accommodatum esse videatur. Ἀφήμως, inquiunt, est ἡσυχῇ, κατὰ κόσμον. Nil attinet talia refutari. Satis est posthac cavere ab illo qui talia impudenter ausus fuerit fingere de suo: praesertim quum vera lectio dudum nullo negotio reperta sit, nempe haec:

ὑποκρίνασθ' εὐφήμως.

Quis non vidit diphthongum ευ noto nexu ita scriptam ut planissime litteram α referret, et quis nescit quoties ea de causa α et ευ ineptum in modum confusa fuerint. Itaque proba et genuina lectio εὐφήμως primum in ἀφήμως abiit, deinde in ἀφ' ἡμέων depravata est ab iis qui ita legebant scripta veterum ut nihil intelligerent. Nisi forte putas intellexisse aliquid aut cogitasse eum hominem qui dederit:

τυφλὸς ἀνὴρ οὐκ εἶδε χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

pro οἰκεῖ δέ. Poëtam ipsum Ionica forma usum esse arbitror, οἰκέει δέ.

C. G. Cobet.

CICERO PRO PLANCIO VIII. § 19.

Cicero postquam dixerat: *Tu es ex municipio antiquissimo Tusculano —, hic est e praefectura Atinati*, pergit in hunc modum: *Utrum magis favere putas Atinates an Tusculanos suis?* Haec quoque interpolatione laborant. Exime *Atinates an Tusculanos*, quos nihil attinebat tam brevi intervallo iterum nominatim appellari, et statim emicabit sincera orationis forma haec: *Utros magis favere putas suis?*

C. G. Cobet.

Digitized by Google

ASCONII PEDIANI LOCUS CORRECTUS.

Legitur apud Asconium Pedianum in Milonianam pag. 39, 15. Orell.: *„Perlata deinde lege Pompeii, in qua id quoque scriptum erat, ut quaestor suffragio populi ex iis qui consules fuerant crearetur, statim comitia* habuit *creatusque erat L. Domitius Aënobarbus quaestor.* Aliorum *quoque iudicum, qui de ea re iudicarent, Pompeius* tales *proposuit, ut numquam neque clariores viros neque sanctiores propositos esse constaret."* In his primum offendit *comitia habuit,* quae de quo dicantur non satis apparet, nam in iis quae proxime praecedunt de Cicerone agitur. Nullo negotio tolli potest ea molestia et vera lectio reperiri quae haec est: *Perlata deinde lege Pompeii — statim comitia* HABITA *creatusque erat L. Domitius Aënobarbus quaestor.*

Peius corrupta sunt quae statim sequuntur: *Aliorum quoque iudicum — Pompeius tales proposuit.* Sensu vacua et absurda haec quidem sunt. Vitii sedes est in *Aliorum,* in quo quid lateat colliges ex his locis apud Suetonium in Tiberio cap. 51: *„Instanti saepius* (Liviae) *ut civitate donatum in decurias* (iudicum) *allegeret negavit alia se conditione allecturum quam si pateretur adscribi albo* extortum id sibi a matre." et in Claudio cap. 16. *„Splendidum virum Graeciaeque provinciae principem, verum Latini sermonis ignarum, non modo albo iudicum erasit sed etiam in peregrinitatem redegit."* Viden Asconium sic scripsisse: ALBUM *quoque iudicum, qui de ea re iudicarent, Pompeius* TALE *proposuit ut numquam neque clariores viros neque sanctiores propositos esse constaret.*

Utrum veteris scribae errore an Poggii festinanter describentis vitio ALBUM in ALIORUM abierit, scire nil refert: hoc certe perspicuum est illo errore commisso TALE quoque in TALES esse refictum. Scripsisse Asconium ALBUM IUDICUM argumento esse potest etiam verbum PROPOSUIT, quod est in ea re proprium, ut apud Ciceronem de Oratore II. 12: *Pontifex Maximus res omnes singulorum annorum mandabat litteris referebatque in album et proponebat tabulam domi.*

C. G. COBET.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CRITICAE

IN

LYSIAE ORATIONES.

In animo est tecum, Benevole Lector, ordine percurrere Lysiae orationes, eaque, quae mihi de nonnullis locis corruptis in mentem venerunt, tecum communicare, si forte ego quoque aliquid afferre queam ad auctoris tersissimi textum emendandum. Quod prius quam aggrediar paucis exponam consilium, quod in his annotationibus scribendis secutus sum. Primum brevis esse studui, sic tamen, ni fallor, ut lectori Graecitatis satis gnaro non obscurus fierem. Iis locis, quos primus tentavi, sicubi ex ipsa coniectura, quam proponebam, satis apparebat, quid in vulgata reprehenderem, satis habui monere, quid legendum esse censerem. Quoties tractabam locos, in quibus critici se iam exercitaverant, eodem brevitatis studio ductus, raro et non nisi paucissimis explicavi cur aliorum coniecturas aut explicationes minus probarem, satis habens quam brevissime significare, quid ipse de singulis locis sentirem. Non minus parcus fui in locis adducendis, quibus coniecturas meas defenderem, quod non feci nisi ubi locutionem vel constructionem paullo rariorem pro vulgata substituerem. Nihil facilius fuisset quam magnam similium locorum copiam congerere, laudare doctos Graecitatis interpretes, et multa conquirere quibus aut meas opiniones tuerer, aut aliorum refellerem, sed taedet longas disputationes legere, nedum scribere. Accedit, quod plerumque iis ne opus quidem est, nam bonae coniecturae ipsa veritatis luce praefulgent, malae, quantumvis ampla defensione instructae, nullis machinis probabiles fieri possunt.

Digitized by Google

Scripsi porro sine ira et studio, quorum, ut ille, causas procul habeo. Numquam, quantum scio, arroganter de aliis locutus sum, sed si quid improbarem simpliciter sententiam dixi, aut, quod saepius accidit, silentio praetermisi, quam rationem te quoque, aeque lector, erga me sequi velim.

Restat ut pauca adiiciam de quadam emendandi ratione, saepe a me adhibita, quam viri docti, me iudice, plus aequo neglexerunt, ducti falsa opinione de Codice Palatino, quem nunc satis constat unicum fundamentum esse cui Lysiaci textus crisis innitatur. Statuunt nempe codicem hunc pessimis quidem omnis generis vitiis scatere, attamen non tam interpolationibus quam aliis corruptelis deformem esse. Nonnulli quidem loci tam manifesto et foede interpolati sunt, ut omnes de interpolatione consentiant, at sunt hi rari nantes in gurgite vasto: ubicumque enim oratio paullo impeditior est, viri docti malunt aut verbum aliquod de suo infercire, quod quomodo excidere potuerit nemo facile dixerit, aut violenta coniectura locum tentare, aut denique orationem inconcinnam concoquere, quam urere et secare, ut satis invidiose dicunt. Mihi contra videtur. Non equidem nego textum Lysiacum multis locis hiare et librariorum incuria et inscitia multa vocabula corrupta esse, sed ex mea sententia aeque magnus locorum numerus non alio morbo laborat, quam interpolatione et in integrum restitui non potest nisi sublato, quod aliena manus Lysiae affricuit. Quae mea opinio utrum vera sit necne tibi, aeque lector, diiudicandum relinquo ex exemplis, quorum sat magnam copiam in sequentibus invenies.

Lys. de Caede Eratosthenis I. § 6. *ἐφύλαττόν τε ὡς οἷόν τε ἦν καὶ προσεῖχον τὸν νοῦν ὥσπερ εἰκὸς ἦν.*

Immo *ὡς οἷός τε ἦν*, *ut poteram*, cum Cobeto. Praeterea deleverim euphoniae caussa alterum *ἦν*, quod minime necessarium est et facile potuit interpolari.

Lys. de Caede Erat. I. § 8. *ἐπ' ἐκφορὰν — διαφθείρεται.*

Τούτου τοῦ ἀνθρώπου ferri non potest, nam sermo est de homine mortuo, qui in iudicio non adest. Ni fallor pronomen demonstrativum debetur librariis, qui non concoque-

Digitized by Google

bant locutionem ὁ ἄνθρωπος, quae saepius in hac oratione de Eratosthene moecho cum contemptu usurpata, primum in hac paragrapho apparet. Legendum praeterea cum crasi τἀνθρώπου.

Lys. de Caede Erat. I. § 10. καὶ οὕτως — μὴ βοᾷ.

Ut vulgo textus circumfertur, reus docet iudices, saepe accidisse, ut uxor ipsius thorum relinqueret, et abiret ad infantem, κάτω καθευδήσουσα, quod facere non poterat, nisi cum viro ἄνω dormiret. At hoc pugnat cum iis, quae modo praecesserunt, uxorem scil. in inferiore parte aedium habitare, ne cum magno vitae periculo per scalas descendere cogeretur, quoties lavatum iret: quod confirmat reliqua narratio, in qua uxor nusquam dicitur in superiore parte aedium dormivisse. Maritus modo κάτω apud uxorem dormiebat ut § 12, 13, modo ἐν τῷ ὑπερῴῳ solus, ut § 22 sq. (cf. καταβάς). Tolleretur omnis molestia deletis verbis κάτω καθευδήσουσα, quae ea quoque de causa non ferenda sunt, quod uxor Euphileti non abibat, ut dormiret, sed ut infanti mammam praeberet. At hoc foret nodum secare, non solvere; nam nemo facile dixerit, cur aliquis haec addiderit. Rem igitur acutioribus relinquo.

Lys. de Caede Erat. I. § 13. ἐκείνη δὲ ἀναστᾶσα καὶ ἀπιοῦσα προστίθησι τὴν θύραν.

Quicumque accurate hunc locum inspexerit mecum delebit permolestum καί, insertum a librario, qui non concoquebat duo participia sine coniunctione continuata.

Lys. de Caede Erat. I. § 16. προσελθοῦσα οὖν μοι ἐγγὺς ἡ ἄνθρωπος τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς ἐπιτηροῦσα, Εὐφίλητε, ἔφη.

Dele vocabula ἡ ἄνθρωπος, quae male huc pedem intulerunt ex § superiore et sententiam pessumdant. Requiritur praeterea aoristus ἐπιτηρήσασα.

Lys. de Caede Erat. I. § 19. καὶ εἶπον ὅτι οὗτος ὁ Φοιτῶν εἴη πρὸς τὴν γυναῖκα.

Lysias scripsit, ni fallor, παρὰ τὴν γυναῖκα, ut omnes tum in eadem re solebant et ipse scripserat in § 15, ubi recte editur ἔφοιτα παρ' αὐτήν. Labente demum Graecitate πρὸς quoque in hac re usurpari coeptum est, quae caussa fuit, cur cum hic locus, tum fortasse unus et alter, qui emendandus superest, maculam conceperit.

Digitized by Google

Scripsi porro sine ira et studio, quorum, ut ille, causas procul habeo. Numquam, quantum scio, arroganter de aliis locutus sum, sed si quid improbarem simpliciter sententiam dixi, aut, quod saepius accidit, silentio praetermisi, quam rationem te quoque, aeque lector, erga me sequi velim.

Restat ut pauca adiiciam de quadam emendandi ratione, saepe a me adhibita, quam viri docti, me iudice, plus aequo neglexerunt, ducti falsa opinione de Codice Palatino, quem nunc satis constat unicum fundamentum esse cui Lysiaci textus crisis innitatur. Statuunt nempe codicem hunc pessimis quidem omnis generis vitiis scatere, attamen non tam interpolationibus quam aliis corruptelis deformem esse. Nonnulli quidem loci tam manifesto et foede interpolati sunt, ut omnes de interpolatione consentiant, at sunt hi rari nantes in gurgite vasto: ubicumque enim oratio paullo impeditior est, viri docti malunt aut verbum aliquod de suo infercire, quod quomodo excidere potuerit nemo facile dixerit, aut violenta coniectura locum tentare, aut denique orationem inconcinnam concoquere, quam urere et secare, ut satis invidiose dicunt. Mihi contra videtur. Non equidem nego textum Lysiacum multis locis hiare et librariorum incuria et inscitia multa vocabula corrupta esse, sed ex mea sententia aeque magnus locorum numerus non alio morbo laborat, quam interpolatione et in integrum restitui non potest nisi sublato, quod aliena manus Lysiae affricuit. Quae mea opinio utrum vera sit necne tibi, aeque lector, diiudicandum relinquo ex exemplis, quorum sat magnam copiam in sequentibus invenies.

Lys. de Caede Eratosthenis I. § 6. *ἐφύλαττόν τε ὡς οἷόν τε ἦν καὶ προσεῖχον τὸν νοῦν ὥσπερ εἰκὸς ἦν.*

Immo *ὡς οἷός τε ἦν*, *ut poteram*, cum Cobeto. Praeterea deleverim euphoniae caussa alterum *ἦν*, quod minime necessarium est et facile potuit interpolari.

Lys. de Caede Erat. I. § 8. *ἐπ' ἐκφορὰν — διαφθείρεται.*

Τούτου τοῦ ἀνθρώπου ferri non potest, nam sermo est de homine mortuo, qui in iudicio non adest. Ni fallor pronomen demonstrativum debetur librariis, qui non concoque-

Digitized by Google

bant locutionem ὁ ἄνθρωπος, quae saepius in hac oratione de Eratosthene moecho cum contemptu usurpata, primum in hac paragrapho apparet. Legendum praeterea cum crasi τἀνθρώπου.

Lys. de Caede Erat. I. § 10. καὶ οὕτως — μὴ βοᾷ.

Ut vulgo textus circumfertur, reus docet iudices, saepe accidisse, ut uxor ipsius thorum relinqueret, et abiret ad infantem, κάτω καθευδήσουσα, quod facere non poterat, nisi cum viro ἄνω dormiret. At hoc pugnat cum iis, quae modo praecesserunt, uxorem scil. in inferiore parte aedium habitare, ne cum magno vitae periculo per scalas descendere cogeretur, quoties lavatum iret: quod confirmat reliqua narratio, in qua uxor nusquam dicitur in superiore parte aedium dormivisse. Maritus modo κάτω apud uxorem dormiebat ut § 12, 13, modo ἐν τῷ ὑπερῴῳ solus, ut § 22 sq. (cf. καταβάς). Tolleretur omnis molestia deletis verbis κάτω καθευδήσουσα, quae ea quoque de causa non ferenda sunt, quod uxor Euphileti non abibat, ut dormiret, sed ut infanti mammam praeberet. At hoc foret nodum secare, non solvere; nam nemo facile dixerit, cur aliquis haec addiderit. Rem igitur acutioribus relinquo.

Lys. de Caede Erat. I. § 13. ἐκείνη δὲ ἀναστᾶσα καὶ ἀπιοῦσα προστίθησι τὴν θύραν.

Quicumque accurate hunc locum inspexerit mecum delebit permolestum καί, insertum a librario, qui non concoquebat duo participia sine coniunctione continuata.

Lys. de Caede Erat. I. § 16. προσελθοῦσα οὖν μοι ἐγγὺς ἡ ἄνθρωπος τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς ἐπιτηροῦσα, Εὐφίλητε, ἔφη.

Dele vocabula ἡ ἄνθρωπος, quae male huc pedem intulerunt ex § superiore et sententiam pessumdant. Requiritur praeterea aoristus ἐπιτηρήσασα.

Lys. de Caede Erat. I. § 19. καὶ εἶπον ὅτι οὗτος ὁ Φοιτῶν εἴη πρὸς τὴν γυναῖκα.

Lysias scripsit, ni fallor, παρὰ τὴν γυναῖκα, ut omnes tum in eadem re solebant et ipse scripserat in § 15, ubi recte editur ἐφοίτα παρ' αὐτήν. Labente demum Graecitate πρὸς quoque in hac re usurpari coeptum est, quae caussa fuit, cur cum hic locus, tum fortasse unus et alter, qui emendandus superest, maculam conceperit.

Digitized by Google

Lys. de Caede Erat. I. § 20. *κατηγόρει* (leg. *κατηγόρευε* cum Cobeto) *πρῶτον μὲν — μητρὸς τῆς ἐκείνου.*

Pro *προσίοι* altero, quod corruptum esse satis constat, litteris turbatis in ordinem redactis lege *πορίζοι*: minus enim placet, quod coniecit Cobetus, *ποιοῖτο*, quia verba *πεισθείη* et *ᾤχετο* referuntur ad Euphileti uxorem, et verbum, quod interponitur, vix satis commode ad Eratosthenem referri potest, nisi nomen aut pronomen addideris, nam *εἰσόδους ποιεῖσθαι* de nullo nisi de moecho dici posse per se liquet.

Lys. de Caede Erat. I. § 29. *Οὐκ ἠμφεσβήτει — κυριώτερον.* Opponuntur inter se *ὅπως μὲν μὴ ἀποθάνῃ ἠντεβόλει* et *ἐγὼ δὲ οὐ συνεχώρουν*; contra *ἀποτίνειν ἕτοιμος ἦν* arctissime cum praecedentibus coniunctum est. Quare scripserim *θ'* pro *δ'*, coniunctionem copulativam pro adversativa.

Lys. de Caede Erat. I. § 31. *διαρρήδην εἴρηται — ἐπέθηκεν.* Delenda sunt verba *ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ*, quibus nescio quis explicavit incertum *ἐπὶ δάμαρτι*, an *ταῦτα*. Ipsius autem Lysiae haec verba nullo modo esse posse, unusquisque agnoscet, qui considerarit *ταῦτα* referri debere ad *totam* sententiam praecedentem, inde a *τούτου μὴ* usque ad *ποιήσηται*, non ad ultima verba *ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται.*

Lys. de Caede Erat. I. § 32. *ἀκούετε, ἄνδρες, ὅτι — τοῖς δὲ διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην.*

Verba inconcinna *ἐφ' αἴσπερ ἀποκτείνειν ἔξεστιν* mihi videntur ad marginem, unde in textum fluxerunt, releganda esse. Repetiit ea nescio quis e superioribus, qui non meminerat Lysiam continuo prorsus idem declarare, quum dicit: *τῶν μὲν γὰρ θάνατον κατέγνω, τοῖς δὲ διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην.*

Lys. de Caede Erat. I. § 36. *πάντες γὰρ εἴσονται ὅτι τοὺς νόμους τῆς μοιχείας χαίρειν ἐᾶν δεῖ, τὴν δὲ ὑμετέραν ψῆφον δεδιέναι· αὕτη γάρ ἐστι πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει κυριωτάτη. Σκέψασθε δὲ ὦ ἄνδρες.*

Verba *αὕτη γάρ ἐστι πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει κυριωτάτη* vulgo sic accipiuntur, quasi significent: *„omnium rerum in nostra civitate est arbitra,"* quae sententia quo modo ex illis verbis extorqueri possit, equidem non video; nam tum requireretur *κυρία*, non *κυριωτάτη*. Superlativus tum demum iure suo locum tueretur, si, *πάντων* mutato in *πασῶν*, statueremus,

Digitized by Google

Lysiam inter se comparasse sententias δικαστηρίων omnium, quae Athenis essent et scripsisse πασῶν ἐστι κυριωτάτη, quod ab h. l. alienum esse non opus est demonstrare. Suspicor igitur locum labem contraxisse, quae suspicio firmatur eo, quod δὲ post σκέψασθε accessit ex codice interpolato. Codex Palatinus non habet nisi κυριωτάτη. Σκέψασθε ὦ ἄνδρες, in quibus coniicio latere κυρία. Ἔτι δὲ σκέψασθε, ὦ ἄνδρες. Litterarum ductus in codice male habito evanidi somnolentum librarium in errorem induxisse videntur.

Lys. de Caede Erat. I. § 41. ἔπειτα, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν τοῖς ἐπιτηδείοις μεθ' ἡμέραν παραγγεῖλαι καὶ κελεῦσαι αὐτοὺς συλλεγῆναι εἰς οἰκίαν τῶν φίλων τῶν ἐγγυτάτω.

Deletis putidis emblematibus καὶ κελεῦσαι αὐτοὺς et οἰκίαν lege cum Bergkio του ἐγγυτάτω, ut Lysias scripserit παραγγεῖλαι συλλεγῆναι εἰς τῶν φίλων του ἐγγυτάτω. Cf. Plato *Phaedon.* p. 59 E. παρηγγείλαμεν οὖν ἀλλήλοις ἥκειν ὡς πρωϊαίτατα εἰς τὸ εἰωθός, et ipse Lysias in hac oratione § 42 καὶ τοῖς φίλοις παραγγεῖλαι.

Lys. de Caede Erat. I. § 41. καὶ ὡς Ἁρμόδιον μὲν καὶ τὸν δεῖνα ἦλθον οὐκ ἐπιδημοῦντας (οὐ γὰρ ἤδη) ἑτέρους δὲ οὐκ ἔνδον ὄντας κατέλαβον, οὓς δ' οἷός τ' ἦν λαβὼν ἐβάδιζον. Καίτοιγε, εἰ προὴδη, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν καὶ θεράποντας παρασκευάσασθαι καὶ τοῖς φίλοις παραγγεῖλαι, ἵν' ὡς ἀσφαλέστατα μὲν αὐτὸς εἰσῆα.

Nescio annon ὄντας post ἔνδον delendum sit, quippe quod orationem soloecam reddat. Non magis vitio carent, quae statim sequuntur, ubi vitium alitur in καὶ ante θεράποντας, pro quo in antiquiore codice suspicor scriptum fuisse καὐ i. e. καὶ αὐτός, ut loci sensus sit: „*Nonne videor vobis cum „ipse servos comparaturus fuisse, tum amicis mandaturus ut „idem facerent?*" Vulgata vix intelligi potest: vertunt quidem: „*non videor vobis et servos comparaturus et amicos con„vocaturus fuisse?*" At primum haec sententia ex Lysiae verbis elici non potest quum παραγγέλλειν τινὶ neque *convocare* significet, neque sine obiecto recte ponatur, deinde ridiculum foret hic repetere, de quibus iam in paragrapho superiore absolvisset orator, quum diceret οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν τοῖς ἐπιτηδείοις μεθ' ἡμέραν παραγγεῖλαι συλλεγῆναι εἰς τῶν φίλων του ἐγγυτάτω.

Digitized by Google

Lysias de Caede Erat. I. § 46. *Τί ἂν οὖν βουλόμενος ἐγὼ τοιοῦτον κίνδυνον ἐκινδύνευον, εἰ μὴ τὸ μέγιστον τῶν ἀδικημάτων ἦν ὑπ' αὐτοῦ ἠδικημένος; ἔπειτα παρακαλέσας αὐτὸς μάρτυρας ἠσέβουν, ἐξόν μοι εἴπερ ἀδίκως ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι, μηδένα μοι τούτων συνειδέναι.*

Ad verbum *ἠσέβουν* requiro particulam *ἄν*.

Lys. de Caede Erat. I. § 48. *εἰ δὲ μή, πολὺ κάλλιον τοὺς μὲν κειμένους νόμους ἐξαλεῖψαι, ἑτέρους δὲ θεῖναι, οἵτινες τοὺς μὲν φυλάττοντας τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ταῖς ζημίαις ζημιώσουσι, τοῖς δὲ βουλομένοις εἰς αὐτὰς ἁμαρτάνειν πολλὴν ἄδειαν ποιήσουσι.*

Reiskius inter *ταῖς* et *ζημίαις* interponendum censet *μεγίσταις* sive *ἐσχάταις*. Mihi utrumque vocabulum delendum videtur.

Lys. contra Simonem III. § 2. *εἰ μὲν οὖν ἄλλοι τινὲς ἔμελλον περὶ ἐμοῦ διαγνώσεσθαι, σφόδρ' ἂν ἐφοβούμην τὸν κίνδυνον, ὁρῶν ὅτι καὶ παρασκευαὶ καὶ τύχαι ἐνίοτε τοιαῦται γίγνονται, ὥστε πολλὰ καὶ παρὰ γνώμην ἀποβαίνειν τοῖς κινδυνεύουσιν.*

Pro *τύχαι*, quibus in iudicio nullus locus, quantocius repone *τέχναι*. cf. Dem. p. 540 *τοιαύτας τέχνας καὶ σκήψεις οὗτος εὑρίσκων ἐκκρούει.*

Lys. contra Sim. III. § 3. *μάλιστα δ' ἀγανακτῶ, ὦ βουλή, ὅτι περὶ τραυμάτων εἰπεῖν ἀναγκασθήσομαι πρὸς ὑμᾶς, ὑπὲρ ὧν ἐγὼ αἰσχυνόμενος εἰ μέλλοιεν πολλοί μοι συνείσεσθαι, ἠνεσχόμην ἀδικούμενος.*

Nemo admonitus dubitabit ex his verbis, quae dedi sicut in codice Palatino leguntur, mecum delere manifestam interpolationem *περὶ τραυμάτων*, qua tamen hoc lucramur, ut maiore fiducia possimus reponere *περὶ ὧν* pro *ὑπὲρ ὧν*, quum interpolator legisse videatur *περὶ*, quod h. l. est plane necessarium. Locum igitur sic constituo: *ὅτι εἰπεῖν ἀναγκασθήσομαι πρὸς ὑμᾶς περὶ ὧν ἐγὼ αἰσχυνόμενος εἰ μέλλοιεν πολλοί μοι συνείσεσθαι, ἠνεσχόμην ἀδικούμενος.* Editores locum interpolatum magis etiam interpolarunt quum suo marte pro *τραυμάτων* substituerent *τοιούτων πραγμάτων*.

Lys. contra Sim. III. § 4. *ἐὰν δὲ περὶ τούτων ἀποδείξω, ὡς οὐκ ἔνοχός εἰμι οἷς Σίμων διωμόσατο, ἄλλως δὲ ὑμῖν φαίνωμαι παρὰ τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμαυτοῦ ἀνοητότερον πρὸς τὸ μειράκιον διατεθεὶς, αἰτοῦμαι ὑμᾶς μηδέν με χεῖρον νομίζειν.*

Digitized by Google

Simon tectis verbis loquitur de impudico suo amore, et hucusque de amasio Theodoto ne verbum quidem fecit. Deleverim igitur *πρὸς τὸ μειράκιον*, utpote ex annotatione ortum.

Lys. contra Sim. III. § 9. *ἔβαλλέ με λίθοις καὶ ἐμοῦ μὲν ἁμαρτάνει, Ἀριστοκράτους δὲ, ὃς παρ' ἐμὲ ἦλθε μετ' αὐτοῦ, βαλὼν λίθῳ συντρίβει τὸ μέτωπον.*

Expunge puerile *βαλὼν λίθῳ*.

Lys. contra Sim. III, § 10. *ἔδοξε μοι κράτιστον εἶναι ἀποδημῆσαι ἐκ τῆς πόλεως, λαβὼν δὴ τὸ μειράκιον (ἅπαντα γὰρ δεῖ τἀληθῆ λέγειν) ᾠχόμην ἐκ τῆς πόλεως.*

Vocabula *ἐκ τῆς πόλεως* tam brevi intervallo repetita offendunt aures: expungo igitur in loco priore ubi iis nihil opus est.

Lys. c. Sim. III. § 11. *καὶ οὗτοι μὲν ἡρίστων καὶ ἔπινον, φύλακας δὲ κατέστησαν ἐπὶ τοῦ τέγους, ἵν' ὁπότε ἐξέλθοι τὸ μειράκιον εἰσαρπάσειαν αὐτόν. ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ ἀφικνοῦμαι ἐγὼ ἐκ Πειραιῶς καὶ τρέπομαι παριὼν ὡς τὸν Λυσίμαχον.*

Ni fallor, Lysiae oratio aliquanto concinnior et elegantior fiet, si mecum reposueris *φύλακας καταστήσαντες ἐπὶ τοῦ τέγους*. Caussa corruptelae aperta est. In codice antiquo scriptum erat *φύλακας κατασήσαν* cum compendio syllabae *τες*: librarius compendium syllabae *τες* confudit cum compendio particulae *δὲ* et scripsit *κατάστησαν δὲ*, quod deinde correctum est in *δὲ κατέστησαν*, ne locus plane sensu vacuus esset. cf. Bast. ad Greg. Cor. p. 378. In sequentibus nemo facile dixerit, quid sit *τρέπομαι*. Suspicor Lysiam scripsisse *κἀκτρέπομαι*, *et devertor*, cum crasi, scribasque eodem modo hunc locum corrupisse, quo in Orat. I. § 2. verba *κἂν ὀλιγαρχίᾳ*, quae scribae corruperunt in *καὶ ὀλιγαρχίᾳ*.

Lys. contra Sim. III. § 19. *καὶ οἱ μὲν ἄλλοι οἱ μετὰ τούτου παροινήσαντες, ἐπειδὴ τάχιστά με εἶδον μετὰ ταῦτα ἐδέοντό μου συγγνώμην ἔχειν οὐχ ὡς ἀδικούμενοι ἀλλ' ὡς δεινὰ πεποιηκότες.*

Praestat opinor legere *ἠδικημένοι* ut apud Stratonem (Ath. IX. 382 c.).

σΦόδρ' ἠγανάκτησ', ὥσπερ ἠδικημένος,
εἰ μὴ κέκληκα δαιτυμόνας. καινὸν πάνυ.

Lys. contra Sim. III. § 25. *καίτοι πῶς εἰκός ἐστι τότε μὲ*

Digitized by Google

Reiskio, cuius coniecturam a Bekkero in textum receptam, immerito sprevit ultimus editor. Duae illae litterae in scriptura unciali eodem fere modo exaratae erant, quo litterae a quibus sequens vocabulum incipit (ΜΕ — ΠΕ), quae caussa fuit cur librarii illas neglexerint.

Lys. *περὶ τραύματος.* IV. § 1. *περὶ τραύματος ἐκ προνοίας περὶ οὗ καὶ πρὸς ὃν ἄδηλον.*

Atticus in hoc titulo scripsisset *ὑπὲρ οὗ*, *pro quo*, sed nihil muto: voc. *ἄδηλον* enim accessit ex coniectura Taylori, titulusque adeo est mutilus. Quod si vere suppletus esse putandus est, nullus dubito, quin *ὑπὲρ* legendum sit; qui enim titulos orationum Lysiae superscripsit, fuit ille quidem Graecitatis antiquitatisque imperitissimus, at tale quid eum commisisse non facile adducar ut credam, in caeteris enim titulis orationum, quae scriptae sunt in alicuius defensionem, praepositio *ὑπὲρ* solemnis est.

Lys. *περὶ τραύματος.* IV. § 3. *ἐβουλόμην δ' ἂν μὴ ἀπολαχεῖν αὐτὸν κριτὴν Διονυσίοις, ἵν' ὑμῖν φανερὸς ἐγένετο ἐμοὶ διηλλαγμένος κρίνας τὴν ἐμὴν Φυλὴν νικᾶν.*

Ultimum vocabulum adscriptum videtur in gratiam Graeculorum, qui nesciebant, quid significaret *κρίνειν τινὰ, Φυλὴν, χορόν.* Sic Scholiasta ad Arist. Av. 1114:

ἢν δὲ μὴ κρίνητε, χαλκεύεσθε μηνίσκους Φορεῖν.

necesse habuit adnotare: *ἐὰν δὲ μὴ ἡμᾶς κρίνητε νικᾶν.* Erunt fortasse, qui mihi obiiciant, Aeschylum in *Choëph.* vs. 903 introducere Orestem ad Pyladem dicentem:

κρίνω σὲ νικᾶν καὶ παραινεῖς μοι καλῶς.

At isti reputent tragicos studiose in oratione ea quaerere, quae abhorreant a consuetudine populari, adeoque Bacchum in Ranis vs. 1473, tragicum sermonem imitantem, ad Euripidem stomachantem dicere:

ἔκρινα νικᾶν Αἰσχύλον· τιὴ γὰρ οὔ;

quae enim et ante, et post hunc versum a Baccho ad Euripidem dicuntur, meri loci tragici sunt, nec ullo alio loco Aristophanes, qui sat saepe de hac re loquitur, verbum *νικᾶν* addidit. Gravius vitium obsidet sequentia: *νῦν δὲ ἔγραψε μὲν ταῦτα εἰς τὸ γραμματεῖον, ἀπέλαχε δέ. καὶ ὅτι ἀληθῆ ταῦτα λέγω, Φιλῖνος καὶ Διοκλῆς ἴσασιν· ἀλλ' οὐκ ἔστιν αὐτοῖς*

Digitized by Google

μαρτυρῆσαι μὴ διομοσαμένοις περὶ τῆς αἰτίας ἧς ἐγὼ φεύγω, ἐπεὶ σαφῶς ἔγνωτ' ἂν ὅτι ἡμεῖς ἦμεν αὐτὸν οἱ κριτὴν ἐμβαλόντες καὶ ἡμῶν ἕνεκα ἐκαθέζετο, in quibus nemo non haerebit in verbis αὐτὸν οἱ κριτὴν ἐμβαλόντες. Graece dicitur ἐμβάλλειν λόγον s. βουλὴν περί τινος vel simpliciter ἐμβάλλειν περί τινος pro *rem disceptandam proponere*, sed hoc non est huius loci. Requiritur aliquid huiuscemodi: ὅτι ἡμεῖς ἦμεν οἱ αὐτὸν κριτὴν προβαλόμενοι. i. e. *nos commendatione nostra effecimus, ut nomen eius reciperetur in numerum eorum, unde* οἱ πέντε κριταὶ τοῖς Διονυσίοις *sorte ducerentur.*

Lys. περὶ τραύματος, IV. 7. οὐ πρόνοια γεγένηται. Οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἤλθομεν, ἀδήλου ὄντος εἰ παρὰ τούτῳ εὑρήσομεν ὄστρακον ἢ οὕτως αὐτὸν ἀποκτενοῦμεν, ἀλλ' οἴκοθεν ἔχοντες ἂν ἐβαδίζομεν. νῦν δὲ ὁμολογούμεθα πρὸς παῖδας καὶ αὐλητρίδας καὶ μετ' οἴνου ἐλθόντες. ὥστε πῶς ταῦτ' ἐστὶ πρόνοια;

Locus multifariam corruptus. Priora ex Dobraei praeclara coniectura, quam ultimus editor ne memorat quidem, sic constituo εἰ παρὰ τούτῳ εὑρήσομεν ὅτῳ αὐτὸν ἀποκτενοῦμεν, deleto emblemate ὄστρακον, quod propter praecedentia ad marginem appictum fuit. Ultima tum demum idoneum sensum praebebunt, si mecum inserueris ὡς ante πρός, hoc enim vult reus: extra controversiam est nos domum tuam venisse, non te interfecturos, sed comissabundos (ὡς πρὸς παῖδας καὶ αὐλητρίδας) et bene potos (μετ' οἴνου), in quo praemeditatio nulla esse potest.

Lys. περὶ τραύματος IV. 11. Τούτων καθ' ἓν ἕκαστον καὶ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἦν ὅ,τι οὐ ῥᾴδιον αὐτῇ τοῖς τε ἄλλοις ἐμφανὲς καὶ τούτοις ποιῆσαι.

De more librarii locutionem οὐδὲν ὅ,τι οὐ interpolarunt inserendo ἦν.

Lys. περὶ τραύματος IV. § 12. ὁμοίως γὰρ προσήκει κἀμοὶ τῆς ἐλευθερίας, τὸ ἴσον καταθέντι ἀργύριον. ἀλλὰ ψεύδεται καὶ οὐκ ἀληθῆ λέγει ἢ δεινόν γε, εἰ εἰς κτέ.

Quotiescunque haec lego, offendere me solent verba: ἀλλὰ ψεύδεται καὶ οὐκ ἀληθῆ λέγει, quae mihi videntur interrumpere orationis filum. Ante ὁμοίως transposita nihil molestiae parerent.

Lys. περὶ τραύματος. IV. § 13. οὐ γὰρ ἀργύριον λαβεῖν προθυμοῦνται, ἀλλ' ἐκ τῆς πατρίδος ἐκβαλεῖν αὐτὸν ποιοῦνται.

Digitized by Google

Sat multis coniecturis, quibus viri docti hunc locum tentarunt, quarum tamen nulla simplicitate se commendat, accedat haec mea, προθυμοῦνται in priore sententiae parte delentis et pro ποιοῦνται substituentis. Suspicor nempe hoc non nisi vitiosam lectionem esse, quae olim Lysiae codices obsederit, et veram lectionem προθυμοῦνται postea margini appositam alieno loco in textum invectam esse. Commendat hanc coniecturam praeter facilitatem usus Lysiacus, qui non solet in utraque parte bipartitae sententiae, qualis nostra est, verba ἰσοδύναμα ponere, idque tanto minus nostro loco, quod ludit in verbis λαβεῖν et ἐκβαλεῖν.

Lys. περὶ τραύματος. IV. § 16. Ἔτι δὲ τοὺς μὲν τούτου οἰκέτας ἰδίους ὄντας τούτου, εἰ ἐβασανίζομεν, ἀνοήτως ἂν τι τούτῳ χαριζόμενοι καὶ παρὰ τὴν ἀλήθειαν ἐμοῦ κατεψεύσαντο· αὕτη δ' ὑπῆρχε κοινή κτέ.

Coniicio: εἰ ἐβασανίζομεν ἀνοήτως αὐτῷ τοῦτο χαριζόμενοι, ἴσως παρὰ τὴν ἀλήθειαν ἂν ἐμοῦ κατεψεύσαντο· i. e: Servi actoris, si stolide hoc ei gratificantes eos ἐβασανίζομεν, fortasse contra veritatem falsa testimonia in me finxissent. Confudit scriba ἀὖ i. e. αὐτῷ cum ἀΰ i. e. ἀντί et καὶ cum ἴσως pervulgato errore.

Scribebam Harlemi m. Februario MDCCCLXII.

T. I. Halbertsma.

PLUTARCHUS IN THESEO EMENDATUS.

Mendose editur apud Plutarchum in vita Thesei cap. 27: ἡ μὲν οὖν μάχη Βοηδρομιῶνος ἐγένετο μηνὸς ἐφ' ᾗ τὰ Βοηδρόμια μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι θύουσιν. Necesse est enim ut dies ipse, quo sit pugnatum, definiatur, et vitiose abundat praepositio in ἐφ' ᾗ. Verum esse suspicor Βοηδρομιῶνος ἐγένετο μηνὸς Ε (id est πέμπτῃ), ᾗ τὰ Βοηδρόμια κτέ. Cf. cap. 18: κατέβαινεν ἕκτῃ μηνὸς [ἐπὶ θάλασσαν] ἱσαμένου Μουνυχιῶνος, ᾗ καὶ νῦν ἔτι τὰς κόρας πέμπουσιν ἱλασομένας εἰς Δελφίνιον, ubi delendum est otiosum additamentum ἐπὶ θάλασσαν importunissima sede collocatum.

C. G. Cobet.

Digitized by Google

THUCYDIDEA.

I.

Sciolorum additamenta apud Thucydidem in libro I.

Thucydides I. 54 et I. 105.

Quo saepius et diligentius libros Thucydideos relego, eo plura et manifestiora interpolationis Codicibus nostris longe longeque antiquioris vestigia et indicia deprehendo. Notabo primum omnium multiplicem huius generis labem in libr. I. cap. 54. ubi Thucydides postquam acerrimam pugnam navalem Corinthios inter et Corcyraeos descripsit, narrat utrosque sibi illius pugnae victoriam vindicasse. *οἱ μὲν Κορίνθιοι — τροπαῖον ἔστησαν ἐν τοῖς ἐν τῇ ἠπείρῳ Συβότοις· οἱ δὲ Κερκυραῖοι — τροπαῖον ἀντέστησαν ἐν τοῖς ἐν τῇ νήσῳ Συβότοις* [*ὡς νενικηκότες*]. Insiticia sunt duo ultima vocabula: nemo enim nisi *νενικηκώς* solebat *τροπαῖον ἱστάναι*. Itaque *οἱ στήσαντες τροπαῖον* eo ipso significabant sese *e proelio discessisse superiores*, neque tantum supervacuum est illud *ὡς νενικηκότες* sed etiam insulse et stolide additum.

Non est ovum ovo similius quam huic loco locus alius in hoc ipso libro I. 105: *διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων καὶ ἐνόμισαν αὐτοὶ ἑκάτεροι οὐκ ἔλασσον ἔχειν ἐν τῷ ἔργῳ. καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι — τροπαῖον ἔστησαν· οἱ δὲ Κορίνθιοι — ἀνθίστασαν τροπαῖον καὶ αὐτοὶ* [*ὡς νικήσαντες*]. Quod in uno Codice est *ὡς δῆθεν νικήσαντες* melius etiam quam vulgata lectio arguit interpolatorem. Praeterea obiter exime vitium e verbis *ἐνόμισαν — οὐκ ἔλασσον ἔχειν*, ubi praesens *ἔχειν* aoristo locum cedere debet. Confusa sunt de more CXEIN et EXEIN et reddendum est Thucydidi *ἐνόμισαν οὐκ ἔλασσον σχεῖν*.

Digitized by Google

Pergit Thucydides I. 54. his verbis: *γνώμῃ δὲ ἑκάτεροι τοιᾷδε τὴν νίκην προσεποιήσαντο· Κορίνθιοι μὲν κρατήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ μέχρι νυκτὸς ὥσε καὶ ναυάγια πλεῖσα καὶ νεκροὺς προσκομίσασθαι καὶ ἄνδρας ἔχοντες αἰχμαλώτους οὐκ ἐλάσσους χιλίων, ναῦς τε καταδύσαντες περὶ ἑβδομήκοντα,* [*ἔσησαν τροπαῖον*]. Iterum duo ultima verba interpolata sunt. Sunt enim haec ita composita ut ad *Κορίνθιοι μέν*, et ad id quod statim sequitur *Κερκυραῖοι δέ*, necesse sit cogitando supplere ex iis quae continuo praecedunt *τὴν νίκην προσεποιήσαντο*. Praeterea Thucydides postquam dixit *γνώμῃ τοιᾷδε* referre debuit *argumenta et causas*, quamobrem utrique sese victores arbitrarentur, non (ut in vulgata lectione) narrare quid post pugnam utrique fecissent. Omnia igitur habebunt optime postquam expunctis verbis interpolatis *ἔσησαν τροπαῖον* inserueris voculam significantem *causas et argumenta* haec esse cur sibi victoriam Corinthii tribuerent, nempe *ὡς*, ut in hunc modum locus constituatur: *Κορίνθιοι μὲν ὡς κρατήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ — ναῦς τε καταδύσαντες περὶ ἑβδομήκοντα*, nempe *τὴν νίκην προσεποιήσαντο*. Nisi *ὡς* addideris ex Thucydidis persona haec omnia dicentur, quum sit plane perspicuum Corinthiorum haec esse argumenta, quibus penes sese victoriam fuisse ostenderent. His igitur mendo liberatis facilis et expedita est reliquorum emendatio. Sequuntur autem continuo haec: *Κερκυραῖοι δὲ τριάκοντα ναῦς μάλιστα διαφθείραντες καὶ ἐπειδὴ Ἀθηναῖοι ἦλθον ἀνελόμενοι τὰ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ναυάγια καὶ νεκρούς, καὶ ὅτι αὐτοῖς τῇ τε προτεραίᾳ πρύμναν κρουόμενοι ὑπεχώρησαν οἱ Κορίνθιοι ἰδόντες τὰς Ἀττικὰς ναῦς καὶ ἐπειδὴ ἦλθον οἱ Ἀθηναῖοι οὐκ ἀντέπλεον ἐκ τῶν Συβότων, διὰ ταῦτα τροπαῖον ἔσησαν. οὕτω μὲν ἑκάτεροι νικᾶν ἠξίουν.* In his primum omnium manifestam tenemus interpolationem verborum *διὰ ταῦτα τροπαῖον ἔσησαν*. Si quis ita scribit timere videtur ne quis oblitus sit verborum praecedentium *Κορίνθιοι μὲν — ἔσησαν τροπαῖον*. Ne sequiorum quidem quisquam tam pueriliter orationem composuerit ut ea verba sic iteraret. Thucydides neque haec neque illa addiderat, sed veterum more ex praecedentibus *τὴν νίκην προσεποιήσαντο* suspenderat utrumque *Κορίνθιοι μέν — Κερκυραῖοι δέ*. Habent autem hoc sero nati Graeculi ut in tali compositione fulcra quaedam orationi

Digitized by Google

supponant, sine quibus tantum verborum ambitum sustinere ipsi non possunt. Non indiget tali tibicine compositio Veterum, quorum ἀγχίνοια toto coelo a Graeculorum νωθείᾳ et tarditate ingenii distat. Expunctis igitur vocabulis διὰ ταῦτα τροπαῖον ἔϛησαν et inserta iterum eadem de causa vocula ὡϛ habebimus Thucydidis manum: Κερκυραῖοι δὲ ὡϛ τριάκοντα ναῦϛ μάλιϛα διαφθείραντεϛ — καὶ ὅτι αὐτοῖϛ — οὐκ ἀντέπλεον ἐκ τῶν Συβότων, nempe τὴν νίκην προσεποιήσαντο. Postquam haec semel firmiter constitueris facili negotio reliquam orationis labem indagare et deprensam sarcire et restituere licebit. Ne haec quidem quae modo adscripsimus prorsus sunt sincera et mendo vacua. Considera modo diligenter verba: καὶ ὅτι αὐτοῖϛ — οὐκ ἀντέπλεον ἐκ τῶν Συβότων. Vitium est in ἀντέπλεον, certa medicina sanandum. Cogita quid sit ἀντιπλεῖν et facile senties illud verbum huic rei nihil convenire. Quid igitur requiritur? Statim ipse colliges ex verbis Thucydideis in capite 52: ἐπέπλευσαν ἐπὶ τὸν ἐν τοῖϛ Συβότοιϛ λιμένα — βουλόμενοι εἰδέναι εἰ ναυμαχήσουσιν. οἱ δὲ — ἡσύχαζον ναυμαχίαϛ οὐ διανοούμενοι ἄρχειν. Viden pro ἀντέπλεον rescribendum esse ἀντεπέπλεον? Bis scriptum ΕΠ semel a scriba praeteritum est. Recepto igitur ἀντεπέπλεον reliqua an sana sint et genuina excutiamus. Num tu putas Thucydidem in tam brevi verborum circuitu bis scribere potuisse: ἐπειδὴ Ἀθηναῖοι ἦλθον et ἐπειδὴ ἦλθον οἱ Ἀθηναῖοι? Ubi mihi dederis nullo modo id esse ferendum, perpende mecum utro loco ea verba magis idoneam sedem habeant. Nempe in extrema loci parte ubi inter se opponuntur τῇ τε προτεραίᾳ καὶ ἐπειδὴ ἦλθον οἱ Ἀθηναῖοι. Prorsus ibi necessaria ea verba sunt. Inspice nunc mihi superiora haec: ὡϛ τριάκοντα ναῦϛ μάλιϛα διαφθείραντεϛ καὶ [ἐπειδὴ Ἀθηναῖοι ἦλθον] ἀνελόμενοι τὰ κατὰ σφᾶϛ αὐτοὺϛ ναυάγια καὶ νεκρούϛ. Non tantum non necessaria hic sunt sed vehementer minuunt vim argumenti, quo sibi Corcyraei (ex quorum sententia haec dicuntur) victoriae laudem vindicabant. Nempe addita ista ἐπειδὴ Ἀθηναῖοι ἦλθον declarant Corcyraeos se non *sua virtute* sed *Atheniensium auxilio* τὰ κατὰ σφᾶϛ ναυάγια καὶ νεκροὺϛ ἀνελέσθαι. Nihil erat igitur a Corcyraeorum consilio quo haec enumerabant alienius quam Atheniensium adventum commemorare. Oppositio inest in

Digitized by Google

verbis ἀνελόμενοι τὰ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ναυάγια, quae respondent praecedentibus Corinthiorum verbis: ὥςε καὶ ναυάγια πλεῖςα καὶ νεκροὺς προσκομίσασθαι. Nondum omnia exhausimus. Superest enim alienae manus additamentum in verbis: ὅτι αὐτοῖς τῇ προτεραίᾳ πρύμναν κρουόμενοι ὑπεχώρησαν οἱ Κορίνθιοι ἰδόντες τὰς Ἀττικὰς ναῦς. Spuria sunt verba ἰδόντες τὰς Ἀττικὰς ναῦς a sciolo assumta ex cap. 50: οἱ Κορίνθιοι ἐξαπίνης πρύμναν ἐκρούοντο κατιδόντες εἴκοσι ναῦς Ἀθηναίων προσπλεούσας. Thucydides ipse recte et ordine refert Corinthios *metu Atheniensium* recepisse sese, sed absurdum est Corcyraeos idem commemorare, quum *suae* virtutis et *suae* victoriae argumenta et indicia congerunt. Contendebant *bis* sibi Corinthios cessisse τῇ τε προτεραίᾳ καὶ ἐπειδὴ ἦλθον οἱ Ἀθηναῖοι. Superiore enim die πρύμναν κρουόμενοι αὐτοῖς ὑπεχώρησαν et die post, quum venissent Athenienses, αὐτοῖς οὐκ ἀντεπέπλεον. Vis argumenti est in verbis αὐτοῖς ὑπεχώρησαν, quasi Corinthii Corcyraeorum impetum sustinere non potuissent. Adde nunc ἰδόντες τὰς Ἀττικὰς ναῦς et non tantum omne argumenti pondus elevatur sed ridicule pugnantia secum Corcyraei loquuntur. Deletis autem verbis suppositis ἰδόντες τὰς Ἀττικὰς ναῦς simul sedatae sunt et compositae interpretum controversiae de sqq. ubi alii addunt, alii omittunt οἱ Ἀθηναῖοι et dissentiunt utrum ἐπειδὴ ἦλθον de Atheniensibus an de Corcyraeis sit intelligendum. Perspicuum nunc est verba ἐπειδὴ ἦλθον οἱ Ἀθηναῖοι sanissima esse et nil nisi temporis significationem continere. Itaque totus locus in hunc modum constituendus est: γνώμῃ δὲ ἑκάτεροι τοιᾷδε τὴν νίκην προσεποιήσαντο· Κορίνθιοι μὲν ὡς κρατήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ μέχρι νυκτὸς, ὥςε καὶ ναυάγια πλεῖςα καὶ νεκροὺς προσκομίσασθαι, καὶ ἄνδρας ἔχοντες αἰχμαλώτους οὐκ ἐλάσσους χιλίων ναῦς τε καταδύσαντες περὶ ἑβδομήκοντα, Κερκυραῖοι δὲ ὡς τριάκοντα ναῦς μάλιςα διαφθείραντες καὶ ἀνελόμενοι τὰ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ναυάγια καὶ νεκρούς, καὶ ὅτι αὐτοῖς τῇ τε προτεραίᾳ πρύμναν κρουόμενοι ὑπεχώρησαν οἱ Κορίνθιοι καὶ ἐπειδὴ ἦλθον οἱ Ἀθηναῖοι οὐκ ἀντεπέπλεον ἐκ τῶν Συβότων· οὕτω μὲν ἑκάτεροι νικᾶν ἠξίουν.

Digitized by Google

Thucydides I. 50.

Quod vitium supra notavimus in ἀντέπλεον pro ἀντεπέπλεον, idem a plerisque scribis commissum I. 50 homines eruditos in fraudem erroremque impulit. Recepta vulgo est haec scriptura: ἀθροισθέντες ἐπέπλεον τοῖς Κερκυραίοις. οἱ δὲ — μετὰ τῶν Ἀττικῶν νεῶν καὶ αὐτοὶ ἀντέπλεον; et quod in aliis libris est ἀντεπέπλεον consensu repudiatur. Firmatur enim ἀντέπλεον, ut opinantur, scriptura loci cap. 54 ubi ἀντέπλεον sine varietate occupat libros omnes. Abutuntur igitur loco corrupto ad alium locum corrumpendum. Ἀντιπλεῖν omnino non est verbum Graecum et nemo facile excogitabit quae notio in eo verbo inesse possit. Ἀντίπλοια (ut alibi ostendimus) apud Polybium et Strabonem vitiose et absurde legitur pro ἀντιπάθεια, ΑΝΤΙΠΛΟΙΑ pro ΑΝΤΙΠΑΘΙΑ confusis ΑΘ et ΛΟ, ut saepius in εὐπαθεῖν pro εὐπλοεῖν. Video Dindorfium ad Steph. Thes. v. Ἀντιπνέω sine ulla mali suspicione afferentem e Stobaei Floril. 105, 29:

τοῖς εὐπαθοῦσιν ἀντιπνεύσασ' ἡ τύχη.

sed absurde ita scribitur pro εὐπλοοῦσιν. Thucydidea fere sunt quae enumerat Pollux I. 124: ἀρθῆναι τὰ σημεῖα, ἀνταναγεσθαι, ἀντεπιπλεῦσαι, προσεπιπλεῦσαι.

C. G. Cobet.

(*Continuabitur.*)

ASCONIUS PEDIANUS CORRECTUS.

Apud Asconium Pedianum in *Scaurianam* p. 30, 9. editur: *Cato praetor iudicium quia aestate agebatur sine tunica exercuit campestri sub toga cinctus. In forum quoque sic* descenderat *iusque dicebat idque* reppererat *ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli ac Tatii statuae in Capitolio et in Rostris Camilli fuerunt togatae sine tunicis.* Id Cato, ut opinor, non REPPERERAT, si ea consuetudine iam Romulus ac Tatius fuerant usi, quos ille imitabatur, sed REPETIERAT. Praeterea scribe *descendebat* pro *descenderat.*

C. G. Cobet.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CRITICAE

AD

THEMISTII ORATIONES.

Themistius quamquam nonnumquam τοὺς ὑπεραττικίζοντας insectatur, quos delectent ῥηματίσκια παμπάλαιά τε καὶ αἰνιγματώδη ὑπὸ χρόνου (pag. 253 C), et quibus τὸ δήπουθεν καὶ τὸ κἄπειτα καὶ τὼ Διοσκόρω semper sint in ore (ibid. D), tamen ipse eo vitio non caret. Delectat eum imprimis Atticum et Platonicum ἄττα, sed in eo usu peccant librarii elisam more Attico vocalem ingrate supplentes, veluti p. 2 A. σμικρὰ ἄττα, p. 249 A. δουλικὰ ἄττα, p. 266 C. πολλὰ ἄττα, p. 267 D. ὁποῖα ἄττα, p. 271 C. ἄλλα ἄττα, et passim alibi, quum perpetua fuerit in talibus elisio πόλλ' ἄττα, ὀλίγ' ἄττα, ἄλλ' ἄττα cet. Nonnumquam scribae peccant etiam in Platone, sed in Themistii libris perpetuus is error est nusquam tolerandus.

De recocta apud Atticistas vocula ἄττα lepidus est Luciani locus, ubi *Rhetorum Praeceptor* cap. 16 ad adolescentulum iamiam futurum oratorem ita dicit: πεντεκαίδεκά που ἢ οὐ πλείω γε τῶν εἴκοσιν Ἀττικὰ ῥήματα ἐκλέξας ποθὲν καὶ ταῦτα ἀκριβῶς ἐκμελετήσας πρόχειρα ἐπ' ἄκρας τῆς γλώττης ἔχε τὸ ἄττα καὶ κἄτα καὶ μῶν καὶ ἀμὴγέπη καὶ λῷστε καὶ τὰ τοιαῦτα καὶ ἐν ἅπαντι λόγῳ καθάπερ τι ἥδυσμα ἐπίπαττε αὐτῶν, et in cap. 18: καὶ ἐπὶ πᾶσι τὰ ὀλίγα ἐκεῖνα ὀνόματα ἐπιπολαζέτω καὶ ἐπανθείτω καὶ συνεχὲς τὸ ἄττα καὶ τὸ δήπουθεν κἂν μηδὲν αὐτῶν δέῃ. καλὰ γάρ ἐστι καὶ εἰκῇ λεγόμενα, et cap. 20: οἱ μὲν συνιέντες ὀλίγοι, — οἱ πολλοὶ δὲ τὸ σχῆμα καὶ φωνὴν καὶ — τὸ ἄττα σου ἐκεῖνο τεθήπασιν. Etiam facetior locus in eodem argumento est in Luciani Lexiphane,

Digitized by Google

ubi medicus ad Lexiphanem ita dicit cap. 21: *ἄρξαι δὴ ἐμεῖν. βαβαῖ. πρῶτον τουτὶ τὸ μῶν, εἶτα μετ' αὐτὸ ἐξελήλυθε τὸ κᾆτα, εἶτα ἐπ' αὐτοῖς τὸ ἦ δ' ὅς, καὶ ἀμηγέπη καὶ λῷστε καὶ δήπουθεν καὶ συνεχὲς τὸ ἄττα.* Nihilo minus ipse Lucianus, haud secus atque Themistius, illo recocto *ἄττα* lubenter et crebro utitur, ut et plerisque reliquis quae tam salse in stulto Lexiphane ridebat.

Ostendam uno exemplo Themistium quoque ea quae in aliis carpit ipsum committere. Quod enim apud Themistium legitur p. 25 A: *οὐδεμία μοι μηχανὴ ἀποσερεῖν ἐπιχειροῦντι καὶ καταπροίξεσθαι* duplici nomine mendosum est, quorum vitiorum alterum scribis, alterum ipsi Themistio est imputandum. Scribae *καὶ* de suo inferserunt: Themistius dederat *οὐδεμία μοι μηχανὴ ἀποσερεῖν ἐπιχειροῦντι καταπροίξεσθαι.* Καταπροίξεσθαι pendet a *μηχανή* et *ἀποσερεῖν ἐπιχειροῦντι* est *ἐὰν ἀποσερεῖν ἐπιχειρῶ.* Ipsi Themistio autem vitio vertendum est quod posuit futurum *καταπροίξεσθαι* pro praesenti aut aoristo. Verbum autem vetus Ionicum et Atticum, quo usus est, non habet aliam formam praeter solum futurum, *οὐ καταπροΐξεαι* apud Iones, *οὐ καταπροίξει* apud Atticos, quamobrem alio verbo uti Themistium oportebat, sed implicitus in vitium, quod nonnumquam ipse ridet, maluit *ὑπεραττικίζειν* quam verbum omnibus notum ponere.

Eiusdem farinae est quod paulo post dedit p. 25 C. *πάνυ ἔμπειρος καὶ δαήμων*: melius enim *δαήμων* vetustis poëtis reliquisset. Nonnumquam verbum vetus et obsoletum cum usitato componit, veluti p. 58 B: *συναπώνατο ἢ συναπέλαυσεν*, p. 341 D. *ἀπεφθίκασί τε καὶ ἀπερρυήκασιν*, et p. 360 D. *ἄϊσον καὶ φροῦδον*, et contra p. 359 B. *ἀφανίσαι τε καὶ ἀϊσῶσαι.* In his omnibus manifesto bis idem dicit, sed lubenter simul vocabulis utitur reconditis et quid dicat notiore verbo planum facit. Sunt haec omnia *ῥηματίσκια παμπάλαια καὶ αἰνιγματώδη ὑπὸ χρόνου*, quae ridet ipse p. 253 C. sed est, ut in proverbio est:

ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

Duobus mendis inquinatus est locus Themistii in Orat. I. p. 2 D. *ἆρα ὁμοίως εὐπετὲς καταμαθεῖν αὐτόν τε (τὸν θεόν)*

Digitized by Google

καὶ τὰ ποιήματα; ἢ πρὸς ταῦτα μὲν ἡ Φύσις ὄμματα ἐξ ἀρχῆς ἐτεκτήνατο καὶ πάρεσιν ἀνεῳγμένοις ὁρᾶν ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα καὶ τὸν ξύμπαντα οὐρανὸν, ἐκεῖνον δὲ κατιδεῖν ἀγαπητὸν ὅτῳ καὶ εἰς χρόνον ἐξ αὐτῶν ἐκείνου ἐφίκοιτο. Male recepit Dindorfius infelicem Iacobsii coniecturam πάρεσιν ἀνεῳγμένοις ὁρᾶν, quasi vero aliquis aliter rerum naturam quam *oculis apertis* intueri posset. Quod in libris est πάρεσιν εὖ γενομένοις ὁρᾶν emendari oportere in εὐθὺς γενομένοις idque e Platone sumsisse Themistium ostendimus in Mnemos. IX. p. 247 sq. Superest ut ultimam loci partem restituamus in integrum nunc pessime corruptam. Nil iuvat Harduinus pro ὅτῳ reponens ὅσις et sic augens etiam morbum, quem curare volebat. Vitii sedes est in ἐφίκοιτο et ὅτῳ sanissimum est. Emendandum esse locum censeo in hunc modum: ἐκεῖνον δὲ κατιδεῖν ἀγαπητὸν ὅτῳ καὶ εἰς χρόνον ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἐκγένοιτο. Notissima haec est loquendi forma ἐξεγένετό μοι ἰδεῖν τι, εἰ γὰρ ἐκγένοιτό μοι ταύτην ἰδεῖν την ἡμέραν, et similia. Liber vetus erat perrosus et lacer, et quum haec tantum apparerent ἐξ αὐτῶν ἐκείν ** Є***OITO, nihili corrector supplevit ἐκείνου ἐφίκοιτο pro ἐκείνων ἐκγένοιτο.

Leve mendum eluendum est e Themistio p. 3 B. τὰς ὑμετέρας φωνὰς ὅσας ποιεῖσθε περὶ βασιλέως ἑκάστοτε ἐν ἀγοραῖς, ἐν θεάτροις, ἐν οἰκίαις. Non est Graecum φωνὴν ποιεῖσθαι, sed προΐεσθαι. Themistius p. 1 A: ῥῆμα οὐδὲ σμικρὸν ἑκὼν εἶναι προοῖτ' ἄν. pag. 44 A. μηδὲ μικρὸν ῥῆμα προέσθαι. p. 343 B. ὀλίγα (sic recte Iacobsius pro λιτὰ) ῥήματα προηκάμην. p. 15 B. ὁ νόμος εἰ προέσθαι φωνὴν ἐδύνατο. p. 81 C: εἴ τι χρησὸν ῥῆμα προήκατο, et aliis locis. Itaque corrigendum est φωνὰς ὅσας προΐεσθε.

Duo vocabula transponenda sunt p. 8 A: ἔτι τοίνυν ὅτι μᾶλλον βασιλικωτέρα κτἑ. Imo vero ὅτι τοίνυν ἔτι μᾶλλον, ut fert omnium Graece loquentium consuetudo.

C. G. Cobet.

(*Continuabitur.*)

Digitized by Google

ANNOTATIONES CRITICAE

AD

THEMISTII ORATIONES.

(*Continuantur e Mnemosyne* XI. *p.* 224.)

Themistius ubi ridet eos qui *ῥηματίσκια παμπάλαιά τε καὶ αἰνιγματώδη ὑπὸ χρόνου* usurpabant p. 254 C. haec ipsa *ῥηματίσκια* Platoni sublegit. Plato in *Theaeteto* p. 180 A. lepide admodum ita scripsit: *ἄν τινά τι ἔρῃ, ὥσπερ ἐκ Φαρέτρας ῥηματίσκια αἰνιγματώδη ἀνασπῶντες ἀποτοξεύουσι, κἂν τούτου ζητῇς λόγον λαβεῖν τί εἴρηκεν ἑτέρῳ πεπλήξει καινῶς μετωνομασμένῳ, περανεῖς δὲ οὐδέποτε οὐδὲν πρὸς οὐδένα αὐτῶν.* Audi nunc Themistium: *αἰσθανομένη ξένως ἔχοντας ἡμᾶς τῆς σοφωτέρας διαλέκτου συσκευασαμένη ῥηματίσκια παμπάλαιά τε καὶ αἰνιγματώδη ὑπὸ χρόνου ἐκπαταγεῖ ἡμῖν τὰ ὦτα. — εἰ δὲ δὴ καὶ ἐρέσθαι ἐπιχειρήσεις μὴ συνεὶς ὅ τι εἴρηκεν ἑτέρῳ πεπλήξῃ* (leg. *πεπλήξει*) *ὀνόματι δυσκολώτερον ὠνομασμένῳ, περανεῖς δὲ οὐδέποτε οὐδέν.* Graculum vides alienis plumis exornatum. Ne quid in iis Themistio quod suum dicere possit relinquatur, sciendum est quod dixit *ξένως ἔχοντας τῆς σοφωτέρας διαλέκτου*, sumtum esse e Platonis *Apologia* p. 17 D: *νῦν ἐγὼ πρῶτον ἐπὶ δικαστήριον ἀναβέβηκα, ἔτη γεγονὼς πλείω ἑβδομήκοντα· ἀτεχνῶς οὖν ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως.* Integrum hunc locum descripsi ut ex eo mendum tollerem: *ἔτη πλείω ἑβδομήκοντα* Graece dici non potest, et apud Thucydidem VI. 95 supplendum est *ἐπράθη ταλάντων οὐκ ἔλασσον* (*ἢ*) *πέντε καὶ εἴκοσιν.* Quum multi Codices *πλείω* omittant aut *ἔτη γεγονὼς ἑβδομήκοντα* scribendum, aut (quod mihi quidem verius videtur) *ἔτη γεγονὼς σχεδὸν ἑβδομήκοντα.*

Habent hoc plerique omnes seri Atticorum imitatores ut verbis antiquis et olim obsoletis inepte admisceant vocabula

Digitized by Google

de trivio sumta, plebeia et sordida, quibus faex aequalium suorum uti solebat. Carpitur eo quoque nomine Lexiphanes apud Lucianum cap. 25, quod ὑπεράττικος εἶναι ἀξιῶν καὶ τὴν φωνὴν εἰς τὸ ἀρχαιότατον ἀπηκριβωμένος plurima orationi misceret plebeia vocabula, οἷον τὸ ἵπτατο καὶ τὸ ἀπαντώμενος καὶ τὸ καθεσθείς οὐδὲ μετοικικὰ τῆς Ἀθηναίων φωνῆς. Eodem morbo saepe Themistium laborare videbis, cuius rei unum exemplum apponam quod legitur pag. 254 A, ubi queritur simulatam et fucatam nonnullorum sapientiam imperitae multitudini imponere quia nemo apud eos esset qui ipse vera sapientia praeditus illorum vanitatem confutare posset: εἰ μέν τις ἀφίκοιτο εἰς τὴν πόλιν ῥητορικὸς προσποιούμενος εἶναι, inquit, non diu latebit, quoniam multi apud nos sunt harum rerum periti a quibus admoneamur: σοφίαν δὲ αὐτοὶ μὲν οὔπω κεκτήμεθα, τῷ δὲ ἔχοντι αὐτὴν ἀπιστοῦμεν καὶ οἰόμεθα ὑπὸ ζήλου καὶ βασκανίας σκυβαλίζειν τε καὶ διαπτύειν ὃν ἡμεῖς διὰ ταύτην τὴν φαντασίαν μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρομεν πόρρω ὄντες τοῦ εἰδέναι ὅτι οὐδεὶς σοφὸς δύσνους τῷ ὁμοίῳ. Haec quoque laciniis Platonicis tamquam gemmulis distincta sunt, primum e libro X *de Rep.* p. 600 D. ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦνται ὥστε μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι, deinde ex *Theaeteto* p. 151 C: πόρρω ὄντες τοῦ εἰδέναι ὅτι οὐδεὶς θεὸς δύσνους ἀνθρώποις, sed his pannis purpureis late splendentibus assuit Themistius verbum de trivio sumtum σκυβαλίζειν, quo nihil esse potest sordidius. Delegi hunc locum potissimum e multis, ut eum obiter immani scribarum errore liberarem. Scribae enim Themistium induxerunt pugnantia secum ridiculum in modum dicentem et *prorsus contrarium* quam quod dixerat. Nihil enim a Themistii sententia alienius est quam quod editur: σοφίαν δὲ αὐτοὶ οὐ κεκτήμεθα, τῷ δὲ ἔχοντι αὐτὴν ἀπιστοῦμεν. Contra enim acerbe queritur simulatam sapientiam apud omnes esse in honore quia nemo sit sapientia praeditus, quo admonente populus veram sapientiam a vana et inani sapientiae specie distinguat. Dixerat paulo ante p. 253 B: διὰ τί οὖν οὗτοι μὲν (mali artifices et oratores) ἡμᾶς οὐκ ἀπατῶσιν, — σοφὸν δὲ πειθόμεθα εἶναι καὶ τὸν μὴ ὄντα; et sibi ipse responderat: ἐπεὶ ἡμεῖς οἱ πολλοὶ ὦτα μὲν κεκτή-

Digitized by Google

μεθα καὶ ὀφθαλμούς, σοφίαν δὲ οὔ. Quomodo igitur dicere statim potuit: τῷ δὲ ἔχοντι τὴν σοφίαν ἀπιστοῦμεν et continuo addere, homines eum quem sapientem esse opinentur μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρειν? Removebit has molestias omnes unius vocabuli emendatio. Mendum est in δὲ ἔχοντι. Quid multa? corrigendum est τῷ δ' ἐλέγχοντι αὐτὴν ἀπιστοῦμεν. Si quis eam sapientiam redarguit, inquit, et argumentis vanam et futilem esse convincit, ei fidem non habemus καὶ οἰόμεθα ὑπὸ ζήλου τε καὶ βασκανίας — διαπτύειν ὃν ἡμεῖς — ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρομεν. Luce clarius est haec dici de aliquo sapientiae reprehensore, qui vulgo existimaretur livore et invidia ductus ea carpere et rodere, quae vulgus hominum miraretur ac stuperet. Perspicuum est quam facile δὲ ἔχοντι et δ' ἐλέγχοντι confundi potuerint.

Continuo sequitur locus eodem ridiculo genere erroris inquinatus ut Themistius *plane contrarium* dicat atque eum revera dixisse manifestum est. Miror subinde quo pacto ista Harduinos et Petavios fugerint, nam Dindorfius non nisi propere et festinanter ista legisse videtur. Editur: οὐδεὶς σοφὸς δύσνους τῷ ὁμοίῳ. ἀλλὰ τῷ οὐ κατὰ νόμον μεμυημένῳ τὸν ναρθηκοφόρον Βάκχον ἡγεῖσθαι οὐ συγχωρεῖ τὰ μυςήρια. Est paulo tumidior oratio, sed minime ad intelligendum difficilis. Respicitur notus versiculus:

πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι.

et his nominibus veri sapientes et qui sapientiam simulant inter se distinguuntur. Satis perspicuum est Themistium hoc dicere: *Nemo sapiens sapienti est malevolus, sed qui vere sapiunt sapientiae simulatores ferre non possunt.* Itaque delenda negatio est et pro τῷ οὐ κατὰ νόμον μεμυημένῳ Themistius dederat: τῷ κατὰ νόμον μεμυημένῳ τὸν ναρθηκοφόρον Βάκχον ἡγεῖσθαι οὐ συγχωρεῖ τὰ μυςήρια.

Prorsus idem error, ut negatio contra loci sententiam irreperet, iterum in eadem oratione commissus est p. 245 B: ἀλλ' ὅπερ λέγω, εἰ μὴ συγχωροίην ὑμῖν φιλόσοφος εἶναι, πάντως τέρας τὸ παρ' ἐμοῦ γενόμενον. Res ipsa clamat scribendum esse: εἰ συγχωροίην ὑμῖν φιλόσοφος εἶναι. Multis en[i]

Digitized by Google

verbis Themistius initio orationis declaraverat falso sese pro philosopho haberi, veluti p. 224 A: *φιλόσοφος οὔτε εἶναι ἡγοῦμαι τούς τε ἡγουμένους ἐξαπατᾶσθαι ὑπολαμβάνω*, et post pauca: *ἰδοὺ γὰρ ὑμῖν διαρρήδην αὐτὸς ἐγὼ λέγω κατ' ἐμαυτοῦ ὅτι τούτου μοι τοῦ ὀνόματος οὐδὲν προσήκει*, et alia multa in eandem sententiam addidit. Poteratne igitur apertius secum ipse pugnare quam ut diceret: *εἰ μὴ συγχωροίην ὑμῖν φιλόσοφος εἶναι*?

Persequar nunc deinceps omnes ex Oratione XXI locos, qui mihi aliquam labem contraxisse videntur.

Vetus error obsidet exordium p. 243 A: *Ἄνδρες —, τί κάθησθε ἐκπεπληγμένοι; τί δὲ συνέχεσθε ὑπὸ θάμβους; ὅπου ὑμῖν καινὸν καὶ ἀλλόκοτον καταφαίνεται ἄνδρα τοῦ φιλοσοφίας ὀνόματος ἀξιούμενον — ἐωρᾶσθαι καθήμενον ἐπὶ θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ κτέ.* Pro *ὅπου* in aliis est *ὅτι που*, sed utrumque vitiosum esse facile apparet. Quid legendum sit nullo labore colliges ex Platone, cuius unum et alterum locum subiiciam. *Theaet.* p. 146 A. *τί σιγᾶτε; οὔτι που ἐγὼ ὑπὸ φιλολογίας ἀγροικίζομαι*; *de Rep.* II. p. 362 D. *οὔτι που οἴει ἤδη ἱκανῶς εἰρῆσθαι περὶ τοῦ λόγου*; *Alcibiad.* I. p. 113 E: *οὔτι που αὖ σὺ οἴει ταῦτ' εἰδέναι*; Saepius sic Aristophanes loquitur, veluti Ran. 523:

ἐπίσχες οὗτος. οὔτι που σπουδὴν ποιεῖ
ὁτιή σε παίζων Ἡρακλέα νεσκεύασα;

et multis aliis locis. Viden illud ipsum in *ὅτι που* latere? *οὔτι που ὑμῖν καινὸν καὶ ἀλλόκοτον καταφαίνεται*; Themistius etiam alibi sic locutus est, ut p. 3 B. *οὔτι που δύσβατόν γέ τινα καὶ ἐπίσκιον*, et p. 59 C: *οὔτι που οἴεσθε μαγγανείαν τὸ χρῆμα καὶ μανίαν*;

Mendo non caret quod continuo sequitur *μέλλοντα ὑμᾶς προκαλέσασθαι — εἰς κρότους*. Themistius dederat *προκαλέσεσθαι*, ut solet verbo *μέλλειν* futurum addere, quod scribae in aoristum de more convertunt. Bene correxit Dindorfius p. 124 A. *μέλλοντα ἀπολαύσεσθαι* pro *ἀπολαύσασθαι*, quod barbarum est. Eodem modo corrige p. 269 B.

Digitized by Google

μελλούσῃ — ἐπορέξεσθαι pro ἐπορέξασθαι. Sine mendo legitur p. 274 A. μέλλει διαρρυήσεσθαι. Forma προκαλέσομαι apud sequiores in usu erat pro vetere προκαλοῦμαι. Themistius solet τελέσω, ἀκέσομαι, ἐλάσω et similia contra Atticorum consuetudinem usurpare, de qua re alius dabitur dicendi locus.

Soloece loquitur Themistius p. 243 B. ubi dicit: πατρὸς μὲν οἶδα ἐμαυτὸν γενέσθαι — Φιλοσόφου, quae Latina, non Graeca compositio est. Veteres dixissent πατρὸς μὲν οἶδα γεγονώς, ut apud Aristophanem est:

οἶδα μὲν ἀρχαῖόν τι δρῶν κοὐχὶ λέληθ' ἐμαυτόν.

et apud caeteros omnes constanter.

Excidit ἄν pag. 244 B. ex his: οὕτω γὰρ δὴ μάλιστα ὁ τύπος εἰσίοι τε καὶ ἐνδύοιτο, quae sumta sunt ex Platone *de Rep.* II. p. 377 B. μάλιστα γὰρ δὴ τότε πλάττεται καὶ ἐνδύεται τύπος, ὃν ἄν τις βούληται ἐνσημήνασθαι ἑκάστῳ, sed una litterula inserta apud Themistium scribendum est μάλισθ' ἂν ὁ τύπος εἰσίοι.

Iterum peccavit Themistius p. 244 C. quum scriberet: ἐμὲ δὲ ἐμισείτην τὼ πατέρε τούτω καὶ ἀπηχθέσθην. Non enim *imperfectum* est ἀπηχθέσθην, ut ille opinabatur, sed *aoristus*. Praeterea ἀπηχθόμην apud Veteres omnes passivam notionem habet poniturque pro ἐμισήθην. Recentiorum vitiosa συνήθεια est ponere formam ἀπέχθομαι idque pro ἐχθρός sive πολέμιός εἰμι, *inimicum esse alicui*, et simpliciter *aliquem odisse*. Itaque apud Themistium ἐμισείτην et ἀπηχθέσθην sunt prorsus ἰσοδύναμα.

Aoristus ἀπήχθεσθε apud Thucydidem II. 63. κινδύνου ὢν ἐν τῇ ἀρχῇ ἀπήχθεσθε ex ipsa rei natura in perfectum ἀπήχθησθε convertendum est, quae forma recte legitur I. 75 et 76, nisi quod in cap. 76 dissentiunt libri in ἀπήχθησθε et ἀπήχθεσθε. Futurum ἀπεχθήσει semper mihi visum est Isocrati esse reddendum pag. 6 B. τοῖς μὲν οὐκ ἀπεχθὴς ἔσει, τοῖς δὲ φίλος γενήσει, imo vero οὐκ ἀπεχθήσει, ut apud Platonem est in *Philebo* p. 58 C. οὐδὲ γὰρ ἀπεχθήσει Γοργίᾳ, et aliis locis.

Digitized by Google

Platonica fere sunt quae habet Themistius p. 244 C: *ἀλλ' ἐγὼ νωθής τε πρὸς παιδείαν ἔφυν καὶ ἀτεράμων καί μοι σκληρίας ὑπόπλεων ξυνεπάγη τὸ ἐκμαγεῖον*, quorum *τὸ ἐκμαγεῖον* sumsit ex *Theaeteto* p. 191 C, *θὲς δή μοι — ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνὸν κήρινον ἐκμαγεῖον κτἑ.* ad quem locum respicit p. 105 A: *Φύσιν κηρίνου παντὸς ἐκμαγείου εὐπλαστοτέραν πρὸς ἀρετήν*, et p. 144 B: *ἕτοιμος εἰς τὴν ψυχὴν καταδέχεσθαι ἃ ἐγγράφοιμι μᾶλλον ἢ τὸ κήρινον ἐκμαγεῖον τὰ γράμματα τοῦ σιδηρίου.*

Haec quoque ex Platone sumta sunt quae leguntur p. 246 D. *τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ πρὸς Διὸς ὁ χαλκεὺς ἐκεῖνος ὁ Φαλακρὸς καὶ σμικρὸς, ὁ νεωστὶ τῶν δεσμῶν λελυμένος, ὁ τὸ σεμνὸν ἱμάτιον περιθέμενος μέλλων ἐπιχειρεῖν τῇ δεσποίνῃ.* Quicumque haec audiebat paulo eruditior continuo recordabatur loci Platonici in libro VI *de Rep.* p. 495 E: *δοκεῖς οὖν τι διαΦέρειν αὐτοὺς χαλκέως Φαλακροῦ καὶ σμικροῦ νεωστὶ μὲν ἐκ δεσμῶν λελυμένου, — νεουργὸν ἱμάτιον ἔχοντος — διὰ πενίαν καὶ ἐρημίαν τοῦ δεσπότου τὴν θυγατέρα μέλλοντος γαμεῖν.* Descripsi haec ad emendandum alium Themistii locum p. 64 C. ubi editur: *τοὺς Φαλακροὺς δὲ καὶ τοὺς χαλκέας τοὺς ἐπιθεμένους τῇ δεσποίνῃ ὀρΦανευθείσῃ*, ubi evidens vulgatae vitium lenissimo remedio ita sanandum est ut rescribatur: *τοὺς Φαλακροὺς δ' ἐκείνους χαλκέας*, quemadmodum illo loco est *ὁ χαλκεὺς ἐκεῖνος ὁ Φαλακρός*, utpote omnibus ex Platone notus.

Tollenda est barbara forma ex Themistio p. 247 A. *Φιλοχρημάτους τε καὶ ἁρπαγέας*, imo vero *ἅρπαγας*, namque *ἁρπαγεύς* mera est barbaries.

Mirificum et absurdum emblema nescio quomodo irrepsit p. 247 C. *ἀξιῶν ὡς ἐν βοσκήμασιν ἄνθρωπος εἶναι ὅτι τὰ ὁμώνυμα ἐπίσαται [ἢ οὐκ ἐπίσαται] καὶ ᾗ διαΦέρει τὸ διότι καὶ τὸ καθότι.* Miror unde ista sese in verba Themistii insinuaverint, sed nullo pacto servari posse, nisi ut Themistius ineptiat, id vero perspicuum est.

Digitized by Google

Male mulcatus locus est p. 247 C. ἢ διαφέρει τὸ διότι καὶ τὸ καθότι καὶ τὰ τοιαῦτα ἄττα ἀτεχνῶς σκοτεινὰ καὶ λωβὰ ῥήματα τῆς Ἀριστοτέλους διαλεκτικῆς. Primum scribe καὶ τοιαῦτ' ἄττα — ῥήματα. Deinde quaero quid lateat in λωβά. Infelix est Stephani coniectura κολοβά. Pueruli balbutientis verba sunt κολοβά, Aristotelis vocabula erant *ambigua*, quare λοξά verum videtur. Themistius λοξὸν et ἀμφίβολον coniunxit p. 202 C: λοξὴν καὶ ἀμφίβολον (ψῆφον) ἐνεγκών. Opponuntur inter se κολοβός et ἄρτιος p. 249 D. et p. 233 B. οὔτε χωλὸν οὔτε κολοβὸν αὐτοῦ τὸ κάλλος ἀλλ' ἄρτιον καὶ ὁλόκληρον. Λοξόν dici quod sit ambiguum et anceps satis arguit vel Apollinis cognomen ὁ Λοξίας.

Quod dicit Themistius p. 248 A: ἰδοὺ γὰρ αἰσθάνομαι, ὦ μακάριοι, τὸ ςῆθος ὑποπιμπλάμενος κτἑ. colorem duxit ex Platonis *Phaedro* p. 235 C: πλῆρές πως, ὦ δαιμόνιε, τὸ ςῆθος ἔχων αἰσθάνομαι.

Non uno vitio inquinatus est locus p. 248 B: ἀθρεῖτε δὲ τοῦτον πρῶτον, ὦ ἄνδρες, τὸν τύπον καὶ ἐπισκοπήσαντες ἀκριβῶς, ἐὰν ὑμῖν φαίνηται ἀναγκαῖον, φυλάττειν τε καὶ πρόχειρον ἔχειν. Primum ex Codd. recipiendum ἀθρεῖτε δή pro δέ, et ἀναγκαῖος pro ἀναγκαῖον: deinde reponendum φυλάττετε καὶ πρόχειρον ἔχετε. Superest ipsius Themistii vitium, qui non est recordatus ἐπισκοπεῖν habere apud Atticos ἐπισκέψομαι, ἐπεσκεψάμην et ἐπέσκεμμαι, et quum ἐπισκεψάμενοι dare debuisset, secutus aequalium συνήθειαν dedit ἐπισκοπήσαντες.

Descivit iterum ab antiquorum omnium usu quum scriberet p. 248 C: πεπιςεύκατε ἐκ τῶν χρηςῶν χρηςὰ φυήσεσθαι. Graeculi pro ἔφυν, ἀνέφυν, φύσομαι, ἀναφύσομαι substituunt noviciam et vitiosam formam ἐφύην, ἀνεφύην, φυήσομαι et ἀναφυήσομαι, similem formae Atticae ἐρρύην et ῥυήσομαι. Hinc φυῆναι pro φῦναι, φυείς et ἀναφυείς apud istos leguntur pro φύς et ἀναφύς. Themistius in his sibi non constat et modo Atticos sequitur modo sequiores. Sic dixit p. 249 A: τῶν κλάδων τοὺς διαρρόφους φυέντας, et ἀναφυέντας p. 34 A. et φυῆναι p. 276 B. et φυέντες p. 334 C. sed ἀττικιςί p. 5 C.

Digitized by Google

τὴν ξυμφῦσαν φιλανθρωπίαν. Quod dixit p. 272 D. ὥςε διὰ τούτου γε ἐθέλειν ἐμφῦναι, si locum bene perpenderis videbis verum esse συμφῦναι, sumtum ex Platonis *Symposio* p. 191 A.

Duplex vitium eximendum est e Themistii verbis p. 249 C. ὧν ἄλλα κακὰ καὶ ἀλλοτριώτερα φιλοσοφίας οὐ μή ποτε ἐν ἀνθρώποις φύηται. Primum κακά necessario in κακίω refingendum est, *quibus non sunt alia* peiora *et a philosophia alieniora*. Deinde pro φύηται requiritur φύῃ ex ἔφυν, nisi Themistius ex ἐφύην, ut solent sequiores, φυῇ formaverit. Οὐ μή eo sensu cum *aoristis* componitur, οὐ μὴ γένηται, οὐ μὴ βλάςῃ, et sim. Saepius ostendimus quid scribae peccare soleant in formis antiquis ΦΥΗΙ et ΦΥΩCΙ, pro quibus φυῇ et φυῶσι dare solent quum Attici ex ἔφυν φύῃ et φύωσι formarent, ut δύῃ et δύωσιν ex ἔδυν. Sic apud Platonem *de Rep.* X. p. 597 C. male editur: δύο δὲ τοιαῦται ἢ πλείους οὔτε ἐφυτεύθησαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ οὔτε μὴ φυῶσιν, ubi sine controversia φύωσιν scribendum, similiterque caeteris Atticorum locis. Themistius enim in ea re peccare potuit, sed Plato et Attici non potuerunt.

Quae apud Themistium praecedunt pleraque ex Platone sumta sunt, quem vide in *Theaeteto* p. 173 A. sqq. Τὰ δουλικὰ διακονήματα in ea re primus appellavit Plato ibid. p. 175 E. Quod apud Themistium est τὸ γὰρ ἄνω αὐτῶν καὶ εὐθύ τε καὶ ἐλευθέριον ἡ ἐκ νέων δουλεία ἀφῄρηται, apud Platonem habetur p. 173 A. τὴν γὰρ αὔξην καὶ τὸ εὐθύ τε καὶ ἐλεύθερον ἡ ἐκ νέων δουλεία ἀφῄρηται, et quod apud Themistium sequitur: περὶ ταῦτα οὖν ἔντονοι καὶ δριμεῖς γίγνονται ἅτε ἐπιςάμενοι ἐκ παίδων καὶ μελετήςαντες λόγῳ τε θωπεῦςαι δεςπότην καὶ ἔργῳ ὑπελθεῖν, manavit ex his apud Platonem p. 173 A. ὥς' ἐξ ἁπάντων τούτων ἔντονοι καὶ δριμεῖς γίγνονται ἐπιςάμενοι τὸν δεςπότην λόγῳ τε θωπεῦςαι καὶ ἔργῳ χαρίςαςθαι, ubi suspicor χαρίςαςθαι subrepsisse in genuinae lectionis apud Themistium servatae locum, quae est καὶ ἔργῳ ὑπελθεῖν. Videbimus etiam infra probas et genuinas Platonis lectiones in libris Platonicis olim depravatas apud Themistium superesse.

Digitized by Google

Praeter haec etiam alia in eodem Themistii loco sunt ex Platone translata, veluti καθαρὸν καὶ εἰλικρινές ex *Philebo* p. 52 D. et δυσέκνιπτόν τι καὶ ἀμετάσατον e libro II *de Rep.* p. 378 D. et φθόνου τε καὶ δυσμενείας ἐμπίμπλανται, e libro VI *de Rep.* p. 500 C. Hae omnes Platonicae λέξεις *lepide compostae*, ut apud poëtam est, *ut tesserulae endo pavimento* Themistianam orationem exornant.

Bene emendavit Petavius locum Themistii p. 250 A, ubi dicuntur Spartani ad Dianae τῆς Ὀρθίας aram omnes promiscue admittere τόν τε Εἵλωτα, εἰ τύχοι, καὶ τὸν Ἐυρυποντίδην ἢ Ἀγιάδην. Verum nomen Εὐρυπωντίδην revocavit Petavius. Ostendimus ad Herodotum quam obnoxia scribarum erroribus essent vetusta nomina regum Spartanorum Εὐρυπωντίδαι et Ἀγιάδαι.

Dittographia expellenda est e verbis Themistii p. 251 A. ἐπισατεῖν μὲν ἀνάγκη [καὶ ἐπιτάττειν] τὸν μὲν τοῖς ἑρέταις, τὸν δὲ τοῖς παιδοτρίβαις. Duae erant lectiones ἐπισατεῖν et ἐπιτάττειν, quae ita ut vides coaluerunt in unum.

Non simplex vitium obscurat sententiam loci p. 251 B: οἴεσθε γὰρ εἴ τις ἀμφότερα δύναιτο ποιεῖν, τό τε ἄμεινον καὶ τὸ φαυλότερον, ἐπὶ τῷ φαυλοτέρῳ ἂν ἑαυτὸν ἐφεῖναι σπουδάζειν καὶ τοῦτο προσκτήσασθαι τῷ αὐτοῦ βίῳ τὸ βέλτιον καταλιπόντα; Si verum esset προσκτήσασθαι τῷ αὐτοῦ βίῳ, intelligi nullo pacto posset quod statim additur τὸ βέλτιον καταλιπόντα, nam τὸ πρόσκτημα minime τὸ βέλτιον excludit. Facile est locum emendare si memineris κτήσασθαι et στήσασθαι inter se confundi solere: itaque adiutus alio Themistii loco p. 99 B: πολλοὶ δὲ καὶ (τὴν φιλοσοφίαν) τοῦ βίου σφῶν προεσήσαντο statim senties idem iisdem verbis nunc quoque Themistium dixisse καὶ τοῦτο προστήσασθαι τοῦ αὐτοῦ βίου. Ubi semel e προσήσασθαι vitio natum est προσκτήσασθαι, genitivus τοῦ βίου ut verbo προσκτήσασθαι accommodaretur in dativum conversus est.

Nemini suaserim ut mihi contradicat, producam enim testem, cui necesse erit credere, Platonem in libro X de Rep.

Digitized by Google

p. 599 A: *οἶει οὖν, εἴ τις ἀμφότερα δύναιτο ποιεῖν, τό τε μιμηθησόμενον καὶ τὸ εἴδωλον, ἐπὶ τῇ τῶν εἰδώλων δημιουργίᾳ ἑαυτὸν ἀφεῖναι ἂν σπουδάζειν καὶ τοῦτο προσήσασθαι τοῦ ἑαυτοῦ βίου ὡς βέλτιστον ὄν*; Simul apparet pro *ἐφεῖναι* Themistio reddendum esse *ἀφεῖναι*.

Duae sunt in uno verbo corruptelae p. 251 B. ubi est: *ὅταν δέ τινα ἴδητε διοικούμενον μὲν ὡς κορυφαῖόν τε καὶ ἄκρον Φιλοσοφίας, προεσηκότα δὲ οἷς ἄρτι εἶπον*. Mendosum est *διοικούμενον* et requiritur verbum quo inanis fastus hominis denotetur. Itaque *ἐξογκούμενον* verum est, quo verbo omnes in ea re utuntur et Themistius ipse p. 27 A. *τὸν ἐπὶ δήμου θορύβοις καὶ κρότοις ἐξογκούμενόν τε καὶ ἐγείροντα τὴν ὀφρύν*, et de Persaeo Stoico p. 358 B. *ἀκούων δὲ αὐτοῦ συνεχῶς ἐξογκουμένου*. Unusquisque videt quam facile ΟΓΚΟC in ΟΙΚΟC abire possit. Quam saepe *δι* et *ἐξ* confusa sint multis exemplis alibi demonstravimus.

Impeditus locus est p. 252 D. *εἴ τις Φιλοσόφῳ χρόνον τινὰ ξυνοικήσας γράφοντι συνετῶς* (recte nescio quis coniecit *συνεχῶς*) *καὶ ἀναγιγνώσκοντι προσκαθίζων ὀλίγα — συνερανίσαιτο ῥήματα καὶ ταῦτα συγκολλᾶν πειρῷτο ἀεὶ καὶ συρράπτειν πρὸς ἕκαστα λέγει μηδὲν ἐοικότα*. Omnia erunt expedita si unum vocabulum inserueris sic: *πρὸς ἕκαστα, (οἷς) λέγει μηδὲν ἐοικότα*. Dicitur homo ineptus vocabula quaedam erudita a philosopho sumta ita usurpare, ut *iis quae dicat nihil conveniant*, ut apud Aristophanem est in *Vespis* vs. 1320:

σκώπτων ἀγροίκως καὶ προσέτι λόγους λέγων
ἀμαθέστατ' οὐδὲν εἰκότας τῷ πράγματι.

Post longiorem ambitum instituta sententia sic resumitur in sqq. *εἴ τις οὖν ἐπὶ τῇδε τῇ συλλογῇ κορυβαντιᾷ κτἑ.*

Vetus scribendi error inolevit apud Themistium p. 252 C: *μηκέτι θαυμάζειν τε καὶ πιστεύειν ὡς ἄρα ὁ Διὸς Ἑρμῆς καταλιπὼν τὸν Δία τε καὶ τὸν οὐρανὸν σαρκία μικρὰ περιθέμενος ἐν τῇ πόλει ἡμῖν περινοστεῖ*. Nihil causae est cur *ὁ Ἑρμῆς Iovis filius* fuisse narretur et ingrata repetitio est *ὁ Διὸς Ἑρμῆς καταλιπὼν τὸν Δία*. Suspicor Themistium lepidissime

Digitized by Google

ita dixisse ὡς ἄρα ὁ λόγιος Ἑρμῆς καταλιπὼν τὸν Δία κτἑ. Solebant Graeci virum eloquentissimum aut doctissimum admirabundi τοῦ λογίου Ἑρμοῦ τύπον vel παράδειγμα appellare, ut ostendit Wyttenbachius in *Epist. Crit. ad Ruhnk.* p. 37 et ad Eunap. p. 84: οἱ δὲ θεὸν ἔφασαν, οἱ δὲ Ἑρμοῦ λογίου τύπον. Iocose negat Themistius credi oportere ipsum λόγιον Ἑρμῆν in Urbe inter homines versari σαρκία μικρὰ περιθέμενον. Quemadmodum nemo disertissimum aut doctissimum virum Ἑρμοῦ τύπον vel παράδειγμα dixerit, sed τοῦ λογίου Ἑρμοῦ, sic non satis est dixisse τὸν Ἑρμῆν descendisse de coelo, sed τὸν λόγιον Ἑρμῆν.

Post pauca ita pergit p. 253 A. εἴ τις οὖν καὶ ἐπὶ τῇδε τῇ συλλογῇ κορυβαντιᾷ καὶ ἐξέσηκεν ἐλεγκτέον τε αὐτὸν τῆς πτωχείας τε καὶ παρανοίας καὶ ἐνθυμητέον ὅτι κτἑ. Mendosum est ἐλεγκτέον: neque enim in tali insania ἐλέγχῳ locus est neque Graecum est ἐλέγχειν τινὰ τῆς πτωχείας. Non est dubium quin Themistius scripserit: ἐλεητέον pro ἐλεγκτέον. In Codicum paulo vetustiorum scriptura η et κ distingui vix possunt. Itaque scriba quum ἐλεκτέον sibi videre videretur ut Graecum vocabulum daret litterulam de suo inseruit.

Leviora quaedam vitia removenda sunt e verbis Themistii p. 253 A: οὐ ταύτῃ τὸν πλούσιον γνωματεύομεν εἰ δακτύλιον τις ὑπόχρυσον περιθέμενος ἐν ἀγορᾷ διαβαδίζοιτο προτεινόμενος ἐξεπίτηδες τὸν δακτύλιον ἅπαντῶσιν. Nemo umquam usus est δακτυλίῳ ὑποχρύσῳ, nedum pauperculus divitiarum ostentator. Notissimum est quo sensu dicatur ὑπόχρυσος, ὑπάργυρος, ὑπόχαλκος et ὑπόξυλος, quibus opponuntur ἐπίχρυσος et ἐπάργυρος. Nempe quod intus ligneum est sed auro vel argento obductum appellatur ὑπόξυλον et ἐπίχρυσον vel ἐπάργυρον. Saepe commemorantur κλῖναι ἐπίχρυσοι et ἐπάργυροι, quae sunt omnes ὑπόξυλοι, sed ἐπιπολῆς ἐπελήλαται χρυσὸς ἢ ἄργυρος. Itaque recte dicitur γῆ ὑπόχρυσος et ὑπάργυρος πέτρα, ubi aliquid auri et argenti *subest*. Annuli autem tenuiorum erant ὑπόχαλκοι aut ὑπάργυροι sed *inaurati*, *auro obducti*, ἐπίχρυσοι, quod ipsum Themistio reddendum δακτύλιόν τις ἐπίχρυσον περιθέμενος. Praeterea adde articulum προτεινόμενος

Digitized by Google

τὸν δακτύλιον (τοῖς) ἁπαντῶσιν. Ad verbum διαβαδίζοιτο annotavit Dindorfius: „*imo* διαβαδίζοι." Cave credas. Habent hoc verba ex διά noto sensu composita ut eorum forma media in usu sit, veluti διαλέγεσθαι ex λέγειν et διαπράττεσθαι ex πράττειν. Sic ex ἐρίζειν nascitur διερίζεσθαι apud Plutarchum in *Catone maiore* cap. 15: Σκηπίωνι πολλὰ διερισάμενος ἐν τῇ πολιτείᾳ, ubi nihil egit Reiskius διερεισάμενος reponens. Sic διαβοᾶσθαι dicitur et διατοξεύεσθαι et διακοντίζεσθαι et διαπίνεσθαι, ut in noto epigrammate:

ἡ διαπινομένη Καλλίσιον ἀνδράσι.

et magna est talium copia, quamobrem et διαβαδίζοιτο satius est non tangere.

Expellendum est scioli additamentum ex iis quae continuo sequuntur p. 253 A: ἐμφαίνεται γὰρ εὐθὺς [ἡ πενία] τῇ ἐπιτηδεύσει τε καὶ ἐπιδείξει τοῦ κτήματος ὅτι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ οἶκοι ἄρα ὑπάρχει οὐδὲν ἕτερον πολυτελέστερον ἀγαθόν. Deleto importuno ἡ πενία sententia demum recte procedit. Deinde pro οὐ γὰρ Φορτικῶς γε οὕτω δακτυλήθρῳ ἐκαλλωπίζετο, inserta necessaria vocula ἄν et recepta Iacobsii coniectura δακτυλιδίῳ, scribendum: οὐ γὰρ ἂν Φορτικῶς γε οὕτως δακτυλιδίῳ ἐκαλλωπίζετο.

Temere abiecta est vera lectio p. 253 C. ὥστε τοὺς ἀκούοντας — γίνεσθαι ἀναύδους καθάπερ Φασὶ τοὺς ὑπὸ λύκου πρότερον ὀφθέντας. Accidere id putabatur non iis quem lupi *prius* vidissent, sed *priores*, ut apud Virgilium:

vox quoque Moerim
iam fugit ipsa, lupi Moerim videre priores.

Apparet igitur προτέρους scribendum esse, non πρότερον; sed προτέρους vulgata lectio est a Dindorfio ex uno Ambrosiano inconsulto in πρότερον mutata. Caeterum Themistius profecit ex Platonis libro I. *de Rep.* p. 336 D: καί μοι δοκῶ εἰ μὴ πρότερος ἑωράκη αὐτὸν ἢ ἐκεῖνος ἐμὲ ἄφωνος ἂν γενέσθαι.

Quae sequuntur, ut supra demonstravimus, omnia e centonibus Platonicis contexta sunt, similiterque ea quae leguntur p. 254 B. ψυχὴν ἐξετάζον Φιλόσοφόν τε καὶ μή. ἐπισκή-

Digitized by Google

ψει γὰρ ἡ κοινωνικὴ τε καὶ ἥμερος πρὸς τοὺς παιδείας ἐπιθυμοῦντας ἡ δυσκοινώνητος δὲ καὶ ἀγρία. Platonis haec verba sunt *de Rep.* VI. p. 686 B. ψυχὴν σκοπῶν φιλόσοφον καὶ μὴ εὐθὺς νέου ὄντος ἐπισκέψει εἰ ἄρα δικαία τε καὶ ἥμερος ἢ δυσκοινώνητος καὶ ἀγρία. Hinc Petavius Themistio reddidit ἐπισκέψει γὰρ εἰ κοινωνικὴ — ἢ δυσκοινώνητος. Ex huiusmodi locis colligas Themistium quoque formis Atticis in — ει exeuntibus usum esse, πεπλήξει, ἐπισκέψει sim. quas sequiorum temporum librarii ad suam scribendi consuetudinem accommodaverint. Tuto latent genuinae formae in antiquis mendis: ἐπισκήψει tertiae personae esse videbatur et sic terminatio — ϵI illaesa evasit. Praeterea, quum in Themistii libris legatur ἡ δυσκοινώνητος δὲ καὶ ἀγρία, male Editores δέ expunxerunt. Reddendum erat et Platoni et Themistio: ἢ δυσκοινώνητός τε καὶ ἀγρία.

Contra τε delendum est in sqq. χαλκέας καὶ τέκτονας, εἰ δὲ βούλει, καὶ ποιητὰς [τε] καὶ τοὺς ἄλλους δημιουργοὺς συγχωρῶμεν ϛασιάζειν.

Sensu vacua verba sunt quae leguntur p. 254 C: ὅσοι δὲ πρός τι ἐναμιλλῶνται γνησίως τε καὶ ἀληθινῶς κτἑ. sed his quoque certa salus parata est ex loco Platonis unde ea Themistius descripsit. Leguntur in libro VI *de Rep.* p. 490 A: ἆρ' οὖν δὴ οὐ μετρίως ἀπολογησόμεθα ὅτι πρὸς τὸ ὂν πεφυκὼς εἴη ἀμιλλᾶσθαι ὅ γε ὄντως φιλομαθής, καὶ οὐκ ἐπιμένοι ἐπὶ τοῖς δοξαζομένοις εἶναι πολλοῖς ἑκάστοις, ἀλλ' ἴοι καὶ οὐκ ἀμβλύνοιτο οὐδ' ἀπολήγοι τοῦ ἔρωτος κτἑ. Apparet igitur Themistium scripsisse: ὅσοι δὲ πρὸς τὸ ὂν ἀμιλλῶνται. Reliqua, quae ex Platone descripsi, in rem suam convertit Themistius p. 256 A: οὕτω γὰρ μάλιϛα (recte Dindorf. μάλιϛ' ἂν) ἴοι καὶ οὐκ ἀμβλύνοιτο οὐδ' ἀπολήγοι τοῦ ἔρωτος.

Pusillus error facit ut intelligi non possint verba Themistii p. 254 D: ἐφ' ἃ ἀνάγκη πλείους ἄρα συγκαλεῖν συνθηρευτάς τε καὶ συλλήπτορας, ἢ πάλαι ἐπὶ τὸν σῦν συνελέγησαν κτἑ. Tu vero scribe πλείϛους — ἢ πάλαι, pro ἢ πάλαι, *plures quam olim* adversus aprum Calydonium, et locus erit luce clarior.

Digitized by Google

Barbara forma adhaesit p. 256 A. διειλέχθη, quam probavit Dindorfius pro vulgata διηλέχθη. Neque hoc Graecum est neque illud, sed διελέχθη. Διείλεγμαι optime habet, sed aoristi forma est διελέχθην, ut εἴλημμαι ἐλήφθην, εἴλεγμαι ἐλήχθην.

Levis scribarum error haud leve damnum sententiae attulit p. 256 A. in his: εἰ δὲ δὴ καὶ συλλογισμοῦ ἅψαιτο καὶ περὶ φύσεως τι συγγράψαι τοῦτο ἐκείνῳ ἐπανάσασις τὸ χρῆμα καὶ καθαιρετέον ἐξ ἀκροπόλεως τὴν τυραννίδα. Reponenda est lepida et elegans locutio Attica τοῦτ' ἐκεῖνο, ἐπανάσασις τὸ χρῆμα, quae apud Aristophanem et Platonem frequens legitur. Satis erit consuluisse Interpretes ad Platonis Phaedrum p. 241 D. τοῦτ' ἐκεῖνο, ὦ Φαῖδρε.

Agnosco scribarum stilum in his p. 256 B. ὅταν ἔχῃ τὸν ἐπαινοῦντα καὶ ἐπιβοῶντα καὶ πρὸς ὃν φιλοτιμήσηται ἐκ τῶν πόνων. Graeci omnes perinde veteres et sequiores in talibus futurum ponunt πρὸς ὃν φιλοτιμήσεται, sed grassantur in his librarii, etiam apud Platonem.

Oscitanter repetita litterula facit ut Themistius ineptire videatur p. 256 B: ἔοικας εὐλαβεῖσθαι μή τινα ἄλλον ἐπαινέσας ἀφίσασθαι δόξης σαυτῷ τῆς σοφίας. Nemo enim potest *suam sapientiam sibi ipsi concedere*, sed *alteri*, quemadmodum nemo se ipsum heredem scribit. Legendum est ἀφίσασθαι δόξης αὐτῷ τῆς σοφίας.

Non est Graecum βλέπειν τινὰ ἐχθρῶς, quod apud Themistium legimus p. 256 C: καὶ τὸ βλέπειν ἐχθρῶς οὐ μόνον τὸν ἐπαινούμενον ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπαινοῦντας. Excidit sigla praepositionis saepe in Themistii Codicibus a scribis non intellecta et legendum est καὶ τὸ προσβλέπειν ἐχθρῶς.

Leve mendum tollendum est p. 256 D. e verbis: ἀλλ' εἴπερ ἄρα ἀκράτως ἐπιθυμοῦσι τῶν σεμνοτέρων ἀγωνισμάτων. Non est difficile ἄκρατος et ἀκρατής inter se distinguere et utri

Digitized by Google

ubique locus sit constituere. Lege igitur *ἀκρατῶς ἐπιθυμοῦσιν* et apud Platonem *de Legg.* VI. p. 731 D. *τῷ δ' ἀκρατῶς καὶ ἀπαραμυθήτως πλημμελεῖ* pro *ἀκράτως*.

Quod diximus *πρός* saepe a scribis propter siglam non intellectam omissum esse, paucis exemplis confirmare iuvat. Editur p. 62 A. *φιλοσοφεῖν ποιούμενοι μεθαρμόζονται εἰς τοὺς ῥήτορας*, sed recipienda erat Iacobsii correctio *προσποιούμενοι*, quemadmodum rectissime receptum est p. 254 A. *ῥητορικὸς προσποιούμενος εἶναι* pro *ποιούμενος*. Sine mendo legitur p. 72 A: *τοὺς λόγους — τῶν φιλοσοφεῖν προσποιουμένων*. Eodem vitio liberandus est locus p. 358 B. *ποιεῖται δή τινας ἥκειν ἐμπόρους ἀπὸ Κύπρου τε καὶ Φοινίκης ἃ χρὴ λέγειν ἐπὶ τοῦ Περσαίου προεκδιδάξας*, ubi quis non videt legendum esse *προσποιεῖται*, *mercatores quosdam e Cypro venisse* simulat? Non erat dubitandum Roulezio p. 347 B. *εἰ δέ τις ἐκείνην (τὴν σοφίαν) ποιεῖται ἄκρος εἶναι*, quin unice verum esset *προσποιεῖται*. Iterum eodem remedio utendum p. 4 B. *οὐκ ἐμαυτοῦ ποιοῦμαι εὕρεμα εἶναι*, ubi genuinum est *προσποιοῦμαι εὕρημα εἶναι*. Necessarium *πρός* excidit etiam p. 72 C. in verbis: *τοὺς ἃ μὴ πέφυκε τῇ τέχνῃ χρωμένους*, imo vero *τοὺς (πρὸς) ἃ μὴ πέφυκε*. Duae siglae confusae sunt p. 82 C: *τὴν χώραν παρέσχοντο τοῖς Ἕλλησιν εἰς τὸν κατὰ τοὺς βαρβάρους ἀγῶνα*, namque certus Graecitatis usus postulat ut rescribatur *εἰς τὸν πρὸς τοὺς βαρβάρους ἀγῶνα*.

Fraudulentorum hominum artes describens Themistius p. 258 A. narrat nonnullos *γράφοντας ἐν τοῖς γραμματείοις ἑκατὸν μνῶν ὠνεῖσθαι τὰς πέντε καὶ εἴκοσιν ἀποσερεῖν*. Perspicua res est, sed in qua *praesenti* tempori *ὠνεῖσθαι* locus non est; requiritur *perfectum ἐωνῆσθαι*.

In versiculis haud illepidis incerti poëtae p. 258 C. scribendum est:

ὄφιν μὲν ἐν οὔρεσιν ἠδὲ λέοντα
θηρητὴρ αἴων τε καὶ εἰσορόων ἀλέαιτο.

quod vulgo editur *ἐν οὔρεσι καὶ λέοντα* sic emendavit Ste-

Digitized by Google

phanus. Praeterea postulante loquendi usu aoristum *ἀλέαιτο* restitui pro *ἀλέοιτο*.

Eximius ex hac oratione locus descriptus est apud Stobaeum in Floril. XII. 22. *Θεμιστίου ἐκ τοῦ Μετριοπαθοῦς ἢ Φιλοτέκνου*, in qua re error est. Non enim ex oratione XXXII, quae sic inscribitur, expromta sunt quae sequuntur, sed *ἐκ τοῦ Βασανιστοῦ* p. 258 B. sqq. Praeter ea quae Dindorfius ad Themistium emaculandum e Stobaeo protulit, alia quaedam supersunt. Pro *καὶ διὰ τοῦτο καὶ Σωκράτης παρελάμβανεν ἐν τοῖς λόγοις* e Stobaeo lege *καὶ διὰ τοῦτο (αὐτὸ) καὶ Σωκράτης κτέ.* et pro *διεξελέγχωνται* verum est quod servat Stobaeus *ἐξελέγχωνται*. Quod scribit Themistius: *οὐδὲν οὕτως ἄκουσμα φορτικὸν ὡς ὁ καθ' ἑαυτοῦ ἔπαινος καὶ ταῦτα ἐπὶ παιδείᾳ, ἐφ' ᾗ καὶ ἄλλων ἐπαινούντων ἐρυθριᾶν χρεὼν τοὺς ἀληθινῶς αὐτῆς ἐπηβόλους*, sumtum est ex nobili loco Demosthenis *περὶ τοῦ στεφάνου* p. 270, 1: *ποῦ δὲ παιδείας σοι θέμις μνησθῆναι, ἧς τῶν μὲν ὡς ἀληθῶς τετυχηκότων οὐδ' ἂν εἷς εἴποι περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐδὲν ἀλλὰ κἂν ἑτέρου λέγοντος ἐρυθριάσειεν.*

Permittit Themistius philosophis p. 260 A. rem familiarem curare *ὑπηρεσίαν Φιλοσοφίας κτωμένους* sed *Φιλοσοφίᾳ κτωμένους* verum est. Dicet testimonium Plato *de Rep.* VI. p. 498 B. *τῶν δὲ σωμάτων — ἐπιμελεῖσθαι ὑπηρεσίαν Φιλοσοφίᾳ κτωμένους.*

Ubi philosophis omni quaestu interdicit Themistius p. 260 C. utitur hac tumida oratione: *πολλοῦ δὲ δεῖ συγχωρήσομεν αὐτὰ τὰ μουσεῖα δικαστήρια καθιστάναι καὶ πρατήριον ποιεῖν τοῦ δικαίου τὰ ἀνάκτορα τῶν Μουσῶν.* Ipsius Themistii errore vitiosam aequalium loquendi consuetudinem imitantis dictum est *πολλοῦ δὲ δεῖ συγχωρήσομεν* pro *πολλοῦ δὲ δεήσομεν συγχωρεῖν*, ut Veteres loquebantur. In *πρατήριον* mira est scripturae discrepantia, *πρώτως*, *πρότερον* et *πρατήριον*. Scilicet nomina in *— τήριον* solemni compendio ita scribi solent ut pro *τήριον* duae litterulae *τρ* praecedenti vocali suprascribantur, veluti *δεσμω̃*. Haerebant scribae in *πρα̃*, unde *πρότερον* et *πρώτως* indocte effinxerunt. Ne *πρατήριον* quidem recte expletum est, nam requiritur *pluralis*: *πρατήρια ποιεῖν τοῦ δικαίου τὰ ἀνάκτορα τῶν Μουσῶν.*

Digitized by Google

Nihili verbum legitur p. 261 B. πλειϛηριάζειν τε καὶ ὑπερωνεῖσθαι. Legendum esse ὑπωνεῖσθαι, et quid sit ὑπωνεῖσθαι, ὑποπρίασθαι, ὑποψωνεῖν ostendimus in *Var. Lectt.* p. 138.

Quod praecedit ἀνελευθέρου ψυχῆϛ καὶ σφόδρα τὸ ὄϛρεον τοῦτο τιμώσηϛ, admonet Dindorfius in Codice quodam ὄϛριον scribi. Legendum est ὄϛρειον, quam formam scribae in ὄϛρεον solent corrumpere. Attici ὄϛρειον dixerant sed iam olim ὄϛρειον et ὄϛρεον in libris promiscue scribi solita fuisse docebit Athenaeus p. 92 F.

Alias res agebat Dindorfius quum ederet p. 261 C. πᾶϛ ὁ ἐπὶ γῆϛ καὶ ὑπὲρ γῆν χρυσὸϛ ἀρετῆϛ οὐκ ἀντάξιοϛ. Prorsus idem est ἐπὶ γῆϛ et ὑπὲρ γῆν, ut locus sit ea parte similis ioco Epicharmi:

τοκὰ μὲν ἐν τούτοις ἐγὼν ἦν, τοκὰ δὲ πὰρ τούτοις ἐγών.

Eo magis miror ridiculum errorem non esse correctum, quia Platonis haec verba sunt ex libro V. *de Legibus* p. 728 A. ad fastidium usque et ab aliis et a Themistio decantata: πᾶϛ γὰρ ὅ τ' ἐπὶ γῆϛ καὶ ὑπὸ γῆϛ χρυσὸϛ ἀρετῆϛ οὐκ ἀντάξιοϛ.

Intercidit vocabulum facile ex fuga retrahendum p. 262 C: οὐκ ἔϛι γάρ, φασί, γλυκερώτερον ἢ πάντ' εἰδέναι. Notus est versiculus:

οὐδὲν γλυκύτερόν ἐϛιν ἢ πάντ' εἰδέναι,

unde coniecit Stephanus deesse οὐδέν vel post γάρ vel post γλυκερώτερον inserendum. Simpliciore medicina utendum esse arbitror; nempe quod Atticorum more dicitur οὐκ ἔϛιν οὐδὲν γλυκύτερον vel οὐκ ἔϛι γλυκερώτερον οὐδέν, id Graeculi alio minus recte dicebant sic: οὐκ ἔϛι γλυκερώτερόν τι. Hoc ipsum TI, ut saepe alibi, absorptum est a sq. H, et Themistius ita dederat: οὐκ ἔϛι γάρ, φασί, γλυκερώτερόν τι ἢ πάντ' εἰδέναι. Caeterum apparet ex iis quae apud Themistium sequuntur versiculum esse Menandreum:

οὐδὲν γλυκύτερόν ἐϛιν ἢ πάντ' εἰδέναι,

idque apud Menandrum dixisse coquum Carionem nomine

Digitized by Google

improbum et nequam hominem et curiosum et vana fingentem, ad quem repente orationem convertens ita dicit, p. 262 D: *ἀλλ', ὦ μοχθηρὲ καὶ ἀπόπληκτε Καρίων, ἀκήκοας ὅτι ὁ δεῖνα λιβανωτοῖς τοῖς θεοῖς ἔθυσε· λέγε οὖν ὅτι λιβανωτοῦ· μόνον γὰρ τοῦτο ἀκήκοας, καὶ μὴ ὅτι παμμέλανας ταύρους μηδ' ὅτι κριοὺς ἐκτομίας.* Haec omnia Menandrea esse palam est, sed nonnulla sunt in his leviter vitiata. Scribendum est: *ὁ δεῖνα λιβανωτοὺς τοῖς θεοῖς ἔθυσε· λέγε οὖν ὅτι λιβανωτούς· — καὶ μὴ ὅτι παμμέλανας ταύρους μηδ' ὅτι κριοὺς ἐκτομίας.* Ex sequentibus non difficulter Menandri senarium

ἀλλ' ὦ κακόδαιμον καὶ θεοῖσιν ἐχθρὲ σύ,

eruas ex his Themistii verbis: *εἶτα ἄχθη δῆθεν πρὸς τὸν εἰπόντα κακοδαίμονά τε καὶ θεοῖς ἐχθρὸν ὀνομάζων.*

A Platone sumsit Themistius p. 263 D. *ἆρα ὑμῖν ὁ τοιοῦτος — δοκεῖ ἂν — ἐπιδέξια ἀναβάλλεσθαι καὶ λαβὼν ἁρμονίαν λόγων ἀληθινὴν ὑμνῆσαι βίον θεῶν καὶ ἀνθρώπων;* Platonis verba sunt in *Theaeteto* p. 175 E. *ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐπιδέξια ἐλευθέρως οὐδέ γ' ἁρμονίαν λόγων λαβόντος ὀρθῶς ὑμνῆσαι θεῶν τε καὶ ἀνδρῶν εὐδαιμόνων βίον ἀληθῆ.* Eadem verba ex Platone descripsit Athenaeus p. 21 B. ubi est *ἀναβάλλεσθαι δ' οὐκ ἐπισταμένους ἐπιδέξι' ἐλευθερίως οὐδ' ἁρμονίαν λόγων λαβόντας ὀρθῶς ὑμνῆσαι θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων εὐδαιμόνων βίον.* Athenaei locum novo vitio auctum (*ἀναλαβέσθαι* pro *ἀναβάλλεσθαι*) descripsit Suidas v. *Ἀναλαμβάνειν.* Suspicor ex Themistio locum Platonis emendari oportere: primum expunxerim *ἐλευθέρως* (*ἐλευθερίως* Athen.): omnia sunt *ἐν τῷ ἀναβάλλεσθαι ἐπιδέξια*, idque liberali viro dignum esse Platonis locus plane indicat, ut frigidissime *ἐλευθέρως* (an *ἐλευθερίως*) addatur. Praeterea pro *ἀνδρῶν* Platoni reddiderim *ἀνθρώπων* et Athenaeo et Themistio auctoribus. Denique *ἀληθῆ* eliminandum censeo, quod homines eruditi frustra interpretari satagunt. Neque id Athenaeus agnovit et Themistius omisso *ἀληθῆ* interponit *ἀληθινήν* in praecedentibus *λαβὼν ἁρμονίαν λόγων ἀληθινήν*, quod an genuinum sit videant alii, sed *βίον ἀληθῆ* non esse genuinum neque sanum hoc vero unusquisque viderit.

Digitized by Google

Nunc reliquas Themistii orationes omnes deinceps diligenter relegam et si quid animadversione dignum videbitur paucis indicabo.

Quod dicit Themistius p. 3 B. ἐπὶ τὸ πάντων — ἡμερώτατον θείας τε ὄντως δή τινος καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον ζῷον οὐράνιον, sumtum est ex Platonis *Phaedro* p. 230 A: εἴτε ἡμερώτερόν τε καὶ ἁπλούστερον ζῷον θείας τινὸς καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον.

Post pauca scribe μήτι πρὸς αὐτὸν δυσκολαίνειν pro μήτοι.

Boni principis laudes praedicans Themistius p. 10 D. ita scribit: ὅσις τοίνυν ἑαυτῷ τῆς βασιλείας τοὔνομα ἐμφαίνει σαφῶς τοσούτους ὁρᾷ φίλους ὁπόσους ἀνθρώπους, ὧν οὐ δεδίασιν ἀλλ' ὑπὲρ οὗ δεδίασιν οἱ ἀρχόμενοι καὶ μόνος τὸ χρῆμα οὐ ψεύδεται τῆς βασιλείας. Duo sunt in his impedita quia mendosa sunt. Quid sibi vult dativus ἑαυτῷ in ἑαυτῷ τῆς βασιλείας τοὔνομα ἐμφαίνει? Nihil prorsus: sed tu emenda: ὅσις τοίνυν (ἐν) ἑαυτῷ κτἑ. Deinde quid tandem est τὸ χρῆμα τῆς βασιλείας ψεύδεται? Non facile dices: nam fac esse periphrasin ut in τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν, quid est ψεύδεται τὴν βασιλείαν? In χρῆμα latere suspicor πρόσρημα, in quo quum esset praepositionis πρός compendiolum id cum littera χ confusum est. Est autem τὸ πρόσρημα οὐ ψεύδεται τῆς βασιλείας ita dictum ut dicitur aliquis τὸ ὄνομα, τὴν ἐπωνυμίαν ψεύδεσθαι, *mentiri nomen* et *falso nomine vocari*, quemadmodum apud Plutarchum in *Aristide* cap. 5 legitur: Ἀριστείδης ἀποληφθεὶς φύλαξ τῶν αἰχμαλώτων καὶ τῶν λαφύρων οὐκ ἐψεύσατο τὴν δόξαν, et similia apud alios. πρόσρημα pro ὄνομα et apud Platonem legitur saepius et apud ipsum Themistium p. 32 B. et aliis locis.

Suspecta est lectio loci p. 11 A: ὁ μὲν — κυψάντων ὑπερέχει, ὁ δὲ ὀρθῶν ἁπάντων. Oppositionis ratio postulat ὀρθῶν ἑστώτων pro ἁπάντων, quia contraria sunt κῦψαι et ὀρθὸν ἑστάναι. De animi exspectatione ὀρθός solum ponitur, de corpore ὀρθὸν ἑστάναι, ut apud Platonem *de Legg.* II. p. 665 E: ἐν θεάτρῳ ᾄδειν ἑστῶς ὀρθὸς αἰσχύνοιτ' ἄν.

Digitized by Google

Pro *οὐ τό γε* emenda *οὔτι γε* p. 11 B. in his: *βασιλέως — ἔργον ἀληθινοῦ οὔτι γε τοὺς ὀρθοὺς ταπεινοῦν κτἑ.*

Officit sententiae importuna copula p. 11 C: *δούλους ὑπολαμβάνει* (rex Persarum) — *καὶ τοὺς ἑαυτοῦ συγγενεῖς καὶ τὸν ἀδελφὸν καὶ τὸν παῖδα [καὶ] ᾧ μέλλει τὴν βασιλείαν παραδιδόναι.* Nisi forte praestat delere *τὸν παῖδα*, pro quo melius *τὸν υἱόν* dixisset. Praeplacet igitur sic corrigere: *καὶ τὸν ἀδελφὸν καὶ ᾧ μέλλει τὴν βασιλείαν παραδιδόναι.*

Male curatum vulnus est in verbis Themistii p. 11 D. *ὃς γὰρ ἐρᾷ μὲν τῶν οὐδ' ὁτιοῦν προσηκόντων, πλείω δὲ ἀπόλλυσιν ἢ λήψεται ἀπατᾶται. οὗτος ἄδικος μὲν τῆς σπουδῆς — ἀνόητος δὲ τῆς ἐλπίδος.* Vitiosum est *ἢ λήψεται*, nam neque futuro tempori locus est, neque isti, de quibus agitur, quum paratas opes abiecerint id quod stulte speraverant *consequuntur*, ut canis in fabula qui quam tenebat carnem omisit ut maioris umbram sectaretur. In libris est *ἀπόλλυσιν ἢ λήψεσθαι*, unde Iacobsius eliciebat *ὧν λήψεται*, quae verba eodem laborant incommodo. Corrigendum est *πλείω δὲ ἀπόλλυσιν ὧν ἤλπιζε λήψεσθαι*, et sic demum recte additur *ἀνόητος τῆς ἐλπίδος.*

Interpone articulum p. 12 A. ubi editur: *οὐ γὰρ ἐνῆν ἴσως θαυμάσαι σώφρονα τῷ ἀκολάστῳ καὶ τὸν δίκαιον τῷ πλέον ἔχειν ἐρῶντι*, imo vero *θαυμάσαι (τὸν) σώφρονα.* Θαυμάσαι in his non significat, ut Graeculus in ora libri adscripsit, *ἐπαινέσαι*, sed Atticorum more positum est pro *θεραπεῦσαι*, *colere* et *observare.*

Articulus contra expungendus est p. 187 A. *ἀνθρώποις δὲ [ὁ] πλείων ἀγὼν πρὸς τοὺς συμφύλους ἢ τοὺς πολεμίους.*

Pag. 13 C. scribe *λιποτάκτην* pro *λειποτάκτην*. Formae omnes ex *λειπο* — compositae scribis debentur, Graecorum usus *λιπο* — postulat. Λιποτάκτης vocabulum est a Graeculis procusum: veteres enim dicebant *λιποτάξιον* et *ὁ λιπὼν τὴν τάξιν.*

Post pauca scribendum *ὧν ἂν αὐτὸς κεκτῆται* pro *κέκτη-*

Digitized by Google

ται. Raro formae veteres κεκτῆται et κεκτῆτο intactae evadunt, quia prorsus in desuetudinem abierant apud sequiores, qui syntaxeos securi indicativos substituunt.

Molestum et non ferendum est ἄν p. 14 D. in verbis ὁ παλαιὸς νόμος φοβερὸς εἶναι ἂν ἐπιχειρῶν τὸ ξίφος ὡς τὰ πολλὰ ἀνατείνεται. Non satis est ἄν expungere, namque unde natum esse dicas? Emenda potius φοβερὸς εἶναι ΛΙΑΝ (λίαν) ἐπιχειρῶν. Praecedens syllaba ΛΙ sequentem ΛΙ absorbsit. Λίαν apud Themistii aequales valet πάνυ vel σφόδρα, veluti p. 17 D. ὑψηλή τε ἐςὶν ἅμα καὶ λίαν ἀσφαλής. Sic est p. 115 C. λίαν χρηςοί, p. 116 A. λίαν ἀρχαῖος. p. 147 B. λίαν σοφούς, et alibi passim.

Revocanda est necessaria ad loci compositionem vocula μέν p. 16 A: εἰ δέ τις οἴεται πραότητα χρῆμά τι εἶναι δεξιόν, αὔξεσθαι δὲ ὑπ' αὐτῆς πονηρίαν, imo vero χρῆμα (μὲν) εἶναι δεξιόν, numquam enim in huiusmodi concessione μέν omittitur. Norunt qui Codices Graecos triverunt μ cum compendio εν significante syllabae μ̃, quae praecedit, esse simillimum.

Dindorfius nescio quomodo optimas correctiones et manifestas in marginem ablegare solet, veluti p. 13 A. retinuit in textu ὁ μὲν αἴτιος καὶ ἀπάνθρωπος τύραννος et p. 13 B. φιλανθρωπίας γὰρ ἴδιον εὖ ποιεῖν ἢ κακῶς, quamquam pro AITIOC optime Iacobsius ἄγριος correxerat, et Reiskius in ἴδιον latere ἥδιον perspexerat.

Miror etiam quomodo potuerit p. 38 A. retinere διελόμενον ὑπὸ τῶν φροντίδων postquam vera lectio διολόμενον olim a Stephano reperta esset, et constaret Themistio διόλλυμι et διόλλυμαι pro ἀπόλλυμι et ἀπόλλυμαι usitatum esse ponere.

Duorum vitiorum alterum sustulit, alterum reliquit Iacobsius apud Themistium p. 16 B: τί δὲ ἀπειργάσατο (ἡ κακία) δρᾶμα τοσοῦτον ἢ ποτέρας τυγχάνουσα θεραπείας ἡνίκα ἐτραγῳδεῖτο πρότερον. Rectissime Iacobsius pro ἢ ποτέρας emendandum esse vidit ἠπιωτέρας, sed non vidit ἡνίκα vitio natum

Digitized by Google

esse ex ἡλίκα. Opposita sunt inter se τί τοσοῦτον, ἡλίκα πρότερον. Saepe videbis ἡλίκα et ἡνίκα, τηλικαῦτα et τηνικαῦτα inter se a librariis permisceri.

Pag. 17 D. ταῦτα οὖν εἰδὼς πρὸς ἕκαστον ἔχειν τῶν φίλων ὡς πρὸς τὸ οἰκεῖον σῶμα. Intelligi haec non possunt. Scribe ἔχει pro ἔχειν et omnia erunt perspicua. Tum inserto articulo lege: μόνη (ἡ) παρὰ τῷδε φιλία ὑψηλή τε ἐστὶν ἅμα καὶ λίαν ἀσφαλής.

Bis peccatum est p. 17 B. semel a Themistio semel a scribis. Editur: καίτοι εἰ ἀνθρώπους περὶ πολλοῦ νενόμικε, περὶ πλείστου νομίζει τοὺς φίλους, καὶ εἰ τοὺς ζῶντας ὑπ' αὐτὸν ἀγαπᾷ μάλιστα ἀγαπήσει τοὺς καὶ συζῶντας. Res ipsa clamat et additum ἀγαπήσει confirmat pro νομίζει futurum νομιεῖ verum esse, sed peccavit Themistius qui contra Graecitatis usum ac rationem dixit περὶ πολλοῦ νομίζειν pro περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι.

Male etiam fecit in vicinis ubi quum orationem variare vellet usus est verbis οὐδαμῶς ἂν ἀλγύνειεν pro ἀνιάσειεν. Tragicorum verbum est ἀλγύνειν, et ubi dixit Miltiades apud Eupolidem (Longin. *de Sublim.* 16, 3):

οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην
χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ,

ridentes spectatores senarium ex Euripidis Medea agnoscebant.

Ineptit scribarum vitio Constantius p. 19 C. ita dicens: ἄλλα μὲν γὰρ ἄλλους κοσμεῖ, — τοὺς μὲν χρημάτων εὐκλεια, τοὺς δὲ κτημάτων περιουσία, ἐνίους δὲ πόνοι δημόσιοι, ἑτέρους δὲ λόγων δεινότης. Nova et inaudita est et semper (ut opinor) erit ἡ τῶν χρημάτων εὔκλεια. Ornamento sunt homini *divitiae, res gestae, eloquentia.* Quid requirimus? nempe generis nobilitatem. Itaque aut πατέρων εὔκλεια aut προγόνων εὔκλεια aut aliud quid in hanc sententiam Themistius dederat, χρημάτων εὔκλειαν sibi scribae habeant.

In Constantii oratione p. 22 D. sine sensu legitur περὶ τῶν ὑπ' ἐμῆς κρίσεως ἀγομένων. In aliis libris est ἐπ' ἐμὲ κριτήν.

Digitized by Google

Veram lectionem esse arbitror *περὶ τῶν ὑπ' ἐμὴν κρίσιν ἀγομένων*, quod dictum est quemadmodum Attici dicebant *ἄγειν ὑπὸ τὴν ψῆφον*, ut apud Aeschinem in *Ctesiphontea* § 20: *τὸν τῶν μεγίστων κύριον ἄγει ὑπὸ τὴν ὑμετέραν ψῆφον*, sed Attici *passive* (ut ad Isaei Orat. II ostendimus) pro *ἄγομαι* in tali re *ἔρχομαι* dicebant, et sic Aeschines paulo ante dixit § 19: *τὰ μέγιστα τῶν ἐν τῇ πόλει συνεδρίων ὑπὸ τὴν τῶν δικαστηρίων ἔρχεται ψῆφον*.

Recte *ἄν* interposuit Dindorfius p. 28 C. *ὃ γὰρ (ἂν) μέγα καὶ πάμμεγα εἶπω*. Saepe praecedente *γάρ* sequens *ἄν* perit, veluti p. 253 A. ubi scribe: *οὐ γὰρ (ἂν) φορτικῶς γε οὕτως — ἐκαλλωπίζετο*.

Mirum in modum Graeculi impingunt et diversa commiscent in verbis Atticis *ὀφείλειν* et *ὀφλισκάνειν*, quorum neque formas antiquas neque notionem satis habebant cognitam et omnia confundunt, quae certo usu apud Veteres discreta fuerunt. *Ὀφλισκάνειν* dicebatur de eo *qui iudicum sententiis esset damnatus*, habebatque *ὀφλήσω*, *ὤφλον* et *ὤφληκα* et nomen *ὄφλημα*. Contra *ὀφείλειν* ponebatur non de reo *damnato*, sed de *debitore*, (et sic *debitores aerarii* appellabantur *οἱ ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ*) habebatque has formas *ὀφειλήσω*, *ὠφείλησα* et *ὠφείληκα* et nomina *ὀφείλημα*, *ὀφειλέτης*. Facillime haec ubique inter se distinguuntur neque umquam in iis Veteres erraverunt. Certa forma et notione certa differebant olim:

ὀφείλω	et	*ὀφλισκάνω*.
ὀφειλήσω	et	*ὀφλήσω*.
ὠφείλησα	et	*ὤφλον*.
ὠφείληκα	et	*ὤφληκα*.
ὀφείλημα	et	*ὄφλημα*.

quamquam pro *ὀφείλημα* usitatius erat *τὸ ὀφειλόμενον* vel *τὰ ὀφειλόμενα* dicere. Accedit his *ὁ ὀφειλέτης debitor*. Ex *ὀφλισκάνω* non nascitur huiusmodi nomen, sed participio utebantur *ὁ ὀφλών* dicentes vel *ὁ ὠφληκώς*. In his igitur Graeculi mirifice turbare solent. Primum *ὀφλισκάνω* dicebant pro *ὀφείλω*, ut Themistius p. 25 A. quum vellet dicere: *ego et ipse sum debitor non aerarii sed principis*, ita dixit: *ἐγὼ δὲ καὶ*

Digitized by Google

αὐτὸς ὀφλισκάνω — οὐ τῷ δημοσίῳ κτέ. et sic mirifice credebat se esse locutum. Nesciebat, ut vides, quid diceret. Eodem modo, id est pessime, scripsit p. 40 D. μοῖραν ὀλίγην ὧν ὀφλισκάνομεν, et p. 200 B. τὸ κοινὸν ὄφλημα τῶν λόγων ὃ τοῖς ὅπλοις ὀφλισκάνουσιν, et p. 124 B. ἐγὼ δὲ ὀφλισκάνω πατρῷά σοι χαριστήρια, et p. 83 B. τῇ πόλει ἐποφλισκάνειν τὰ χαριστήρια, et forma passiva absurdissima p. 65 B. σοὶ ὠφλισκάνετο ἡ βασιλεία, *tibi* debebatur *imperium*. Praeterea ex antiquis formis ΟΦΛΕΙΝ et ΟΦΛΩΝ imperite admodum finxerunt verbum ὄφλω, ὄφλεις, ὄφλει, ὄφλουσιν, de quo dixi in *Var. Lectt.* p. 129. et in Atticorum scriptis pro ὀφλεῖν et ὀφλών solemni et ferme perpetuo errore substituunt suum ὄφλειν et ὄφλων. Aoristum enim ipsi novum commenti erant de suo ὤφλησα, ὀφλῆσαι, ὀφλήσας|, quo utitur Themistius p. 25 C: εἰ καὶ ὀφλήσας ποτὲ ἀνδρὶ πλουσίῳ ἀργύριον χαλεπῶς τὰ δίκαια ποιήσαιμι. Et hi tamen sibi ἀττικίζειν videbantur. Ὄφλημα etiam et ὀφείλημα confundebant, ut supra vidimus in τὸ κοινὸν ὄφλημα τῶν λόγων. Caeterum omnibus sero natis Atticorum imitatoribus hi errores communes sunt.

Sed quid indoctam multitudinem moramur quum ne eruditi quidem magistri in his multo plus saperent. Audi modo grammaticum nescio quem, cuius annotatio excerpta est in illa farragine, quae Ammonii nomine περὶ Διαφόρων Λέξεων circumfertur p. 107. Ὄφλειν καὶ ὀφείλειν διαφέρει. Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ἐν ὑπομνήματι (τοῦ) περὶ Παραπρεσβείας Δημοσθένους. Ὄφλει μὲν γάρ τις (φησίν) ἐπὶ καταδίκῃ, Ὀφείλει δέ τις ὡς ἡμεῖς ἐκδεχόμεθα. et:

Ὄφλημα καὶ χρέος διαφέρει. ὄφλημα μὲν γὰρ καὶ ὀφείλημα τὸ ἐκ καταδίκης τῷ δημοσίῳ ὀφειλόμενον· Χρέος δὲ τὸ ἰδιωτικὸν δάνειον.

Vides quibus haec laborent erroribus. In secundo loco primum expungendum est καὶ ὀφείλημα, additum ab eo qui (ut Themistius) ὄφλημα et ὀφείλημα promiscue usurpari posse opinabatur. Praeterea pro χρέος grammaticus quisquis fuit aut scripsit aut scribere debuit χρέως. Sed multo gravius peccatum est in superiore loco ubi Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεύς in Commentariis ad Demosthenem ea docuisse narratur quae

Digitized by Google

mireris ab eo scribi potuisse qui vel obiter Atticos oratores inspexerit. Quid de eo dixeris qui ex λαβεῖν et λαβών eliceret verbum λάβω, λάβεις, λάβει? Non est hoc magis ineptum quam ex ὀφλεῖν et ὀφλών verbum ὄφλει repetere. Vix capias quo pacto quis in antiquorum libris non plane hospes formam verbi ὀφλισκάνειν potuerit nescire. Frequentissime tamen legitur apud Oratores proprio sensu ὀφλισκάνειν, frequentius etiam apud reliquos omnes figurate ὀφλισκάνειν γέλωτα, ὀφλισκάνειν μωρίαν, δειλίαν et sim. sed tanta vis erat, ut videtur, τῆς συνηθείας, ut vel frequentissimus Atticorum usus, quos tamen lectitabant assidue, eos non satis adverteret.

Confusae sunt praepositiones, quae assolent, p. 25 B. παρέσεσθε εἰς τὸ δικαστήριον καταβοησόμενοι ὅπῃ ἄν τις προκαλῆται, namque πρόσκλησις et προσκαλεῖσθαι in ea re habent locum, non πρόκλησις et προκαλεῖσθαι.

Paucis interiectis p. 25 C. scribendum est προέμενος ξυναγείρειν pro προϊέμενος, et χρυσίου (pro χρυσίον) μὲν εἴπερ τι ἐδεόμην.

Perperam Themistius et p. 25 D. et permultis aliis locis utitur vocabulo δωμάτιον pro οἰκία, οἰκίδιον, οἴκημα. Constanti Atticorum usu ponitur pro *cubiculo*, id est pro ea parte aedium ubi dormiebant.

Perperam etiam legitur in vicinia p. 26 B. ἀπείπατο αὐτίκα καὶ ἦρε τὼ χεῖρε. Scribarum error est in ἀπείπατο, nam Themistius dederat quod in aliis libris est ἀπεῖπέ τε. Ἀπειπεῖν enim pervulgato usu ponitur pro ἀποκαμεῖν, ἀπείπασθαι vero de eo dicitur qui alicui amicitiam *renuntiavit*, ἀπείπατο τὴν φιλίαν, τὴν συμμαχίαν, τὴν εἰρήνην, et similia. Ipsius Themistii error est in verbis ἦρε τὼ χεῖρε. Mos erat eorum qui se victos fatebantur αἴρειν τὴν χεῖρα, diciturque apud Veteres ἦρε τὴν χεῖρα et ἐν οἷς ἡ χεὶρ αἴρεται, non τὼ χεῖρε.

Removenda est una litterula p. 26 C: τίνα οὐκ ἂν σιδ-

Digitized by Google

ροῦν καὶ ἀδάμαντος σερεώτερον μαλάξειε; manifesto enim requiritur σιδήρου pro σιδηροῦν.

De Socrate dicitur p. 27 B. ἐκυδροῦτο δὲ καὶ ἐπεποίθει τῇ τοῦ θεοῦ μαρτυρίᾳ, sed Socrates non *confidebat* illo responso sed *gaudebat:* itaque ἐγεγήθει verum est, non ἐπεποίθει.

Nihil aliud est philosophia, ut scribit Themistius p. 32 D. ἡ ὁμοίωσις θεοῦ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ. Ut Graeca sit oratio scribe ὁμοίωσις θεῷ, non θεοῦ. Manarunt haec ex celebratissimo Platonis loco in *Theaeteto* p. 176 B. πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν.

Insignem ex Platone locum ipsis verbis descripsit Themistius p. 33 A: βουληθεὶς γὰρ ὁ θεός — ἡγησάμενος ἐκείνου τοῦτο πάντως ἄμεινον εἶναι. Leguntur haec in Platonis *Timaeo* p. 30 A. ubi recte scriptum est οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβών. Eadem scriptura apud Themistium exstabat, sed Dindorfius eam ex Codice Ambrosiano sic interpolavit: οὕτω δὴ καὶ πᾶν ὅσον ἡμῖν ὁρατόν. Pessime, nam neque copulae καί locus ullus est neque pronomini ἡμῖν. In fine loci apud Platonem editur: παραλαβὼν — κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐξ ἀταξίας ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. Melior est lectio apud Themistium servata ἐκείνου τοῦτο pro ἐκεῖνο τούτου, non enim referuntur haec ad τάξιν et ἀταξίαν, sed ἐκείνου ad κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως et τοῦτο ad εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐξ ἀταξίας.

Vocabulum barbarum recepit Dindorfius p. 33 B. ἐάσετε οὖν με — ἐξενεγκεῖν αὐτὸ εἰς φῶς — μᾶλλον ἢ ἐξαμβλῶναι. Non minus barbarum est ἐξαμβλῶναι a verbo ἐξαμβλίσκω ac si quis verbi ἐξαναλίσκω aoristum ἐξαναλῶναι fingere vellet. Scribarum errores et Suidae stupor Buttmanno imposuerunt, quem incautius Dindorfius secutus est. Dixerat Aelianus apud Suidam v. Ἐξήμβλωσεν, ἐξήμβλωτο δὲ ἡ ἔννοια τῆς θεοσυλίας τῷ ἀνοσίῳ ἀποσφαγέντος αὐτοῦ, quod

Digitized by Google

sumserat ineptus scriptor ex iocis Aristophanis in *Nubibus* vs. 137:

καὶ Φροντίδ' ἐξήμβλωκας ἐξευρημένην.

et vs. 139.

ἀλλ' εἰπέ μοι τὸ πρᾶγμα τοὐξημβλωμένον.

sed eadem verba iterum a Suida apponuntur v. Ἥμβλω sic: Ἥμβλω: παραλόγως εἰς πέρας ἤχθη. οἱ δὲ σπασάμενοι τὰ ἐγχειρίδια τοῦτον ἀπέσφαξαν. καὶ ἐξήμβλω μὲν ἡ ἔννοια τῆς θεοσυλίας τῷ ἀνοσίῳ, ἐπαύσαντο δὲ τοῦ δέους οἱ Δελφοί. Arripuit haec Buttmannus in *Gramm. Gr.* § 114 ut doceret Ἀμβλίσκειν habuisse aoristum secundum ἤμβλω et ἐξήμβλω, et attulit e Polluce II. 7. ἀμβλῶναι, cui Dindorfius addidit Themistianum ἐξαμβλῶναι, quod in uno Codice pro vulgata ἐξαμβλῶσαι repertum est. Apud me satis constat meras esse istas scribarum hallucinationes, quae stupidum Suidam facile decipere poterant, sed Buttmannos et Dindorfios decipere non debebant. Duplex fertur scriptura eodem teste Suida ἐξήμβλωτο et ἐξήμβλω, altera omnes habet numeros veritatis, nititur certa analogia, certissimo Veterum usu, altera cum ratione et usu Graecorum apertissime pugnat. At lemma Ἥμβλω diserte docet Suidam legisse in suo libro ἐξήμβλω. Fateor, sed nihil est tam absurdum quod Suidas concoquere non possit et nemo saepius et stultius quam Suidas vitiosis librorum scripturis habuit fidem. Ne longe abeam considera mihi haec ipsa: Ἥμβλω: παραλόγως εἰς πέρας ἤχθη. Ain vero? ἡ ἔννοια τῷ ἀνοσίῳ ἐξήμβλω est ἡ ἔννοια παραλόγως εἰς πέρας ἤχθη? Imo plane contrarium, *irrita facta erat, ad nihilum reciderat*, ut illud πρᾶγμα τοὐξημβλωμένον apud Aristophanem et alio Aeliani loco apud Suidam v. Ἐξήμβλωσεν: — καὶ οὐκ ἐξήμβλωτό οἱ ἡ ἐλπίς, ἀντὶ τοῦ ἀτελὴς ἐγένετο. Recte hoc quidem: ἡ ἐλπὶς ἀτελὴς ἐγένετο, et eodem modo ἡ ἔννοια τῷ ἀνοσίῳ ἀτελὴς ἐγένετο ab illo sic fuerat expressum: ἐξήμβλωτο δὲ ἡ ἔννοια τῷ ἀνοσίῳ. In loco Pollucis non est plus praesidii quam in Themistii Codice. Verbum erat olim obsoletum et usu populi exemtum ἀμβλίσκειν et ἐξαμβλίσκειν in quo impune peccari poterat. Quoties in eo verbo peccatum est vel apud unum Hesychium, veluti in Ἀμβλύσκει: ἐξαπλοῖ pro Ἀμβλίσκει: ἐξαμ-

Digitized by Google

βλοῖ, et in Ἀμβλωθρίδια: τὰ ἐξηπλωμένα ἔμβρυα pro ἐξημβλωμένα, et in Ἐξαμβλέβει: διαφθείρει, denique in Ἐξαναβλοῦμεν: ἐκτιτρώσκομεν pro Ἐξαμβλοῦμεν ipsius Hesychii turpi errore qui quum glossam Euripideam ΘΕΑΜΒΛΑΟΤΜΕΝ e noto loco Andromaches, καὶ νηδὺν ἐξαμβλοῦμεν, in suam farraginem reciperet pro AM alias res agens ANA supposuit. Themistius sine controversia suum ἐξαμβλῶσαι a Platone mutuatus est ex *Theaeteto* p. 150 E. τά τε λοιπὰ ἐξήμβλωσαν καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ μαιευθέντα κακῶς τρέφοντες ἀπώλεσαν.

Veram lectionem ab optimo Codice servatam non agnovit Dindorfius p. 33 C: εὖ οἶδα ὅτι χαλεπῶς ἄν με ἐξεύροιτε εἰ τεχνάζω καὶ σκευωροῦμαι περὶ τὴν λέξιν. Pro ἐξεύροιτε ex Ambrosiano affertur ἐξερεῖτε, quod verum esse apparet ex loco plane gemello p. 315 A: ὥςε ῥᾳδίως ἄν με ἐξαγορεύοιεν εἰ σκευωροῦμαι καὶ τεχνάζω περὶ τὸν νόμον. Habet enim ἐξαγορεύω futurum ἐξερῶ, ut diligenter ad Isaei Orat. II demonstravimus, et plane idem utroque loco Themistius ita dixit, ut illic daret: οἶδα ὅτι (οὐ) χαλεπῶς με ἐξερεῖτε, hic: ῥᾳδίως ἄν με ἐξαγορεύοιεν. Perspicuum, est eum verbo ἐξαγορεύειν τινά uti quo sensu Veteres καταγορεύειν τινός usi erant, quos Themistius imitatus est p. 147 B. ὅπως μή μου κατερεῖτε πρὸς τοὺς λίαν σοφούς.

Alias res agens Dindorfius p. 35 C. optimam lectionem abiecit ut pessimam reciperet. Nam sensu vacuum est quod edidit: ὥσπερ οὐδ' ἂν νοῦς οὐδὲ ἡδονὴ συνέλθοι τὰ ἀλλοδαπά· ἂν γὰρ τὸ ἕτερον εὐθαλῇ καταφθίνει τὸ ἕτερον. In aliis libris est: οὐδὲ ἡδονὴ συνελθοίτην ἀλλ' ὅπως ἂν τὸ ἕτερον, unde nullo negotio elicitur Themistii manus: οὐδ' ἂν νοῦς καὶ ἡδονὴ συνελθοίτην, ἀλλ' ὅπου ἂν τὸ ἕτερον εὐθαλῇ καταφθίνει τὸ ἕτερον.

Eodem modo peccavit Dindorfius paulo ante p. 35 B. ubi recepit τὸ φιλοκερδές τε καὶ φιλοχρημάτιςον prae vulgato φιλοχρήματον, sed neque φιλοχρημάτιςον Graecum est et sequitur Themistius, ut solet, Platonem in *Rep.* IX. p. 581 A: καλοῦντες αὐτὸ φιλοχρήματον καὶ φιλοκερδὲς ὀρθῶς ἂν καλοῖμεν.

Digitized by Google

Scribis, non Themistio, imputandus est barbarismus qui legitur p. 39 A. *ἀντιμεθισάμενος πρὸς τὸ πονούμενον κέρας τῷ βασιλεῖ*. *Laborare* enim *πονεῖν* dicitur, non *πονεῖσθαι*, quamobrem *πονοῦν* pro *πονούμενον* rescribendum est. Male utitur hoc ipso verbo Themistius p. 150 A. ubi dixit *καὶ ὅσαι (πόλεις) λιμῷ ἐπόνεσαν. Λιμῷ πονεῖν* pro *fame laborare* Latino magis more quam Graeco dictum est, et forma *ἐπόνεσα*, ut *ἐφόρεσα* et *ἐπόθεσα*, solis Graeculis usitata fuit, nam Veteres summa constantia *ἐπόνησα*, *ἐφόρησα* et *ἐπόθησα* dixerunt. Recurrit vitium idem p. 16 C. ubi est *πονέσαν τὸ σκέλος*.

Vitiata est constructio loci p. 41 A. *τῷ γὰρ εἶναι τοιαύτην σεμνύνει τὸν ἐργασάμενον*. Subiectum verbi *σεμνύνει* ex proxime praecedentibus repetendum est *ἡ πόλις ἡ ἡμετέρα*. Itaque scribi oportet *τῷ γὰρ εἶναι τοιαύτη*, non *τοιαύτην*.

Non inutile est animadvertere annotationem quam adscripsit Graeculus nescio quis ad Themistium p. 41 B. ubi scribit *duas res esse quae gratiarum actiones graviores reddant et insigniores, primum si in magna hominum celebritate, deinde si ex animi sententia candide sincereque agantur, ὧν τὸ μὲν περιφανεσέραν τὴν εὐποιίαν, τὸ δὲ ἀνύποπτον κατασκευάζει τὴν ἀμοιβήν*. Ad haec igitur annotavit olim aliquis ad *εὐποιίαν*] *οἶμαι δὲ κρεῖττον εἶναι περιφανεσέραν τὴν εὐφημίαν εἰπεῖν*. Haerebat in *εὐποιίαν* et suspicatus est melius *εὐφημίαν* quam *εὐποιίαν* loco convenire, sed fallitur et est haec *παραδιόρθωσις*, quam locus recte intellectus respuit. Ἡ *εὐποιία* enim est Principis, *ἡ δὲ ἀμοιβή*, nempe *τῆς εὐποιίας*, est civitatis gratias agentis. Poterat hoc ipsum addere *τὴν τοῦ βασιλέως εὐποιίαν* et *τὴν τῆς πόλεως ἀμοιβήν*, sed nihil erat opus: qui hoc agebat facile ita accipiebat.

Negligenter admodum editur p. 42 B. *ἆρα ὑμῖν ὁ χορὸς οὗτος τῶν Δαιδάλου δοκεῖ παραπλήσιος, ὧν ἐκεῖνος, ὥς φησιν Ὅμηρος, ἤσκησεν ἐν Κνωσσῷ τῇ Ἀριάδνῃ*; Mirum est neminem adhuc emendasse *τῷ Δαιδάλου —, ὃν ἐκεῖνος κτἑ*.

Non debebat punctum temporis dubitare Dindorfius p.

Digitized by Google

ubi edidit *θέα δὲ, ὦ βασιλεῦ, τὸν κήρυκα*, et p. 146 D. *θέα γὰρ ἑκάστην καθ' ἑαυτήν*, quin barbarum *θέα* in *θέασαι* esset refingendum.

Similis barbaries ultro a Dindorfio invecta est p. 50 D. *ἐν μόνῳ ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ, ἐν ᾧ θίγοιτο ἄν τις αὐτοῦ* (*τοῦ θεοῦ*) *καὶ ἀντιλάβοιτο*, non est enim exemplis opus ut demonstrem *θιγεῖν* Graecum esse, non *θιγέσθαι*. Quum in caeteris esset *αἴσθοιτο* Dindorfius ex Ambrosiano *θίγοιτο* festinantius recepit, nam verum est *θίγοι τε ἄν τις κτέ.* ut paulo post p. 51 C. *θιγεῖν τε καὶ ἐπορέξασθαι.*

Platonis indicio tollendum vitium est e verbis p. 50 B. *ἐνειλημένον χεῖράς τε καὶ πόδας πίλοις τε καὶ ἀρνακίσιν*, ubi pro *ἐνειλημένον* corrigendum est *ἐνειλιγμένον*. Sumta enim haec sunt e Platonis *Symposio* p. 220 B. *ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας*, quae attulit hinc Pollux X. 50. Eodem verbo iterum usus est Themistius p. 57 B. *γράμματα ἀρχαῖα βύσσῳ λευκῇ ἐνειλιγμένα.*

Edebatur p. 51 B. *οἱ σφόδρα ἐπιθυμοῦντες τοῖς ὄμμασιν ἀτενίσαι εἰς τὸν θεόν* (*τὸν ἥλιον*), sed Dindorfius ex Ambrosiano substituit *πρὸς τὸν θεόν*, quod sine controversia longe deterius est. Compendiorum usu factum est ut *εἰς* et *πρὸς* tam saepe misceantur.

Soloecum est quod editur p. 51 B. *καὶ μὴ δυσχεραίνητε ἐπὶ τῷ λόγῳ*, imo vero *δυσχεράνητε.*

Ubi laudat Themistius Constantium quod scripta Veterum longo situ corrupta in bibliothecis publicis reficienda curaverit p. 59 D. dixisse non potest *ταῦτα τὰ μνήματα ὑπὸ μικρᾶς ἀθεραπευσίας διαρρυέντα*, sed *ὑπὸ μακρᾶς ἀθεραπευσίας.* Est operae pretium audire quid de veteribus ac novis librorum exemplaribus scribat: *ἐργάζονται ὑμῖν ταῦτα τὰ ἔργα — οἱ τῆς Κάδμου καὶ Παλαμήδους τέχνης δημιουργοὶ, οἳ ἱκανοί εἰσι τὸν νοῦν μετοικίζειν ἐκ παλαιοῦ σκήνους ἐκτετηκότος εἰς ἀρτιπαγές τε καὶ νεουργόν.* Notabile est etiam quod continuo

Digitized by Google

dit: *mox*, inquit, *novam vitam publice accipient* Plato et ristoteles et Demosthenes et Isocrates et Thucydides. Et orum quidem exemplaria, etiam si in publicis bibliothecis on satis integra servarentur, propter suam ipsorum praeantiam apud privatos cives diligenter custodiuntur et conervantur: sed ὅσοι ὀπαδοί τε ἐκείνων — τούτους βιάζεται θνηοὺς ὄντας ἀθανάτους ποιεῖν ἡ βασιλέως προμήθεια, πολλοὺς μὲν Ὁμήρου ὑποφήτας καὶ νεωκόρους, πολλοὺς δὲ Ἡσιόδου θεραπευτάς, quae de *Commentariis Veterum in Homerum* et *Hesiodum* accipienda esse videntur. Quod statim sequitur ςῖφος ἐναρίθμον ἀρχαίας σοφίας — ἀμεννηνόν τε ἤδη καὶ ἐξίτηλον ἐν τῷ χρόνῳ ἐν σκότῳ κατορωρυγμένον, expuncta praepositione legendum ἐξίτηλον τῷ χρόνῳ, quae verba ex Herodoti prooemio desumta esse quisque videt.

Elegans compositionis forma a scribis obliterata est p. 60 D. ταῦτα γὰρ ἅπαντα, οἶμαι, τύρβη καὶ ὄχλος καὶ βαναυσία καὶ ἀρχαῖα μὲν τὰ θεάματα, ἀχρεῖα δὲ τὰ ἀκούσματα. Themistius dederat ἀχρεῖα μέν — ἀχρεῖα δέ. Ἀρχαῖος et ἀρχαῖον contemtim in iocosa oratione ponuntur de iis hominibus aut rebus, quas longe longeque hominum post natorum sollertia vicerit, ut antiqua novis opposita sordeant ac paene ridicula videantur. Sic ipse Themistius loquitur p. 116 A: Ὅμηρος δὲ ὡς ἔοικε λίαν ἀρχαῖος ἦν Μενεσθέα θαυμάζων, nam nihil erat Menestheus ad novorum tacticorum singularem sollertiam. Saepe ἀρχαῖος eo sensu legitur apud Comicos, saepe apud Platonem, quos sequiores imitantur. Deridens patrem filius qui novam Socratis sapientiam imbiberat in *Nub.* vs. 1469 ita dicit:

ἰδού γε Δία πατρῷον· ὡς ἀρχαῖος εἶ.

et sic apud Platonem est in *Euthydemo* p. 295 C. ἀρχαιότερος εἶ τοῦ δέοντος. Sed non cadit huiusmodi notio in locum Themistii, qui adiectivo eleganter repetito dederat: ἀχρεῖα μὲν τὰ θεάματα, ἀχρεῖα δὲ τὰ ἀκούσματα.

Laudibus extollens Iovianum Themistius p. 67 A. ita dicit: ἐγνωκὼς ὅτι τὴν βασιλείαν ἀρετῆς ὑπεροχὴν νομιςέον οὐκ εὐτυχίας καὶ τὸν Τςάσπου Δαρεῖον μικρὸν ἀπέφηνας εἰς μεγα-

Digitized by Google

ubi edidit *θέα δὲ, ὦ βασιλεῦ, τὸν κήρυκα*, et p. 146 D. *θέα γὰρ ἑκάστην καθ' ἑαυτήν*, quin barbarum *θέα* in *θέασαι* esset refingendum.

Similis barbaries ultro a Dindorfio invecta est p. 50 D. *ἐν μόνῳ ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ, ἐν ᾧ θίγοιτο ἄν τις αὐτοῦ (τοῦ θεοῦ) καὶ ἀντιλάβοιτο*, non est enim exemplis opus ut demonstrem *θιγεῖν* Graecum esse, non *θιγέσθαι*. Quum in caeteris esset *αἴσθοιτο* Dindorfius ex Ambrosiano *θίγοιτο* festinantius recepit, nam verum est *θίγοι τε ἄν τις κτέ.* ut paulo post p. 51 C. *θιγεῖν τε καὶ ἐπορέξασθαι*.

Platonis indicio tollendum vitium est e verbis p. 50 B. *ἐνειλημένον χεῖράς τε καὶ πόδας πίλοις τε καὶ ἀρνακίσιν*, ubi pro *ἐνειλημένον* corrigendum est *ἐνειλιγμένον*. Sumta enim haec sunt e Platonis *Symposio* p. 220 B. *ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας*, quae attulit hinc Pollux X. 50. Eodem verbo iterum usus est Themistius p. 57 B. *γράμματα ἀρχαῖα βύσσῳ λευκῇ ἐνειλιγμένα*.

Edebatur p. 51 B. *οἱ σφόδρα ἐπιθυμοῦντες τοῖς ὄμμασιν ἀτενίσαι εἰς τὸν θεόν (τὸν ἥλιον)*, sed Dindorfius ex Ambrosiano substituit *πρὸς τὸν θεόν*, quod sine controversia longe deterius est. Compendiorum usu factum est ut *εἰς* et *πρὸς* tam saepe misceantur.

Soloecum est quod editur p. 51 B. *καὶ μὴ δυσχεραίνητε ἐπὶ τῷ λόγῳ*, imo vero *δυσχεράνητε*.

Ubi laudat Themistius Constantium quod scripta Veterum longo situ corrupta in bibliothecis publicis reficienda curaverit p. 59 D. dixisse non potest *ταῦτα τὰ μνήματα ὑπὸ μικρᾶς ἀθεραπευσίας διαρρυέντα*, sed *ὑπὸ μακρᾶς ἀθεραπευσίας*. Est operae pretium audire quid de veteribus ac novis librorum exemplaribus scribat: *ἐργάζονται ὑμῖν ταῦτα τὰ ἔργα — οἱ τῆς Κάδμου καὶ Παλαμήδους τέχνης δημιουργοὶ, οἳ ἱκανοί εἰσι τὸν νοῦν μετοικίζειν ἐκ παλαιοῦ σκήνους ἐκτετηκότος εἰς ἀρτιπαγές τε καὶ νεουργόν*. Notabile est etiam quod continuo

Digitized by Google

addit: *mox*, inquit, *novam vitam publice accipient* Plato et Aristoteles et Demosthenes et Isocrates et Thucydides. Et horum quidem exemplaria, etiam si in publicis bibliothecis non satis integra servarentur, propter suam ipsorum praestantiam apud privatos cives diligenter custodiuntur et conservantur: sed ὅσοι ὀπαδοί τε ἐκείνων — τούτους βιάζεται θνητοὺς ὄντας ἀθανάτους ποιεῖν ἡ βασιλέως προμήθεια, πολλοὺς μὲν Ὁμήρου ὑποφήτας καὶ νεωκόρους, πολλοὺς δὲ Ἡσιόδου θεραπευτάς, quae de *Commentariis Veterum in Homerum* et *Hesiodum* accipienda esse videntur. Quod statim sequitur σῖφος ἀνάριθμον ἀρχαίας σοφίας — ἀμενηνόν τε ἤδη καὶ ἐξίτηλον ἐν τῷ χρόνῳ ἐν σκότῳ κατορωρυγμένον, expuncta praepositione legendum ἐξίτηλον τῷ χρόνῳ, quae verba ex Herodoti proœmio desumta esse quisque videt.

Elegans compositionis forma a scribis obliterata est p. 60 D. ταῦτα γὰρ ἅπαντα, οἶμαι, τύρβη καὶ ὄχλος καὶ βαναυσία καὶ ἀρχαῖα μὲν τὰ θεάματα, ἀχρεῖα δὲ τὰ ἀκούσματα. Themistius dederat ἀχρεῖα μέν — ἀχρεῖα δέ. Ἀρχαῖος et ἀρχαῖον contemtim in iocosa oratione ponuntur de iis hominibus aut rebus, quas longe longeque hominum post natorum sollertia vicerit, ut antiqua novis opposita sordeant ac paene ridicula videantur. Sic ipse Themistius loquitur p. 116 A: Ὅμηρος δὲ ὡς ἔοικε λίαν ἀρχαῖος ἦν Μενεσθέα θαυμάζων, nam nihil erat Menestheus ad novorum tacticorum singularem sollertiam. Saepe ἀρχαῖος eo sensu legitur apud Comicos, saepe apud Platonem, quos sequiores imitantur. Deridens patrem filius qui novam Socratis sapientiam imbiberat in *Nub.* vs. 1469 ita dicit:

ἰδού γε Δία πατρῷον· ὡς ἀρχαῖος εἶ.

et sic apud Platonem est in *Euthydemo* p. 295 C. ἀρχαιότερος εἶ τοῦ δέοντος. Sed non cadit huiusmodi notio in locum Themistii, qui adiectivo eleganter repetito dederat: ἀχρεῖα μὲν τὰ θεάματα, ἀχρεῖα δὲ τὰ ἀκούσματα.

Laudibus extollens Iovianum Themistius p. 67 A. ita dicit: ἐγνωκὼς ὅτι τὴν βασιλείαν ἀρετῆς ὑπεροχὴν νομιστέον οὐκ εὐτυχίας καὶ τὸν Ὑστάσπου Δαρεῖον μικρὸν ἀπέφηνας εἰς μεγα-

Digitized by Google

λοπρέπειαν ἀμοιβῆς. Respicit in his historiam Darii et Sylosontis narratam ab Herodoto III. 139 et inde a Themistio repetitam p. 109 D. Hanc igitur Darii liberalitatem tanto intervallo Iovianus superasse dicitur ut prae illo Darius μικρὸς esse videretur: hoc enim, ut nemo nescit, significat τὸν Δαρεῖον μικρὸν ἀπέφηνας. Sed non constat sic loci sententia, quia nemo Graecorum umquam hominem *illiberalem* et angusti animi appellavit μικρόν. Μικρός semper de statura dicitur, ut iam apud Homerum: μικρὸς μὲν ἦεν δέμας ἀλλὰ μαχητής. Itaque μικρόν mendosum est. Quid sit rescribendum optime docebit Themistius ipse, qui sua repetere solet, et si quid ei lepide et scite dictum esse videtur, iterum tertiumque apponit. Laudans Theodosii liberalitatem p. 462 Dind. scribit: τὸ δὲ καὶ τοῖς χρήσασθαι δεηθεῖσι δοῦναι δωρεὰν — τίνα Ἀλκιβιάδην οὐχ ὑπερβαίνει; τίνα Κίμωνα οὐκ ἀποφαίνει Σμικρίνην; Notum in fabulis Menandreis nomen Σμικρίνης hominis illiberalis et sordidi, quae res indoctiores fugiebat. Maius enim pro Σμικρίνην, quod quale esset non intelligebat, substituit σμικρύνειν sine ullo sensu. Hem Criticum! Eadem chorda olim oberravit Graeculus, qui quum in suo libro reperisset Δαρεῖον Σμικρίνην ἀπέφηνας vulgatam scripturam de suo supposuit.

Prudenter admodum et sapienter disserit Themistius p. 67. B. unicuique licere oportere ex animi sui sententia colere Deum neque religionem per vim imponi debere οὐ πάντα ἔνεστι τῷ βασιλεῖ βιάσασθαι τοὺς ὑπηκόους ἀλλ' ἔστιν ἃ τὴν ἀνάγκην ἐκπέφευγε καὶ ἀπειλῆς ἐστι κρείττω καὶ ἐπιτάγματος, ὥσπερ — ἡ περὶ τὸ θεῖον εὐλάβεια. Verissimum est quod addit: εἰ γὰρ οὐδὲ σοὶ, ὦ βασιλεῦ, δυνατὸν κατὰ διάγραμμα (ex edicto) εὔνουν εἶναι τὸν μὴ τοῦτο ἔνδοθεν προαιρούμενον, πόσῳ μᾶλλον εὐσεβῆ εἶναι καὶ θεοφιλῆ γράμματα ἀνθρώπινα δεδιότας καὶ ἐπικήρους ἀνάγκας καὶ ἀσθενῆ μορμολυκεῖα. et ὁ τοῦ θεοῦ νόμος ἀκίνητος μένει τὸν πάντα αἰῶνα, ἀπολελύσθαι τὴν ἑκάστου ψυχὴν πρὸς ἣν οἴεται ὁδὸν εὐσεβείας. Deinde negat principem conscientiae humanae vim inferre posse, ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα ἄξεις καὶ ἀποκτενεῖς, ἂν οὕτω τύχῃ, inquit, ψυχὴ δὲ οἰχήσεται, in his mihi ἄξεις semper visum est labem

Digitized by Google

vitiumque concepisse. Quid est enim, quod princeps dicitur posse τὸ σῶμα ἄγειν? Reponendum esse censeo εἴρξεις pro ἄξεις. Corpus, inquit, *vinculis constringere* poteris et vita privare, sed animus liber evolabit. Comparari potest locus p. 72 D. *„Platonem vendidit Dionysius, Nero Musonium relegavit, Domitianus Apollonium Tyanensem in vincula coniecit."* εἶργε τὸν ἐκ Τυάνων ὁ ἀδελφοκτόνος.

Admonuimus iam antea p. 69 C. pro οἱ δὲ ὁπλίζονται emendandum esse τοξάζονται, tum male Dindorfius edidit, οἱ μὲν παρὰ τὸ σῶμα τὸ σόν εἰσι τεταγμένοι, quum retinere deberet vulgatam περὶ τὸ σῶμα, quod de *satellitibus* proprium est et perpetuum.

Vitium conceperunt haec verba Themistii p. 72 D: καὶ τοῦτο οὖν κακῶς ἡ τραγῳδία καὶ πρός γε ἔτι κάκιον ὅταν θεὸν λέγῃ τὴν τυραννίδα. Themistius enim non scripserat θεὸν sed ἰσόθεον λέγῃ τὴν τυραννίδα. Quomodo hoc demonstrari poterit, dixerit aliquis, quoniam utrumque nobili loco Euripideo nititur. Scilicet θεόν appellavit τὴν τυραννίδα in Phoenissis vs. 509.

ἄρρων ἂν ἔλθοιμ' ἡλίου πρὸς ἀντολὰς
καὶ γῆς ἔνερθεν δυνατὸς ὢν δρᾶσαι τάδε,
τὴν θεῶν μεγίστην ὥς' ἔχειν τυραννίδα.

Eandem ἰσόθεον dixit in Troadibus vs. 1169:

γάμων τε καὶ τῆς ἰσοθέου τυραννίδος.

Itaque quum utrumque luculento Euripidis testimonio stabiliatur satius esse putes nil mutare. Dicam quare mihi contra videatur. Themistius enim locos Euripideos, quos illic reprehendit, non ipse ex Euripide sumsit, sed a Platone accepit, cuius locum ex libro VIII *de Rep.*, ut solet, describit sed ita ut quae Plato ironice laudet ea ipse serio reprehendat. Dubitare non poteris si utrumque locum inter se compones. Themistius dixit p. 72 C: Εὐριπίδης — ποιήσας

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ,

οὐκ ἦν οἶμαί που πυκνῆς διανοίας. Platonis verba sunt *de Rep.* VIII. p. 568 A. οὐκ ἐτὸς ἥ τε τραγῳδία ὅλως σοφὸν δοκεῖ εἶναι καὶ ὁ Εὐριπίδης διαφέρων ἐν αὐτῇ. — ὅτι καὶ τοῦτο

Digitized by Google

πυκνῆς διανοίας ἐχόμενον ἐφθέγξατο ὡς ἄρα σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ. Addam et quae continuo sequuntur ut mendum eximam: καὶ ἔλεγε δῆλον ὅτι τούτους εἶναι [τοὺς] σοφοὺς οἷς ξύνεσιν, ubi expuncto articulo legendum τούτους εἶναι σοφοὺς οἷς ξύνεσιν. Lepide Plato admonet Euripidem dicere τοὺς περὶ τὸν Ἀρχέλαον, quocum esset una, σοφοὺς εἶναι, non εἶναι [τοὺς] σοφούς, quod sensu vacuum est. Quod Plato statim addit: καὶ ὡς ἰσόθεόν γε τὴν τυραννίδα ἐγκωμιάζει, id Themistius sic expressit: καὶ πρός γε ἔτι κάκιον ὅταν ἰσόθεον λέγῃ τὴν τυραννίδα, ut nulla sit dubitatio quin ἰσόθεον vera scriptura sit, non θεόν.

Recte et ἀττικισί scripsit Themistius p. 73 A. ὅ τι περ ἀκρότατον τῆς σοφίας, et sic Veteres constanter dicebant ὅ τι περ ἐσθλόν, ὅ τι περ ὄφελος, ὅ τι περ ἄνθος, et Eupolis de Pericle:

ὅ τι περ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν ἤγαγες.

Itaque aut Themistius ipse aut scribae peccarunt p. 61 B. ubi est ὅ τι ἄνθος τῶν Ἑλλήνων.

Vitiosum est quod editur p. 79 A. ὅσις μὴ παρίησι τοὺς Ἀλωάδας ἀποπληξίᾳ. *Supero* aliquem non παρίημί τινα Graece dicitur, sed παρέρχομαι. Itaque legendum πάρεισι pro παρίησι. Πάρειμι *futurum* esse Themistius et aequales non accurate sciebant neque firmiter retinebant. Itaque nonnumquam εἶμι cum compositis usurpabant more Veterum pro futuris, saepius εἶμι et ἔρχομαι dicebant promiscue, quasi nihil interesset. Sic dixit p. 73 C. *de coelo hoc descendit suffragium*, ἄνωθεν αὕτη κάτεισιν ἡ ψῆφος, pro κατέρχεται rectiusque καταβαίνει. Παρῄει pro *superabat* legitur p. 99 A.

Repone futurum pro praesente p. 82 A. τίς οὐκ αἰσχύνεται λοιπὸν — σασιάζειν πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὑμᾶς ὁρῶν τὴν γῆν ὅλην — ἀψοφητὶ διελομένους; vel solum λοιπὸν additum demonstrat αἰσχυνεῖται pro αἰσχύνεται restitui oportere. „*Quem non* pudebit *posthac a fratre suo dissidere*" cet.

Pervulgato aequalium vitio Themistius utitur verbo φρονεῖν

Digitized by Google

pro *μέγα φρονεῖν*, *magnos spiritus gerere* p. 82 B. *Πλαταιεῖς ἐφρόνουν ὅτι τὴν χώραν παρέσχοντο* —, *ἡμεῖς δ' οὐ φρονήσομεν ὅτι ὑμῖν παρεσχόμεθα τὸ θέατρον τῆς σοφίας;*

Vitiose repetitus articulus est p. 83 A: *πλείονος ἄξιον τὸ κτήσασθαι τὰ ἀγαθὰ τοῦ [τὸν] κεκτημένον μείζω ποιῆσαι.* Participium sine articulo significat *ἐπειδὰν κεκτημένος ᾖς* vel *ᾖ τις.*

Post pauca p. 83 B. duo menda eximenda sunt ex his verbis: *εὐτυχέστερον δὲ* — *τοῦ καθελεῖν τὸν ὄντα κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς τὸ προελέσθαι τὸν κοινωνήσαντα.* *Assumere* imperii *socium* dicitur *προσαιρεῖσθαι*, non *προαιρεῖσθαι*, et participii *futurum* requiritur *τὸν κοινωνήσοντα*, non *κοινωνήσαντα.*

De bellis servilibus dicens Themistius p. 86 D. de servorum ducibus haec verba posuit: *ἐν ἀκαρεῖ φοβεροὶ κατέστησαν οὐ μόνον πρεσβύταις οὐδὲ στρατηγοῖς τῶν πάλαι Ῥωμαίων ἀλλ' ἤδη καὶ ὑπάτοις.* Non *senibus*, opinor, et praetoribus populi Romani eos metuendos fuisse dixerat, sed *legatis* praetoribusque. Itaque scribe *πρεσβευταῖς* pro *πρεσβύταις.* Graeci Romanorum *legatos* modo *ὑποστρατήγους* appellant, modo *πρεσβευτάς.*

Saepe Themistius Xenophontis locos imitatur, veluti p. 87 A: *ἀλλ' οἱ πῦρ πνέοντες, οἱ Μιθριδάτου χαλεπώτεροι Ῥωμαίοις* — *ὑπὸ μάλης ἔκρυπτον τὰς ἀσπίδας.* Ut solet sua repetere iterum dixit in Orat. 34 p. 465 Dind. *καὶ νῦν προσίασιν οἱ πῦρ πνέοντες, οἱ τοῦ Ἀννίβα χαλεπώτεροι Ῥωμαίοις, ἥμεροι καὶ χειροήθεις.* Flosculum hunc decerpsit ex Xenophontis *Hellenicis* VII. v. 12: *ἐνταῦθα δὴ οἱ πῦρ πνέοντες, οἱ νενικηκότες τοὺς Λακεδαιμονίους,* — *οὐκ ἐδέξαντο τοὺς περὶ τὸν Ἀρχίδαμον.*

A Xenophonte etiam sumsit Themistius formam *πέπαμαι* pro *κέκτημαι*, qua nemo Atticorum utitur, sed Xenophon a Doribus et Ionibus acceptam crebro usurpat. Hinc Themistius dixit p. 265 D: *καλὸν δὲ καὶ φιλοχρύσῳ τὴν λίθον πεπᾶσθαι ἢ βασανίζουσι τὸν χρυσόν*, et p. 274 A. *ὠφελιμώτερα αὐτά τε αὐτοῖς καὶ τοῖς πεπαμένοις.* *Πεπαμένον* solet a

Digitized by Google

Graeculis in πεπαμμένον depravari, ut πολυπάμονος in πολυπάμμονος, similiterque alia hinc nata. Notabilis est Themistii locus p. 307 A: ἄνθρωπον εἶναι σπουδαῖον λέγομεν οὐ τὸν πολλοὺς μὲν ἀγροὺς πολλὰς δὲ οἰκίας πεπαμένον, ubi Harduini Codices πεπαμμένον exhibent, et Ambrosianus A. κεκτημένον, id est antiquae scripturae interpretamentum. Saepe factum esse videbis, si hoc ages, ut liber Ambrosianus, qui unus omnium optimus esse perhibetur, multo deteriores et pessimas scripturas servet, quas Dindorfius subinde festinans in textum admisit, cuiusmodi est quod recepit p. 308 A. σέγειν δὲ δύναται (τὸ τειχίον) καὶ σίχων φρουρὰς ἀσαθμήτους, unde nemo umquam quidquam sani extundet. Sanissima erat vulgata καὶ τύχης φορὰς (fortunae impetus) ἀσαθμήτους.

Sine sensu γε interpositum est p. 89 B. βασιλέα γὰρ ἀξιοῦντα εἶναι πάντων, — ἔπειτα ἐξαρνεῖσθαι πρᾶξαί γε βασιλικῶς αἰσχρὸν ἦν. Emendandum videtur πρᾶξαί τι βασιλικῶς, vel potius non emendandum sed ex aliis libris revocandum in suam sedem unde Dindorfius male eiecerat.

Torvus et truculentus tyrannus a Themistio p. 90 B. ita describitur: ἀεὶ συγκεκυφώς, ἀεὶ συννεφής, ἐφελκόμενος τὰς ὀφρῦς, τὴν σιωπὴν ὥς τι σεμνὸν μετιών. Alienum plane est abs re verbum ἐφέλκεσθαι, *ad sese trahere*. Ex ipsa rei natura et perpetuo Graecorum usu rescribendum esse censeo ἀνελκόμενος. Dicebant enim de superbis τὰς ὀφρῦς ἀναspᾶν, ἐπαίρειν et ἀνέλκεσθαι, ut apud Cratinum est ἀνελκταῖς ὀφρύσι σεμνόν. Quod dicit Themistius p. 114 B. οὐδὲ βαδίζουσι τὰς ὀφρῦς ἐπηρκότες μᾶλλον τῶν στρατηγῶν, sumsit ab Atticis Comicis. Alexis Athen. p. 224 F.

τοὺς μὲν στρατηγοὺς τὰς ὀφρῦς ἐπὰν ἴδω
ἀνεσπακότας, δεινὸν μὲν ἡγοῦμαι ποιεῖν,
οὐ πάνυ τι θαυμάζω δὲ προτετιμημένους
ὑπὸ τῆς πόλεως μεῖζόν τι τῶν ἄλλων φρονεῖν.

οἱ τὰς ὀφρῦς ἐπηρκότες dicuntur philosophi apud Batonem Athenaei p. 103 D.

Digitized by Google

Haud scio an recte emendarit Dindorfius locum Themistii p. 91 A. *οὐδ' ἂν τὸν Δία ἴσως ἡ κωμῳδία τοῦ τηνικαῦτα ἀποδραθεῖν* (scribe *ἀποδαρθεῖν*) *ὑπεξείλετο. οὐ γὰρ ἂν περιεῖδεν ἐργαστήριον τοιχωρύχων ἐπὶ κακῷ τῆς οἰκουμένης ἐγρηγορός.* Sic enim substituit pro lectione omnium librorum *ἐγρηγορώς*, quam retinuerim: optime enim ad ipsum Iovem refertur, nam *si vigilasset οὐκ ἂν περιεῖδεν κτἑ.*

Nunc quidem proba et antiqua forma *ἐγρηγορώς* evasit ex librariorum manibus, qui quoniam ipsi *γρηγορεῖν* dicebant pro *ἐγρηγορέναι*, subinde veterem formam vitiabant: quod factum est p. 315 B. ubi male retinuit Dindorfius vulgatam: *ἐγὼ μέντοι ἐγρηγοροῦσιν ὑμῖν — ἀσμενέστερον διαλεγοίμην ἢ χασμωμένοις τε καὶ ναυτιῶσιν*, nam sine mora *ἐγρηγορόσιν* a Lobeckio commendatum recipere debuerat. Praeterea scribe *ἀσμενέστερον* (*ἂν*) *διαλεγοίμην.*

Pervulgatum Graeculorum errorem commisit Themistius in iis quae de Procopio scribit p. 91 C: *κἄπειτα ἐπόμπευεν ἐκ βαλανείου ἐν ἀσπίδι καὶ δορατίῳ περιδέραια περικείμενος.* Solent Veteres de cultu ornatuque corporis et de armis ponere aut participium *ἔχων* aut praepositionem *ἐν*. Perinde est dicere *ἔχων ὅπλα, θώρακα ἔχων, χιτῶνα, ἱμάτιον, χλαμύδα ἔχων, ἔχων ὑποδήματα* et sim. atque *ἐν ὅπλοις, ἐν θώρακι, ἐν χιτῶνι, ἐν ἱματίῳ, ἐν χλαμύδι, ἐν ὑποδήμασιν.* Praepositio autem ita demum ponitur ubi cum rei natura convenit, id est de iis rebus recte dicitur quae corpus aut partem corporis contegunt includuntque. Sequiores Graeculi temere miscent omnia et ubi participio *ἔχων* erat utendum ponunt praepositionem nil rei naturam curantes. Sic dicitur quis apud istos *ἐλθεῖν ἐν ξίφει, ἐν ῥομφαίᾳ, ἐν ῥάβδῳ, ἐν βακτηρίᾳ*, sic igitur Themistius dixit *ἐπόμπευεν ἐν ἀσπίδι καὶ δορατίῳ* quum debuisset dicere *ἀσπίδα καὶ δοράτιον ἔχων*, ut constantissime Veteres loquebantur.

Procopius *subditivos quosdam ostentabat qui astutia confidenti partim ab Oriente, alii e Galliis se venisse et Valentinianum obiisse fingebant* (Ammian. Marcell. XXVI. p. 322, 15). Eosdem commemorans Themistius p. 91 D. ita scribit *εἶτα ἐπέ-*

Digitized by Google

σεις τὰ χαλεπώτερα μηχανήματα — τοὺς ἀγγέλους τοὺς ἐκ τῶν προασείων κεκονιαμένους κτέ. sed quia isti subditivi legati non videntur *calce oblíti* sed *pulvere conspersi* venisse, satius erit non κεκονιαμένους scribere, sed κεκονιμένους.

De iisdem legatis post pauca haec addit p. 92 A: καὶ τούτους ἢ πάνυ πιστεύειν ἐχρῆν ἢ [πάνυ] δεδέσθαι. Corrige τούτοις pro τούτους et male repetitum πάνυ expunge.

Continuo addit: λαθεῖν γὰρ οὐκ ἐνῆν οὐ δεδεμένους οὐ σιωπῶντας οὐ στένοντας οὐ μειδιῶντας, ἀλλ' ἐπεφαίνοντο ἑκασταχοῦ ὠτακουσταί. Notabant delatores omnia, *silentium*, *gemitum*, *surrisum:* facile intelligimus, sed quid sibi volunt in ea re οἱ δεδεμένοι? Delatores speculari non solent quid agant οἱ δεδεμένοι, et quae est ista coniunctio τῶν δεδεμένων et τῶν σιωπώντων, στενόντων, μειδιώντων? Nil tamen reperio quod satisfaciat: videant acutiores.

Interpolatus locus est p. 95 D. ἐπειδὰν [ὡς] τάχιστα κύριος γένηται. Expunge ὡς et locus habebit optime. Non meminerant Graeculi ἐπεὶ τάχιστα et ἐπειδὰν τάχιστα esse *simul atque*, *ut primum*.

Intercidit praepositio p. 97 C. ἀντέκοψε καὶ αὐτὸς οὐ τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ ἐκκόψαντος ἀλλὰ τῆς ψυχῆς τὴν θρασύτητα, non est enim ulla controversia quin emendandum sit ἀντεξέκοψε pro ἀντέκοψε. Ut enim proprie de oculo et figurate de aliquo vitio, petulantia, protervitate, superbia ἐκκόπτειν dicitur, numquam κόπτειν, sic ἀντεκκόπτειν necessario requiritur. Themistius nonnumquam ἐκκόπτειν et ἐπικόπτειν ita inter se opponit, ut ἐκκόπτειν sit *penitus exscindere*, ἐπικόπτειν *resecare* aliquid et *amputare*, veluti p. 131 D. τὸ μὴ πρόρριζον ἐκκόπτειν — ἀλλ' ἐπικόψαντας τὴν αὐθάδειαν σώζειν, et pag. 359 D. οὐχὶ οὖν ἐκκόπτειν αὐτὰ πειρᾶσθαι χρεών· ἀμήχανον γάρ· ἀλλ' εἴπερ ἄρα [εἴη] ἐπικόπτειν τε καὶ πραΰνειν, ubi deleverim εἴη natum ex sqq. ΕΙΠΙ. Platonis more Themistius εἴπερ ἄρα interposuit.

Digitized by Google

Vocabulum Graecis incognitum nescio quomodo irrepsit p. 97 D. ἵλας τοξευτῶν, ἵλας ἱππέων. Reponendum est τοξοτῶν, qua sola forma utebantur omnes qui Graece loquebantur.

Revocanda est ex Homero litera sibilans in his p. 98 C. διὸ φησὶν Ὅμηρος τοὺς μὲν ἄλλους θεοὺς τρεπτοὺς εἶναι καὶ παραρρητούς, imo vero στρεπτούς ex Iliad. I. 493.

Non est sanum πειρασθῆναι p. 101 C. οὐδὲ τοῦ γήρως πειρασθῆναι δυσκολωτέρου, requiritur πειραθῆναι *expertum esse*; πειρασθῆναι est a πειράζειν *tentare*.

Mendose et sine sensu editur p. 102 A: ταύτῃ τοίνυν ἐγὼ μάλιστα φαίην ἂν τῶν τυράννων εἶναι τοὺς βασιλέας ὅτι κτέ. Cuiusmodi quid dixerit Themistius apertum est, sed non uno modo ea sententia restitui potest: namque aut excidit comparativus ὀλβιωτέρους, εὐδαιμονεστέρους, εὐτυχεστέρους, aut (quod multo simplicius est) εἶναι in διαφέρειν est convertendum.

Simillimus huic locus est in vicinia p. 104 A: ταύτῃ μάλιστα τῶν ἄλλων τεχνῶν φιλοσοφίαν διαφέρειν πεπιστευκὼς ὅτι μὴ κέχηνε πρὸς δόξας ἀνθρώπων κτέ. In talibus διαφέρειν est *praestare, praestantiorem esse*.

Levis error irrepsit p. 103 D. μικρά μοι συγχώρησον, ὦ βασιλεῦ, ἐκλογήσασθαι ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, ubi scribendum ἐκλογίσασθαι, ut recte legitur p. 136 D. ἓν ἐξαρκεῖ τεκμήριον ἐκλογίσασθαι τῆς περὶ ταῦτα ἐπιμελείας, et p. 184 C. καὶ ἐκλογίζεται ἐφεξῆς, et multis aliis locis.

Dele articulum p. 106 A. δυοῖν εἰσελθόντοιν [τοῖν] λόγοιν e praecedente syllaba male repetitum.

Lepidum antiqui imperatoris dictum Themistius p. 108 A. male narrando corrupit: πάνυ μὲν γάρ, οἶμαι, καλῶς καὶ Τιμόθεος ὁ στρατηγὸς φιλοσόφῳ παραβαλὼν εἰς πλῆθος ἐπιχειροῦντι μόνον εἶναι τὸν σοφὸν στρατηγόν· Ἄνδρες, ἔφη πρὸς τοὺς παρόντας, οὗτος ὁ ἀνὴρ οὐδεπώποτε ὑπὸ σάλπιγγος τεθορύβηται. Facit enim ut Timotheus contrarium quam quod dixerit dixisse videatur. Nempe ὑπὸ σάλπιγγος τεθορυβῆσθαι aut de imbelli et ignavo recte dicitur aut certe de eo qui classico non delectatur et mavult gallorum cantu quam

Digitized by Google

sico excitari ex somno, ut est apud Polybium XII. 25 ex Timaeo: διότι κοιμωμένους τὸν ὄρθρον ἐν μὲν τῷ πολέμῳ διεγείρουσιν αἱ σάλπιγγες, κατὰ δὲ τὴν εἰρήνην οἱ ὄρνιθες. Sed imprimis ignavi ὑπὸ σάλπιγγος θορυβοῦνται, ut apud Theophrastum *Charact.* 25, ὁ δειλὸς τοῦ σαλπιστοῦ τὸ πολεμικὸν σημήναντος καθήμενος ἐν τῇ σκηνῇ εἶπεν· Ἄπαγ' ἐς κόρακας, οὐκ ἐάσεις τὸν ἄνθρωπον ὕπνου λαβεῖν (lege λαχεῖν) πυκνὰ σημαίνων. Apparet nihil esse a Timothei sententia alienius quam hoc dicere, qui ridebat philosophum de ea re dicentem cuius nullum usum, nullam peritiam haberet. Themistius huius rei notitiam, ut alia permulta, a Plutarcho sumsit. Audiamus igitur Plutarchum in *Regum et Imperatorum Apophth.* p. 192 B. Εὐδαιμονίδας (rectius Εὐδαμίδας appellatur p. 220 D.) ἀκούσας φιλοσόφου διαλεχθέντος ὅτι μόνος ἀγαθὸς στρατηγὸς ὁ σοφός ἐστιν, Ὁ μὲν λόγος, ἔφη, θαυμαστός, ὁ δὲ λέγων οὐ περισεσάλπιστται. Descripsit eundem locum ex Plutarcho Stobaeus in *Floril.* 54, 65, ubi scribitur περισεσάλπικται. Eiusdemmodi est Pyrrhi dictum apud Stobaeum ibid. 54, 60: Πύρρος πρὸς τὸν ὑπισχνούμενον τὰ τακτικὰ διδάξειν ἐν δὲ παρατάξει οὐδέποτε γεγονότα οὐκ ἔφη δεῖσθαι ἀπερισαλπίκτου στρατηγοῦ. Non poterat ea res melius et significantius quam illo verbo declarari et corrupit omnia Themistius quum pro περισεσάλπισται substitueret suum ὑπὸ σάλπιγγος τεθορύβηται. Eodem verbo utitur Plutarchus in *Marcello* cap. 22 triumphi et ovationis discrimen sic notans: πέμπει δὲ αὐτὸν οὐκ ἐπὶ τοῦ τεθρίππου βεβηκὼς οὐδὲ δάφνης ἔχων στέφανον οὐδὲ περισαλπιζόμενος, ἀλλὰ πεζὸς ἐν βλαύταις ὑπ' αὐλητῶν μάλα πολλῶν καὶ μυρρίνης στέφανον ἐπικείμενος. Quemadmodum dicitur quis αὐλεῖσθαι et καταυλεῖσθαι, ψάλλεσθαι, κατακτυπεῖσθαι et sim. sic *quem tubae undique circumsonant* dicitur περισαλπίζεσθαι, quod in forti ac strenuo milite nihil minus significat quam ὑπὸ σάλπιγγος θορυβεῖσθαι.

Caeterum in eo quoque peccavit Themistius quod Timotheum narravit talia ex philosopho audivisse. Vivo Timotheo ista sapientia nata nondum erat. Audivit ea et risit Εὐδαμίδας ὁ Ἀρχιδάμου, ἀδελφὸς δὲ Ἄγιδος teste Plutarcho l. l. p. 220 D. de quo vide Plutarcham in vita Agidis cap. 3. Is per aetatem potuit audire Stoicum talia παραδοξολογοῦντα,

Digitized by Google

et (ut ex priore Plutarchi loco apparet) solebat si quando Athenas venisset Xenocratem et alios philosophos audire.

Mirifice placet Themistio verbum ἁλίσκομαι ponere eo sensu et ea compositione, quae Veteribus omnibus inaudita est. Ἁλίσκομαι apud Veteres, ut saepius observavimus, passiva forma est verbi αἱρεῖν quum dicitur de eo qui aut *urbem cepit* aut *reum damnavit*. Dicitur εἷλε τὴν πόλιν et ἡ πόλις ἑάλω, et sic εἷλε τὸν φεύγοντα et ὁ φεύγων ἑάλω. Praeterea ἁλίσκομαι ponitur pro λαμβάνομαι de eo qui in furto aut adulterio *deprensus* est, ἑάλω κλέπτων, μοιχεύων ἑάλω et sim. Apud Themistium ἁλίσκομαι ponitur pro ἐρῶ vel ἐπιθυμῶ, et quemadmodum Veteres dicebant ἐρασθῆναί τινος et ἐπιθυμῆσαί τινος, sic illi solemne est dicere ἁλῶναί τινος. Dabo pauca quaedam sed luculenta exempla. Pag. 109 D. Δαρεῖον ἐπειδὴ τῆς χλαμύδος ἁλόντα ἤσθετο, ubi ἁλόντα nil nisi *cupidum* significat, ἐπιθυμοῦντα vel ἐρῶντα. Hoc ipsum ἐρῶντα in aliis libris pro ἁλόντα legitur ex interpretamento. Pag. 44 D. scripsit: νῦν πρῶτον εἰσέρχεται μάρτυς τῆς ἀρετῆς ἐλεύθερος καὶ ἀνύποπτος, ὃν οὐκ ἔστι ψευδομαρτυρίας ἑλεῖν ἀλλ' οὐδὲ γράψασθαι ὡς χρημάτων ἑαλωκὼς ἢ δυνάμεως ἐφιέμενος ἐδωρήσατο ἐπαίνους οὐδὲν προσήκοντας. Non sine indignatione ista describo: summus adulandi artifex ad blandiendum potentioribus natus se unum impudenter iactat incorruptum veritatis testem prodire. In loquendi usu non semel impingit: ψευδομαρτυρίας ἑλεῖν nemo umquam probatus scriptor dixit, sed ψευδομαρτυριῶν et χρημάτων ἑαλωκώς pro χρημάτων ἥττων dictum prorsus ab Atticorum loquendi consuetudine recedit. Quod enim illi dicebant ἥττω εἶναι et ἡττᾶσθαί τινος, imprimis χρημάτων et κέρδους, id ille ἁλίσκεσθαί τινος appellare solet, ἁλῶναι vel ἑαλωκέναι χρημάτων vel δώρων. Pag. 48 C. scribit: ἕτοιμον ἔχει τὴν ἀπόλαυσιν οὗ πρὸ τῶν ἄλλων ἑάλωκε, id est *unusquisque ea re parata fruitur quam prae caeteris appetit*, nihil aliud enim est ἑάλωκε quam ἐπιθυμεῖ. Pag. 76 D. τῆς Φύσεως ἑαλωκότα est ἥττω ὄντα, *indulgentem*. Pag. 83 B. ὁ Κωνσταντῖνος ἑάλω τῆς καλλιπόλεως est ἡράσθη, *captus amore est*. Eodem modo dictum est p. 106 A. δυοῖν εἰσελθόντοιν λόγοιν μᾶλλον ἑάλω τοῦ (τὸν adde) νοῦν οἰκεῖον ἔχοντος

Digitized by Google

ἢ τοῦ τὰ ῥήματα. Discrimen inter Atticum et Themistianum dicendi genus imprimis apparet p. 116 C. λαθεῖν ἔνεσι δώρων ἁλόντα. In Attica dicitur δώρων ἁλῶναι qui iudicum sententiis damnatus est quod contra officium ac fidem *dona accepisset*, id est largitione corruptus esset. Apud Themistium δώρων ἁλῶναι est δώρων ἥττω γενέσθαι et uno verbo δωροδοκῆσαι. Ineptissimum omnium est quod scripsit p. 123 B. ubi princeps dicitur philosophum senem colere οὐχ ὅτι τὸ σῶμα ἔρρωται — ἀλλ' ὅτι πρὸς τὰς Μούσας αὐτὸν ξεναγεῖ καὶ τῶν ἱερῶν τούτων ταμίας ἐςὶ διὰ τοῦτο αὐτοῦ κατάκρας ἐάλωκεν. Quod enim ἐάλωκεν αὐτοῦ dixit de amore quo senem magistrum princeps prosequebatur ferendum est, sed quod addidit Homericum κατάκρας de urbe dictum quae per vim expugnatur, id vero absurdum et intolerabile est. More suo dixit Themistius p. 129 D. οὐδὲ τοῦ κάλλους τῶν ῥημάτων ἐάλωκας ἀλλὰ τοῦ κόσμου τῆς διανοίας, et p. 168 D. τοῦ κάλλους οὗ πρώτου ἐάλων, et p. 252 B. οὐδὲ ἑταιρίδων ἐάλως, et p. 276 D. ὁ δὲ φίλος σοὶ μόνῳ προσέχει τὸν νοῦν καὶ σοῦ μόνου ἥλω. et p. 302 D. εἰ μόνος ὑμῶν ἐάλων ἐγώ, ubi ἐάλων planissime idem est atque ἐρασὴς ἐγενόμην. Contra p. 7 B. ὀργῆς ἁλίσκεσθαι est ἥττᾶσθαι, ἥττω εἶναι, cuius contrarium est κρείττων ὀργῆς et ὀργῆς κρατεῖν, sed pro κρείττων εἶναι Themistius οὐχ ἁλίσκεσθαι usurpat, veluti p. 8 A: ποῖαι δὲ σωμάτων (lege σώματος) ἡδοναὶ ὧν οὐχ ἁλίσκεται σωφροσύνῃ; id est ὧν σωφροσύνῃ κρείττων ἐςί sive κρατεῖ; In his omnibus vides Themistium verbo ἁλίσκεσθαι genitivum addere, sicuti additur verbis ἐρᾶν, ἐπιθυμεῖν, γλίχεσθαι, ὀρέγεσθαι, ἥττᾶσθαι similibusque: nonnumquam tamen ὑπό τινος ἁλίσκεσθαι dixit nullo significationis discrimine, veluti p. 42 C: ὑπάρχει δὲ ἐγκαλλωπίζεσθαι σοὶ μὲν ὑφ' ὁποίας ἐάλωκας, τῇ δὲ ὑφ' ὁποίου σπουδάζεται, et p. 91 C. προδεικνύναι — χρεῶν ἀποκοπὰς, γῆς ἀναδασμοὺς — πικρὰ δελεάσματα τοῖς ὑπὸ τούτων ἁλισκομένοις, et sic alibi saepius. Idem plane apud eum denotat τούτων ἁλισκόμενος et ὑπὸ τούτων, scilicet τούτων ἐρῶν, ἐπιθυμῶν, ἱμείρων, sed utraque haec loquendi forma alienissima est ab antiquo et sano Atticorum loquendi usu.

(*Continuabitur.*)

C. G. Cobet.

Digitized by Google

LECTIONES TULLIANAE.

SCRIPSIT

W. G. PLUYGERS.

(*Continuantur e Mnemosynes Vol.* XI. *pag.* 164.)

CAPUT XIII.

Epistolarum Volumina.

M. Caelii Rufi epistolae.

Quod de Mediceo Epistolarum ad Familiares libro iudicavit Orellius (in praefatione ad epistolas p. XIV) eum ex optimo archetypo ita fideliter descriptum esse, ut scriptorum verba, exceptis locis aliquot inextricabilibus prorsusque desperatis, satis integra ab eo servata esse videantur, id in Caelianis certe epistolis, quae prorsus eadem sunt conditione quam ceterae omnes quae eodem volumine continentur, ita verum esse videtur, ut perpaucis exceptis nulla inter XVII sit, quae sine gravi offensione perlegi possit, aut certa corruptelae suspicione careat. Quod ita persequi, ut epistolarum singularum singuli loci enumerentur quos corruptos esse certis argumentis confirmari possit, et longum est et parum prodesset. Eos tantum proferre praestat, qui cum aliqua probabilitate in pristinam formam restitui posse videantur. Qui si ab uno homine non admodum pauci erunt inventi, inita ratione quam multae corruptelae deprehendantur quidem, sed insanatae dimittantur, quamque multae latitare soleant, dissentiens ab Orellio iudicium temerariae arrogantiae suspicione liberare aequum erit.

Digitized by Google

In una epistola X, quae mediocrem chartam implebat, unum locum tamquam desperatum notavit ipse Orellius, decies novies a Medicei auctoritate discessit, quater de sanitate lectionis, allatis in margine aut suis aut aliorum coniecturis, dubitasse videtur; et tamen ut illum librum eximia quadam reverentia suspiciamus rogamur. Quae superstitio quantopere sanum iudicium corrumpat ex eadem epistola X demonstrari potest. Nam in nullo scriptore ex alio libro prolato tam certae et faciles emendationes reiectae essent, quam § 1 („Ego quidem praecipuum metum quod ad te attinebat habui, qui scirem quam paratus ab exercitu esses, ne quod hic tumultus (Parthorum) dignitati tuae periculum afferret. Nam de vita, si paratior ab exercitu esses" etc.) Lambini „*im*paratus"; et § 2. („Consules — senatum haberi nolunt — *sed* honeste, sive negligentia, sive inertia est, sive ille quem proposui metus, latet sub hac temperantiae existimatione nolle provinciam") Ernestii „*latent*".

Itaque in una epistola, eaque ut dixi non admodum longa, quater et vicies Medicei fides aut relicta aut dubitata est. Praeterea in duobus vel tribus aliis locis levissimam aut nullam esse demonstrare posse mihi videor. Veluti § 2. „De Parthorum transitu nuntii varios sermones excitarunt. Alius enim Pompeium mittendum, alius ab urbe Pompeium non removendum, alius Caesarem cum suo exercitu, alius consules, nemo tamen ex senatus consulto privatos. Consules autem quia verentur, ne illud senatus consultum fiat, ut paludati exeant, et contumeliose praeter eos ad alium res transferatur, omnino senatum haberi nolunt, usque eo, ut parum diligentes in re publica videantur; sed honeste, sive negligentia, sive inertia est, sive ille quem proposui metus, latent sub hac temperantiae existimatione, nolle provinciam". Non potuit Caelius magis incongrue et obscure de variis rumoribus atque de metu consulum narrare; imo quae narrasse dicitur adversa fronte inter se pugnant. „Consules verentur ne *illud* senatus consultum fiat, ut paludati exeant". Quod senatus consultum? Unum memoratur quod a nemine expeti aut probari dicitur, idque non ad consules sed ad privatos cum imperio mittendos pertinet. Quam belle porro iidem vereri dicuntur

Digitized by Google

ne ipsi exeant et ne alius mittatur! quam vere qui *verentur* ne mittantur „*latere* sub temperantiae existimatione nolle provinciam"! Praeterea si „nemo ex senatus consulto privatos" mittendos censebat, ita dissidebant homines, ut alii Pompeium, alii Caesarem, alii consules mittere vellent. Ergo nisi consules, aut Pompeium aut Caesarem. In hac autem optione consulibus non verendum erat ne *contumeliose* praeterirentur. Ea enim rerum gestarum fama erat et Caesar et Pompeius, ut alterutri bellum opinione gravissimum sine cuiusquam contumelia deferri posset. Neque hercule! si ab iis viris superati essent, hoc unum consules pupugisset, esse praeteritos. Caesarem Marcellus aperte oderat et oppugnabat, Sulpicius tecte Pompeium. Num in tali causa hoc unum Caelius, rerum et hominum peritissimus, vereri consules poterat credere, ne „ad *alium* res transferatur"?

Haec omnia expediuntur, si datur unum versum „ut paludati exeant non" in antiquissimo libro inter „consules" et „nemo" omissum et in margine suppletum, postea ab librario recentioris libri, sive is liber Medicei archetypus fuit sive liber ipso archetypo antiquior, alieno loco post pauculas correctiones, quae necessariae videbantur, illatum esse verumque ordinem versuum ita esse restituendum: „De Parthorum transitu nuntii varios sermones excitarunt. Alius enim Pompeium mittendum, alius ab urbe Pompeium non removendum, alius Caesarem cum suo exercitu, alius consules *ut paludati exeant, non*nemo tamen *ut* ex senatus consulto privatus." Nam privatos plures ad unum bellum administrandum exire sine exemplo fuisset. [1]) Sequitur: „Consules autem quia ve-

---

[1]) Versuum ordo iam in archetypo Medicei turbatus erat. Si enim in eo versus omissus et in margine suppletus fuisset, et Medicei librarius ita in errorem inductus ordinem perturbasset, is sine dubio reliquisset: „nemo tamen *ut* ex senatus consulto privatus" et „ne illud senatus consultum fiat | ut paludati exeant *non* | et contumeliose". Nam homo, qui Mediceum scripsit, quae scribebat non intelligebat. Ergo nihil correxit.

Ceterum facilior emendandi ratio haec videri possit: „alius consules, *non*nemo tamen ex senatus consulto privatos. Consules autem quia verentur, ne illud senatus consultum fiat, ut *privati* paludati exeant, et — ad alium res transferatur" etc. Ita „ex SCto privatos" negligenter positum esset pro „privatum quempiam",

Digitized by Google

rentur, ne illud senatus consultum fiat, et contumeliose praeter eos ad alium res transferatur, omnino senatum haberi nolunt". etc. In quibus librarius iterum impegit. Mitto quod accurata latinitas *praeter se* requirere videatur. Sed hic usus praepositionis *praeter* certis quibusdam et angustissimis finibus continetur, extra quos *praeter eos* positum est. Quo pertinet Verr. III. § 62. „Statuitur — eques Romanus (Lollius) annos prope XC natus in Apronii convivio. — Apronius interea coenam ac pocula poscebat; servi autem eius — praeter oculos Lollii omnia ferebant. Ridere convivae: cachinnare ipse Apronius —. Ne multa, iudices! his contumeliis scitote Q. Lollium coactum ad Apronii leges conditionesque venire". Alia exempla huic affinia ex probae latinitatis scriptoribus Handius (Turs. IV. p. 539) duo attulit: nam videntur esse rariora: alterum ex Poenuli prologo v. 19. „Neu dissignator praeter os obambulet," alterum Stichi III. 2. v. 8. „mustella murem ut abstulit praeter pedes." etc. Unus de Apronii convivis, si Lollii contumeliam familiariter narraret, diceret: „coena apponebatur stante Lollio: omnia servi praeter os ferebant". Atque id ipsum Caelius scripsisse videtur: „ne — contumeliose praeter *os* ad alium res transferatur". Nos, et gentes qui affini sermone utuntur: praeter nasum.

Ceterum non sine causa qui privatum mittendum censebant, eum „ex senatus consulto" exire volebant; quae verba Orellium offendisse videntur; nam coniecit: „ex senatu privatos". Verum privatum cum fascibus populus etiam mittere poterat. Sed si omne extraordinarium imperium populare et ventosum erat, ut loquitur Cicero Phil. XI. § 17, et optimatibus minime acceptum, certe a senatu datum minus displicebat, quam per tribunum turbulentum perlatum. Privatum autem ex senatus consulto bellum administrare non

---

quod fortasse ferri posset. Sed post „privati paludati" sine dubio requiritur „ad *alios* res transferatur". Atque aliis scopulis adhaerebimus, si sic corrigamus: „*non*nemo — privatos. Consules autem quia verentur, ne *aut* senatus consultum fiat, ut paludati exeant, *aut* — res ad alium transferatur". Nam qui verentur ne mittantur, ii non simulant se nolle provinciam („latent sub hac temperantiae existimatione nolle provinciam"), sed simpliciter nolunt.

Digitized by Google

erat sine exemplo. Bellum Sertorianum senatus Pompeio privato dedit; postea eodem exemplo privato Octaviano legiones et imperium cum praetoria dignitate attribuit.

Sed ad alium locum eiusdem epistolae pergendum est. § 5. „Quod ad tuum decessum attinet, illud non tibi possum polliceri me curaturum, ut tibi succedatur; illud certe praestabo, ne amplius prorogetur. Tui consilii est, velisne perseverare; mei officii est meminisse, qua obtestatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris". Inepta tautologia inest in „prorogare amplius", nisi id significandum erat, imperium, iam ante prorogatum, novo SCto iterum prorogari. Legendum est „ne *tempus* prorogetur". Cf. ad Fam. XV. 13. § 3. „In primis tibi curae sit ne mihi tempus prorogetur."

Tum Cicero mandata sua Caelio non „decedens" dederat, sed „*dis*cedens", i. e. cum novissime una fuerant. Ep. 6. § 2. „Quid mihi discedens mandaris memini". Ep. 3. § 1. „Estne? vici? et tibi saepe, quod negaras discedens curaturum tibi, litteras mitto". Ep. 1. § 1. „Quod tibi decedens pollicitus sum me omnes res urbanas diligentissime tibi perscripturum etc.", Ernestius: „decedenti"; perperam, I. Fr. Gronovius: „discedens", recte. Quamquam parum refert *discedens*ne scribatur an *discedenti*, modo ne in praepositione turbetur.

Ad § 2. redeo: „A te litterae non venerunt, et nisi Deiotari subsecutae essent, in eam opinionem Cassius veniebat, quae diripuisset ipse ut viderentur ab hoste vastata, finxisse bellum et Arabas in provinciam immisisse eosque Parthos esse senatui renuntiasse. Quare tibi suadeo, quicunque est istic status rerum, diligenter et caute perscribas, ne aut velificatus alicui dicaris, aut aliquid, quod referret scire, reticuisse". Si Caelius Ciceronem admonet ut iniquos sermones hominum evitet, „ne — dicaris" bene se habet; sin vero ut consulat existimationi suae caveatque senatus alienum iudicium suadet, praestat „ne aut velificatus alicui *videaris*". Dubitari autem non potest, quin literas publicas ad senatum mittendas Caelius cogitaverit; nam senatus solus queri posset non esse nuntiatum quod scire referret. Sed haec fortasse subtiliora sunt, quam ut propterea Medicei „dicaris" vetere pos-

Digitized by Google

sessionis iure moveatur. Quamquam hoc loco propter litteras proximas *ui dicaris* et *videaris* pari fere auctoritate sunt. Nam nullum genus vitiorum in Mediceo frequentius est, quam omissae propter similitudinem proximarum litterarum syllabae. Ep. 9. § 2. „In Kal. reiecta est"; Orellius: „*res* reiecta est". Ep. 6. § 1. „simultas"; idem „*si* simultas"; ibidem § 2: significatio; idem „*si* significatio". In eiusdem epistolae § 1 eadem ratione iterum utendum erat: „quam velis eum (Appium) obligare in tua manu est; cum quo *si* simultas tibi non fuisset, liberius tibi de tota re esset. Nunc si ad illam summam veritatem legitimum ius exegeris, cavendum tibi erit, ne parum simpliciter et candide *de*posuisse inimicitias videaris." Mediceus: „candide posuisse". Porro videndum erit quid sit: liberum, aut libere, mihi est de aliqua re. Fortasse legendum est: „liberius tibi de tota re esset *iudicium.* Nunc" etc.

Ceteras Caelianas epistolas ordine percurrere iuvat quaeque ad eas emendandas conducere videantur proferre.

Ep. 1. § 2. Paraverat Caelius qui res urbanas Ciceroni pretio perscriberet. Quod cum pigritiae culpam habere videri possit, fortasse etiam arrogantiae, haec addit: „Si quid in republica maius actum erit, quod isti operarii minus commode persequi possunt, et quemadmodum actum sit, et quae existimatio secuta quaeque de eo spes sit, diligenter tibi perscribemus." In hac oppositione operariorum et ipsius, pronomem abesse non potest. Legendum est: „diligenter tibi *ipsi* perscribemus."

Sequitur: „Marcellus — adhuc nihil rettulit de successione provinciarum Galliarum et in Kalendas Iunias — eam distulit relationem". Vidit Ernestius in „provinciarum Galliarum" alterum superesse, seclusitque „provinciarum". Veri similius est aliquem recentem a ceterarum epistolarum lectione specialem indicationem „Galliarum" addidisse, quam generalem „provinciarum". Et quamquam haec relatio in primis adversus Caesarem comparata erat Galliarumque petebat successionem, vero nomine erat relatio de successione provinciarum, sive de provinciis consularibus. Equidem „Galliarum" circumscripserim.

Digitized by Google

Ep. 3. § 1. „Maxime — ut te dies noctesque quaeram competitor Hirrus curat. Quomodo illum putas auguratus tuum competitorem dolere et dissimulare, me certiorem quam se candidatum? De quo, ut quem optas quam primum nuntium accipias, tua mediusfidius magis, quam mea causa cupio. Nam mea, si fio, forsitan cum locupletiore referam". Familiares blanditiae suaviter propositae in hanc sententiam: qui tecum viro magno atque illustri petere ausus est, quomodo dolere eum putas a me pusillo homine vinci. Eadem amica adulatio recurrit Ep. 9, post repulsam Hirri scripta, § 1. „sic tu, inquis, Hirrum tractasti? Immo, si scias, quam facile, quam ne contentionis quidem minimae fuerit, pudeat te ausum illum unquam esse incedere tamquam tuum competitorem". Hanc autem sententiam, quae tota vertitur circa „*tuum* competitorem", auguratus mentio onerat et deprimit. Quidquid petivit, Hirrum cum Cicerone petentem sibi ridiculum videri, Caelius amico significare voluit. Neque certe ad Ciceronem eum scribere attinebat, quid ille et Hirrus una petiissent. „Auguratus" delendum est.

In fine huius loci Ernestius „feram" pro „referam"; sed quamquam de candidatis „ferre repulsam", et „ferre plurimas tribus, centurias" notissimum est, ferre per se positum ratione carere videtur. Legerim „si fio, forsitan cum locupletiore *fiam*". *Re* ante *fiam* bis scriptum facili errore librarium ad *referam* ducebat.

Ep. 4. § 2. „Illud te non arbitror miratum, Servium, designatum tribunum plebi, condemnatum, cuius locum C. Curio petiit". Orellius „*in* cuius locum". Vulnus non eo loco sed in verbo *petiit* insidere videtur. Haec enim iam facto in Servii locum Curione scripta esse ut credamus, reliqua epistola iubet. Quis vero de designato dicat: Curio petiit? quasi non petisse potuerit et non designari. Verum non habeo quod probabiliter reponi possit.

Ep. 5. § 1. „Qua tu cura sis, quod ad pacem provinciae tuae finitimarumque regionum attinet, nescio; ego quidem

Digitized by Google

sessionis iure moveatur. Quamquam hoc loco propter litteras proximas *ui dicaris* et *videaris* pari fere auctoritate sunt. Nam nullum genus vitiorum in Mediceo frequentius est, quam omissae propter similitudinem proximarum litterarum syllabae. Ep. 9. § 2. „In Kal. reiecta est"; Orellius: „*res* reiecta est". Ep. 6. § 1. „simultas"; idem „*si* simultas"; ibidem § 2: significatio; idem „*si* significatio". In eiusdem epistolae § 1 eadem ratione iterum utendum erat: „quam velis eum (Appium) obligare in tua manu est; cum quo *si* simultas tibi non fuisset, liberius tibi de tota re esset. Nunc si ad illam summam veritatem legitimum ius exegeris, cavendum tibi erit, ne parum simpliciter et candide *de*posuisse inimicitias videaris." Mediceus: „candide posuisse". Porro videndum erit quid sit: liberum, aut libere, mihi est de aliqua re. Fortasse legendum est: „liberius tibi de tota re esset *iudicium*. Nunc" etc.

Ceteras Caelianas epistolas ordine percurrere iuvat quaeque ad eas emendandas conducere videantur proferre.

Ep. 1. § 2. Paraverat Caelius qui res urbanas Ciceroni pretio perscriberet. Quod cum pigritiae culpam habere videri possit, fortasse etiam arrogantiae, haec addit: „Si quid in republica maius actum erit, quod isti operarii minus commode persequi possunt, et quemadmodum actum sit, et quae existimatio secuta quaeque de eo spes sit, diligenter tibi perscribemus." In hac oppositione operariorum et ipsius, pronomem abesse non potest. Legendum est: „diligenter tibi *ipsi* perscribemus."

Sequitur: „Marcellus — adhuc nihil rettulit de successione provinciarum Galliarum et in Kalendas Iunias — eam distulit relationem". Vidit Ernestius in „provinciarum Galliarum" alterum superesse, seclusitque „provinciarum". Veri similius est aliquem recentem a ceterarum epistolarum lectione specialem indicationem „Galliarum" addidisse, quam generalem „provinciarum". Et quamquam haec relatio in primis adversus Caesarem comparata erat Galliarumque petebat successionem, vero nomine erat relatio de successione provinciarum, sive de provinciis consularibus. Equidem „Galliarum" circumscripserim.

Digitized by Google

Ep. 3. § 1. „Maxime — ut te dies noctesque quaeram competitor Hirrus curat. Quomodo illum putas auguratus tuum competitorem dolere et dissimulare, me certiorem quam se candidatum? De quo, ut quem optas quam primum nuntium accipias, tua mediusfidius magis, quam mea causa cupio. Nam mea, si fio, forsitan cum locupletiore referam". Familiares blanditiae suaviter propositae in hanc sententiam: qui tecum viro magno atque illustri petere ausus est, quomodo dolere eum putas a me pusillo homine vinci. Eadem amica adulatio recurrit Ep. 9, post repulsam Hirri scripta, § 1. „sic tu, inquis, Hirrum tractasti? Immo, si scias, quam facile, quam ne contentionis quidem minimae fuerit, pudeat te ausum illum unquam esse incedere tamquam tuum competitorem". Hanc autem sententiam, quae tota vertitur circa „*tuum* competitorem", auguratus mentio onerat et deprimit. Quidquid petivit, Hirrum cum Cicerone petentem sibi ridiculum videri, Caelius amico significare voluit. Neque certe ad Ciceronem eum scribere attinebat, quid ille et Hirrus una petiissent. „Auguratus" delendum est.

In fine huius loci Ernestius „feram" pro „referam"; sed quamquam de candidatis „ferre repulsam", et „ferre plurimas tribus, centurias" notissimum est, ferre per se positum ratione carere videtur. Legerim „si fio, forsitan cum locupletiore *fiam*". *Re* ante *fiam* bis scriptum facili errore librarium ad *referam* ducebat.

Ep. 4. § 2. „Illud te non arbitror miratum, Servium, designatum tribunum plebi, condemnatum, cuius locum C. Curio petiit". Orellius „*in* cuius locum". Vulnus non eo loco sed in verbo *petiit* insidere videtur. Haec enim iam facto in Servii locum Curione scripta esse ut credamus, reliqua epistola iubet. Quis vero de designato dicat: Curio petiit? quasi non petisse potuerit et non designari. Verum non habeo quod probabiliter reponi possit.

Ep. 5. § 1. „Qua tu cura sis, quod ad pacem provinciae tuae finitimarumque regionum attinet, nescio; ego quidem

Digitized by Google

vehementer animi pendeo. Nam si hoc more moderari possemus, ut pro viribus copiarum tuarum belli quoque exsisteret magnitudo et quantum gloriae triumphoque opus esset assequeremur, periculosam et gravem illam dimicationem evitaremus, nihil tam esset optandum. Nunc si Parthus movet aliquid, scio non mediocrem fore contentionem". Praeclare Bengelius „si hoc *modo rem* moderari possemus". Sed alia corrigenda reliquit. Nam in „quantum gloriae triumphoque opus esset assequeremur" quantitatem rei quam Caelius Ciceronem assequi volebat videmus, rem ipsam non videmus. Scribendum est: „quantum gloriae *ad* triumph*um* opus esset assequeremur".

Ep. 6. § 4. „Dici non potest, quomodo hic omnia iaceant. Nisi ego cum tabernariis et aquariis pugnarem, veternus civitatem occupasset. Si Parthi vos nihil calfaciunt nos hic frigore frigescimus. Tamen quoquo modo hic omnia iaceant, potuit sine Parthis". Gulielmus: „frigore rigescimus"; Cobetus: „frigore obrigescimus," quod praestat. Sed mirum accidit Caelium abiecta hac caloris et frigoris similitudine in sequentibus ad iacendi imaginem redire. Exspectaveris: „Tamen quoquo modo hic frigemus, potuit sine Parthis". Hoc sensu sed sine verbo scripsisse eum suspicor: „Tamen quoquo modo, potuit sine Parthis", i. e. Parthis carere poteramus. „Hic omnia iaceant" ex superioribus repetita sunt; parum latine: nam requiritur indicativus.

Ep. 7. § 1. „Quam cito tu istinc decedere cupias, nescio; ego quidem eo magis, quo adhuc felicius res gessisti." „Quam cito" in protasi requirit in apodosi „eo citius"; „eo magis" in apodosi poscit in protasi „quam", i. e. quantopere. Itaque eo hoc loco decurrendum est, ut „quam" cum verbo „cupias", „cito" cum verbo „decedere" iungamus. Sed ita scribendum fuit „quam tu cito istinc decedere cupias". *Cito* delendum videtur.

Ep. 8. § 4. „Quod ad rem publicam pertinet, omnino multis diebus exspectatione Galliarum actum nihil est. Ali-

Digitized by Google

quando tamen, saepe re dilata et graviter acta et plane perspecta Cn. Pompeii voluntate in eam partem, ut eum decedere post Kalendas Martias placeret, senatus consultum, quod tibi misi, factum est auctoritatesque perscriptae". Locus lacunosus, ut videtur. Nam quae esset ea Pompeii voluntas, quae perspecta fuisse dicitur, non satis intelligitur. Etenim ne sequentia „in eam partem, ut eum decedere post Kalendas Martias placeret" ad voluntatem Pompeii trahantur, vetat quae leguntur § 9. „Illa praeterea Cn. Pompeii sunt animadversa, quae maxime confidentiam attulerunt hominibus, ut diceret se ante Kal. Mart. non posse sine iniuria de provinciis Caesaris statuere post Kal. Mart. se non dubitaturum". Hic igitur Pompeii de decessione post Kal. Mart. sententia ita proponitur, ut eam in superioribus Caelium non attigisse statuere liceat. Etiam pronomen in „*eum* decedere" satis certo demonstrat Caesaris mentionem in superioribus interiectam fuisse, quae tamen nusquam apparet. Praeterea in singulis quibusdam a librario erratum esse manifestum est. Quid enim minus congruit quam eandem rem et saepe dilatam esse et graviter actam. Scribendum videtur: „Aliquando tamen saepe re dilata et *ignaviter* acta, plane perspecta Cn. Pompeii voluntate...., in eam partem — senatus consultum — factum est". etc. Quam ignaviter consules et senatum in hac re agere iudicaret Caelius, videri potest Ep. 5. § 3. „Marcellus idem illud de provinciis urget neque adhuc frequentem senatum efficere potuit". (Orellius, quia Mediceus „senatis efficere" praebet, nimis religiose „senatum is efficere"). Ep. 9. § 2. „De provinciis — tibi scripseram Idibus Sextil. actum iri —; In Kalendas res reiecta est; ne frequentiam quidem efficere potuerant; has literas a. d. IV Non. Septembr. dedi, cum ad eam diem ne profligatum quidem quidquam erat". Orellium *res* restituisse supra dictum est; fortasse etiam nomen mensis Septembris excidit; tum Ernestius recte „potuerunt". Itaque res saepe dilata, Kalendis Septembribus agi proposita sed infrequentia senatus iterum interpellata, per totum mensem tracta est. Nam senatus consultum de provinciis pridie Kalendas Octobres factum est. Hanc ignaviam

Digitized by Google

Caelius reprehendit. Idem de torpore consulum Ep. 10. 3. „Nosti Marcellum quam tardus et parum efficax sit, itemque Servius quam cunctator."

§ 10. „Me tractat liberaliter Curio (qui viginti pantheras dederat) et mihi suo munere negotium imposuit. Nam si mihi non dedisset eas quae ad ludos ei advectae erant Africanae, potuit supersedere. Nunc quoniam dare necesse est" etc. Lege: „*sed* mihi suo munere" et „*potui* supersedere".

Ep. 9. § 1. Hirrus „hac repulsa se mutavit. — Qui numquam in foro apparuerit, non multum in iudiciis versatus sit, agit causas liberales, sed raro post meridiem." Si in iure libertas alicuius oppugnatur agitur causa liberalis; quae causae neque tam frequentes fuisse videntur, ut eas solas quis quotidie agere posset, neque peculiarem quamdam difficultatem habuisse, ut ad eas hominem non multum in iudiciis versatum accedere magis ridiculum esset, quam ad alias quascunque causas. Sententia requirit genus iudiciorum certum ac definitum, in quibus eae res agerentur, quas nemo suscipere debebat, nisi qui diu multumque in causis versatus magnum sibi comparasset usum fori iurisque peritiam. Cuius generis sunt causae centumvirales, quae earum rerum controversias comprehendebant, quas agere nemo sine subtili iuris scientia poterat [1]). Cum nostro loco notissima verba

---

[1]) Tacitus, vel quisquis Dialogum de oratoribus scripsit, cap. 38. demonstrans formam et consuetudinem veterum iudiciorum aptiorem fuisse ad eloquentiam exercendam, quia omnia in foro agerentur et apud praetores „apud quos quanto maiora negotia olim exerceri solita sint quod maius argumentum est, quam quod causae centumvirales, quae nunc primum optinent locum, adeo splendore aliorum iudiciorum obruebantur, ut neque Ciceronis neque Caesaris neque Bruti neque Calvi, non denique ullius magni oratoris liber apud centumviros dictus legatur", is igitur si hoc voluit, causas centumvirales maiorem iuris prudentiam quam dicendi facultatem requisivisse ideoque libera republica in iis mediocrem operam posuisse, aut certe orationes apud centumviros habitas non edidisse, qui ambitionis causa eloquentiae laudem sibi comparare studerent, fortasse recte iudicavit; sin vero in ea opinione versabatur minora fuisse negotia et humiliores causas quae ad centumviros pertinebant, quam ut eas viri in civitate principes suscipere vellent, egregie fallitur. Vide Cic. pro A. Caecina § 53. „Ornate et copiose L. Crassus, homo longe eloquentissimus, paulo ante

Digitized by Google

Ciceronis in libro I de Oratore conferre operae pretium est: § 173. „nam volitare in foro, haerere in iure ac praetorum tribunalibus, iudicia privata magnarum rerum obire, in quibus saepe non de facto sed de aequitate ac iure certetur, iactare se in causis centumviralibus, in quibus usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum — ceterarumque rerum innumerabilium iura versentur, cum omnino quid suum quid alienum, quare demum civis aut peregrinus servus aut liber quispiam sit, ignoret, insignis est impudentiae". etc. Equidem apud Caelium legerim „qui numquam in foro apparuerit, non multum in iudiciis versatus sit, agit causas *Cvirales*". Lectio vulgaris ex male intellecto signo numerali *C* et confusis litteris *b* et *v* orta est.

§ 2. „De provinciis — in Kalendas res reiecta est —. Ut video, causa haec integra in proximum annum transferetur, et quantum divino, relinquendum tibi erit qui provinciam obtineat. Nam non expeditur successio, quoniam Galliae, quae habent intercessorem, in eandem condicionem quam ceterae provinciae vocantur." Ergo in Galliis non succedetur, quia in ceteris provinciis non succedetur. Cum his eiusdem Caelii componenda epistola est numero quinta § 2: „Successionem futuram propter Galliarum controversiam non video. — Nosti enim haec tralaticia: de Galliis constituetur; erit qui intercedat; deinde alius exsistet, qui, nisi libere liceat de omnibus provinciis decernere senatui, reliquas impediat." Ergo in ceteris provinciis non succedetur, quia in Galliis non succedetur. Utrum verum est hoc an illud? Dubitari non potest quin Galliarum controversia ceteras provincias impediverit. Itaque Caelius in quinta epistola totam causam recte exposuit, in nonaque in eandem eum sententiam scripsisse pro certo habendum est. Atque ita scripsisse

---

quam nos in forum venimus, iudicio centumvirali hanc sententiam defendit et facile, cum contra eum prudentissimus homo Q. Mucius diceret, probavit omnibus" etc. Ex quo loco efficere licet oratoriae quoque laudi in illis causis locum fuisse. Cf. Cic. de Oratore I. § 180.

Digitized by Google

restituto versuum ordine apparebit: „Nam non expedietur successio, quoniam Galliae, quae habent intercessorem, | *et* ceterae provinciae | in eandem condicionem | vocantur." Scripsi „expedietur" nam de successione nondum acta erat neque hoc tempore agebatur. In versibus quorum ordinem permutavi *quam* omisi, *et* interposui. Scilicet vera lectio sed ordine turbato haec erat: „quoniam Galliae, quae habent intercessorem, | in eandem condicionem | *et* ceterae provinciae | vocantur." Non potuerunt ista correctorem non advertere, qui *et* in *quam* mutavit, aut si latini sermonis peritiam habebat, in *in quam*.

§ 3 in fine legitur „*isto* missurum", post duos versus „*istuc* venit." Alio loco Caelianarum epistolarum (ep. 15 § 2) iterum *isto*, ceteris „*istuc*". Non solent homines in tam minutis voculis variare. Mediceus Ep. 4. § 1, Ep. 8 § 10, Ep. 9. § 4. *istoc*, quae archetypi constans scriptura esse videtur. Hinc in Mediceum *isto* et *istuc* defluxerunt.

Ep. 11. § 3. „Quod ad rem publicam attinet, in unam causam omnis contentio coniecta est, de provinciis; in quam adhuc incubuisse cum senatu Pompeius videtur, ut Caesar Id. Novembr. decedat. Curio omnia potius subire constituit, quam id pati. — Nostri porro — ad extremum certamen rem deducere non audent. — Hoc tibi dico: si omnibus rebus prement Curionem, Caesar defendetur; intercessorem si, quod videntur, reformidabunt, Caesar quoad volet manebit". Id est: si Curionem Caesarem defendentem omni contentione aggredientur, („si omnibus rebus prement Curionem") Caesar defendetur; quod quorsum spectet nemo facile dicat. „Caesar defendetur" vitiosum est. Ex altera hypothesi: si Curionem non prement, sive ut in epistola est: „intercessorem si reformidabunt," efficitur, Caesarem mansurum esse; itaque ex contraria hypothesi: „si prement Curionem", contrarium efficiatur necesse est, Caesarem non mansurum. Fortasse legendum est: Caesar *decedet*. Quod quam vere Caelius ita Caesarem facturum esse provideret non constat; hanc certe opinionem eum habuisse demonstrat Ep. 8. § 9: „itaque iam ut video, alteram utram ad condicionem descendere

Digitized by Google

vult Caesar, ut aut maneat neque hoc anno *sui* ratio habeatur, aut, si designari poterit decedat. Mediceus vitiose: „sua ratio".

Ep. 12. § 3. Gravissimae simultates inter Appium Claudium et Caelium intercesserant. Appius „non destitit arcessere Polam Servium accusatorem, inire cum Domitio consilia. Quibus cum parum procederet, ut ulla lege mihi ponerent accusatorem, compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant: insolentissimi homines summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scantinia curant". Si parum procederet ulla lege Caelium aggredi, Scantiniam legem admovere aeque inutile erat. Legendum est „ut *alia* lege." Tum inimicitiarum causa malitiose parare accusatorem latine dicitur *apponere* accusatorem; quod hic reponendum est: „ut *alia* lege mihi *ap*ponerent accusatorem". Vide Verr. I. § 74. de iudicio proconsulari contra Philodamum exercito: „Accusator apponitur civis Romanus, de creditoribus Lampsacenorum, qui si dixisset quod iste iussisset, per eiusdem istius lictores a populo pecuniam posset exigere."

Ep. 13. § 1. „Gratulor tibi affinitate viri mediusfidius optimi, nam hoc ego de illo existimo. Cetera porro, quibus adhuc ille sibi parum utilis fuit, et aetate iam sunt decussa, et consuetudine atque auctoritate tua, pudore Tulliae, si qua restabunt, confido celeriter sublatum iri. Non est enim pugnax in vitiis neque hebes ad id quod melius sit intelligendum". Iterum ad Att. V. Ep. 20 § 1, in Mediceo „gratulatus — illius diei celebritate" quod ex aliis libris correxit Orellius: „celebritate*m*". Alia exempla exstare non videntur. Quare igitur hic ablativus relictus est? praesertim cum tam frequenter *m* finalis in Mediceo omissa sit. Legendum „Gratulor tibi affinitate*m*". Praeterea pugnacem in vitiis hominem non intelligo. Pugnax est qui studio pugnandi abripitur, sive se ipse defendit sive alterum petit. Itaque recte dicitur pugnaciter defendere aliquid i. e. nimis acriter et cupide, ut potius nolle vinci videare, quam controversiam disputando ad exitu- perducere. Sed quid haec ad vitia, quibus quis implic

Digitized by Google

teneatur, quaeque propter animi perversitatem deponere nolit. Vera lectio videtur: „Non est enim *ptinax* in vitiis" i. e. *pertinax*.

§ 2. Frequens senatus illuc transierat ut ratio esset Caesaris habenda etiam si exercitum et provincias non traderet. „Quemadmodum hoc Pompeius laturus sit cum cognoscat, quidnam rei publicae futurum sit, si.... aut non curet, vos senes divites videritis". Lacuna ita probabiliter expleri posse videtur: „si aut *non ferat, aut* non curet".

Ep. 14. § 2. „De summa re publica saepe tibi scripsi me annum pacem non videre, et quo propius ea contentio, quam fieri necesse est, accedit, eo clarius id periculum apparet. Propositum hoc est, de quo, qui rerum potiuntur, sunt dimicaturi, quod Cn. Pompeius constituit non pati C. Caesarem consulem aliter fieri, nisi exercitum et provincias tradiderit; Caesari autem persuasum est se salvum esse non posse si ab exercitu recesserit. Fert illam tamen condicionem, ut ambo exercitus tradant. Sic illi amores et invidiosa coniunctio non ad occultam recidit obtrectationem, sed ad bellum se erupit. Neque mearum rerum quid consilii capiam, reperio: quod non dubito quin te quoque haec deliberatio sit perturbatura. Nam mihi cum hominibus his et gratia et necessitudo est; cum causam illam, non homines odi". Recte Ernestius: „erumpit"; tum videndum erit annon sine pronomine dicendum sit „ad bellum erumpit". Sed ultima verba longioris loci quem adscripsi accuratius introspicienda sunt.

Caelium hoc tempore in republica cum optimatibus sensisse constat. Quam fortiter et constanter lepidum est videre in § 3 huius epistolae: „Illud te non arbitror fugere, quin homines in dissensione domestica debeant, quamdiu civiliter sine armis certetur, honestiorem sequi partem; ubi ab bellum et castra ventum sit, firmiorem, et id melius statuere quod tutius sit". Sed tamen, cum hanc epistolam scribebat, stabat cum senatu et optimatibus. Eos „nostros" appellat (Ep. 11. § 3); qui ab iis discedat, „transfugere ad populum" dicit (Ep. 6. § 5). Ergo „causam illam" quam se odisse scribit, popularem esse et Caesaris non statuere non possumus. Quam-

Digitized by Google

quam grammatica ratio eo ducere videtur, ut „*illam* causam" ad Pompeium referamus, qui supra priore loco positus est, „cum hominibus *his*" ad Caesarem et qui eius consiliis favebant. Sed ut vidimus Caelius hoc tempore Pompeianus est; causa honestior Pompeii est, causa quam odit Caesaris. Valeant igitur grammatica et verborum minutiae, rem factam firmiter teneamus.

Iam de hominibus videamus. „Causam illam, non homines odi", i. e. Caesarianos non odi; „mihi cum hominibus his et gratia et necessitudo est", i. e. Pompeianis gratiosus sum mutuisque officiis cum iis coniunctus. Quid? cum Pompeianis Caelio gratia et necessitudo est? Qui ipsum Pompeium neque fidem neque ingenium habere videbat (Ep. 1. 3): at potuit iudicium dissimulare et ita in gratiam obrepsisse: verum qui eiectionem e senatu, quam sibi parabat censor Appius, „munusculum Cn. Pompeio delatum" (Ep. 12. 1) iudicabat; qui viris cum Pompeio in factione primariis acerrimisque optimatium propugnatoribus Appio Claudio Lucioque Domitio maximo se odio esse sciebat, quorum illum hoc ipso tempore reum fecerat lege Scantinia eadem accusatione ab ipso lacessitus [1]), hunc in auguratus petitione deiece-

[1]) Tota epistola 12ª de Appii inimicitiis scripta est. „Pudet me tibi confiteri et queri de Appii, hominis ingratissimi, iniuriis, qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia coepit, et cum homo avarus, ut ea solveret sibi imperare non posset, occultum bellum mihi indixit, ita occultum tamen, ut multi mihi renuntiarent et ipse facile animadverterem male eum de me cogitare. Posteaquam vero comperi eum collegium tentasse, deinde cum quibusdam locutum; cum L. Domitio, ut nunc est mihi inimicissimo homine deliberare; velle hoc munusculum deferre Cn. Pompeio: ipsum ut prenderem et ab eo deprecarer iniuriam, quem vitam mihi debere putarem, impetrare a me non potui. Quid ergo est? † tamen quasi aliquod amicis, qui testes erant meorum in illum meritorum locutus sum; posteaquam illum ne cui satisfaceret quidem me dignum habere sensi, malui collegae eius (Pisoni socero Caesaris) homini alienissimo mihi et propter amicitiam tuam non aequissimo, me obligare, quam illius simiae vultum videre. Id postquam resciit, excanduit —. Postea non destitit arcessere Polam Servium accusatorem, inire cum Domitio consilia. Quibus cum parum procederet ut alia lege mihi apponerent accusatorem — summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scantinia curant. Vix hoc erat Pola elocutus, cum ego Appium censorem eadem lege postulavi" etc. Atque cum hoc eodem Appio gratiam sibi esse et necessitudinem Caelius scribit.

Digitized by Google

rat [1]) (Ep. 14. 1.): is in eadem epistola in qua scribit „mihi est Domitius inimicissimus, ut ne familiarem quidem suum quemquam tam oderit quam me" (§ 1) et in qua mentionem facit iudicii quod in Appium constituisset (§ 4), is igitur in ea epistola sibi cum his hominibus gratiam et amicitiam esse confirmet! At quam lente contra et remisse de Caesarianis idem: „homines se non odisse"; inter quos carissimos amicos habebat et quibuscum hoc ipso tempore necessitudo maxima et gratia erat. Nam Antonius modo eius operam in petitione contra Domitium expertus erat; Piso alter censor, quamquam alienissimus et propter amicitiam Ciceronis iniquissimus, eum paullo ante contra collegam defenderat (Ep. 12. 2); Messala amicus (Ep. 2. 1), Curio coniunctissimus, amori Dolabella (Ep. 13. 1). Et tamen nihil invenit quod de tanta gratia et necessitudine diceret, praeter: „non odi homines"!

Sed his ne diutius immoremur. Caelium anno post ad Caesarem transisse constat. Causam de qua optimates deseruerit ex ipso audiamus in Ep. 17. § 1. „Ergo me potius in Hispania fuisse tum quam Formiis, cum tu profectus es ad Pompeium! Quod utinam aut *non* Appius Claudius in ista parte *aut non in hac* C. Curio, cuius amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit; nam mihi sentio bonam mentem iracundia et amore ablatam". [2]) Ecquid potuit planius loqui? causam deteriorem, causam quam improbaret, amore, i. e. quia „ei cum hominibus gratia et necessitudo erat", secutum esse queritur, honestiorem causam, causam quam probaret, iracundia, i. e. quia „homines oderat", deseruisse.

Ecce grammatica in gratiam reducitur egregieque cum rebus conspirare apparet! Iam nihil potest esse certius quam hoc:

---

[1]) De repulsa Domitii vide Ep. 14 init. „Tanti non fuit Arsacen capere, Seleuciam expugnare, ut earum rerum, quae hic gesta sunt, spectaculo careres. Numquam tibi oculi doluissent, si in repulsa Domitii vultum vidisses. — Itaque mihi est Domitius inimicissimus, ut ne familiarem quidem suum quemquam tam oderit quam me, atque eo magis, quod per iniuriam sibi putat ereptum, cuius ego auctor fuerim" etc.

[2]) Locum scripsi ut est in Victoriana posteriori. Lectionem non praesto, sed dubitari non potest, quin sententiam scriptoris exprimat. *Non* et *aut non in hac* in Mediceo non leguntur.

Digitized by Google

verba „mihi cum hominibus his gratia et necessitudo est" ad Caesarianos pertinere, „causam illam" senatus et Pompeii causam esse. Simul de corrupta lectione constat, nam quos homines Caelius non odisse dicere videtur, eos contra pessime oderat. Scripsit „cum causam ILLAMAMO, homines odi." Prima corruptio fuit, ut omissis paribus litteris ILLAMO scriberetur. Haec ita in aliam scripturam translata sunt: *illam ó* i. e. *illam non*. Vera igitur lectio est: „neque mearum rerum quid consilii capiam reperio. — Nam mihi cum hominibus his et gratia et necessitudo est; cum causam illam *amo*, homines odi."

Non praetermittendum videtur Mediceum habere „illam *unde* homines". Quod restituendum esse suspicor, *amo*, o et D confusis, in *und* abire potuit, indeque factum esse *unde*. Sed de hac re videant alii. Lectionem vero quam Orellius edendam curavit („illam *non* homines"), unde protulerit nescio. Quae lectio si ingenio hominis debetur, Mediceo libro recentioris, casu factum esse possit videri, ut coniectura quamquam falsa tamen propius a vera lectione absit, quam Medicei lectionem abesse videmus. Sed si plura eiusdemmodi in veteribus Epistolarum ad Fam. libris reperiuntur, sive scriptis sive typis impressis, et aliae ex uno eodemque libro proferentur lectiones falsae quidem, sed bonae lectionis certiora indicia habentes, quam Medicei scriptura offert, ab ea sententia discedendum erit, quae adhuc maximam habet probabilitatem, ex uno Mediceo derivatos esse quotquot harum epistolarum libri supersunt.

§ 4. „Curio noster sapienter id, quod remisit de stipendio Pompeii, fecisse existimatur". In his *id* stare non potest.

Ep. 15. § 1. „Si scias quam sollicitus *sim*, tum hanc meam gloriam, quae ad me nihil pertinet, derideas. Quae tibi exponere nisi coram non possum, idque celeriter fore spero. Nam me, cum expulisset ex Italia Pompeium, constituit ad urbem vocare: id quod iam existimo confectum, nisi si maluit Pompeius Brundisii circumsederi". Medicens *sum*, Ernesti *sim*. Sed constituendi verbum de iis

Digitized by Google

ponitur quae post deliberationem decernuntur. Itaque ferendum esset: constituit Caesar ut eius adventum ad urbem praestolarer. Nam haec certa res est, potuitque Caesari in deliberationem venire ubi Caelio quibusque in rebus usurus esset. Sed „vocare constituit" nihil est. Significat enim Caesarem deliberato constituisse, non ut Caelius aliquo loco futurus esset, sed ut ipse nuntium esset missurus. Legendum suspicor: „Nam mecum *Caesar, cum* expulisset ex Italia Pompeium, constituit ad urbem: id quod iam existimo confectum". *Constituere* cum aliquo est certum locum et tempus dare ad conveniendum, et *constitutum* locus et tempus ad conventum datum. Exempla lexica suppeditabunt. Caesaris autem nomen vix abesse posse inspecta epistola demonstrabit.

Ep. 16. Hanc epistolam Cicero describendam curavit, et ad Atticum mittendam. Itaque iterum legitur inter epistolas ad Att. X. ep. 9. In § 2 haec sunt: „Si tibi tu, si filius unicus, si domus, si spes tuae reliquae tibi carae sunt; si aliquid apud te nos, si vir optimus gener tuus valet: quorum fortunam non debes velle conturbare, ut eam causam in cuius victoria salus nostra est odisse aut relinquere cogamur, aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus". Alterum exemplum „si nos, si — gener tuus *valemus*". Sine dubio recte. Nam quae sequuntur ad utrumque et Caelium et Dolabellam pertinent. Ceterum *valet* antiquissimorum librorum vitium est; nam qui pronomen *quorum* ad praecedens verbum accommodavit antiqua forma *quoius* usus est, quae hodie in Mediceo superest.

Ep. 17. Missa ad Ciceronem in castra Pompeii. „Hic nunc praeter feneratores paucos nec homo nec ordo quisquam est nisi Pompeianus. Equidem iam effeci ut maxime plebs et, qui antea noster fuit, populus vester esset. Cur hoc inquis? Immo reliqua exspectate! vos invitos vincere coëgero. Geram alterum me Catonem. Vos dormitis, nec adhuc mihi videmini intelligere, qua nos pateamus et qua simus imbecilli. Atque hoc nullius praemii spe faciam sed quod apud me plurimum solet valere doloris et indignitatis causa. Quid istic facitis? proelium exspectatis quod firmissimum ha-

Digitized by Google

bet? Vestras copias non novi; nostri valde depugnare et facile algere et esurire consuerunt. Vale." *Geram*, quod in Mediceo non legitur, acutissime Orellius ex praecedens *coëgero* protraxit. Ceterum quid Caelius nulla praemii spe facturus esset, videbis, si ordo versuum in hunc modum restitueris: „Equidem iam effeci, ut maxime plebs et, qui antea noster fuit, populus vester esset. Cur hoc inquis? Immo reliqua exspectate! vos invitos vincere coëgero. | Atque hoc nullius praemii spe faciam, sed, quod apud me plurimum solet valere, doloris et indignitatis causa. Geram | alterum me Catonem. Vos dormitis ne*que* adhuc mihi videmini intelligere, qua nos pateamus et qua simus imbecilli. | Quid istic facitis? Proelium exspectatis, quod firmissimum habet? Vestras copias non novi; nostri valde depugnare et facile algere et esurire consuerunt."

Sed in extremis *valde* vitiosum est. Nam depugnatio non earum rerum est quae gradum habent. Recte dicitur fortiter, strenue depugnare, non item parum, satis depugnare. Legendum est: „nostri *valide* depugnare et facile algere et esurire consuerunt".

Supra p. 269 in Ep. 10. unum versum qui excidisse videbatur suo loco restitui, et p. 278 in Ep. 9. quae manifesto corrupta erant transpositis duobus versibus sanare conatus sum. Hic rursus idem remedium sententiae graviter laboranti adhibendum videbatur. Operae pretium est videre quot litteras in ternis iis locis singuli versus in eo libro habuerint, quem descripsit is qui primus versuum ordinem corrupit. Quarum litterarum in singulis locis si impar numerus exibit, id non videtur meam rationem prorsus eversurum; dummodo versus qui transpositi esse dicantur pari inter se mensura fuisse constet. Etenim in serie librorum, quibus epistolae a Ciceronis aetate ad nostram usque propagatae sunt, potuit in alio libro, qui longiores versus haberet, in decima epistola esse turbatum, in alio qui breviores in nona, in alio rursus in septima decima. Quod quamquam potuisse fieri negari non potest, tamen factum esse non valde probabile est. Ver- vero quos constitui versus parem mensuram habere co- id haud mediocriter pro me facturum esse videtur.

Digitized by Google

In decima autem epistola versus est undeviginti litterarum hic:

UTPALUDATIEXEANTNON

In epistola nona hos versus constitui:

ETCETERAEPROVINCIAE
INEANDEMCONDICIONEM

qui singuli undevicenas litteras comprehendunt.

In epistola septima decima locorum quos transposui prior hic est: „Atque hoc nullius praemii spe faciam, sed quod apud me plurimum solet valere, doloris atque indignitatis causa. Geram". Comprehendit septem et nonaginta litteras. Sed *atque*, quod bis inest, scribi solebat ATQ, et PRAEMII non raro PRAEMI. Litteras M finales relinquo, quae pro necessitate loci aut scribuntur aut lineola supra vocalem posita indicantur. Itaque quatuor vel quinque litteris detractis restabunt nonaginta duo vel tres, quae quinque versus undevicenarum vel duodevicenarum litterarum explebunt.

Alter illorum locorum hic est: „alterum me Catonem. Vos dormitis n*eque* adhuc mihi videmini intelligere qua nos pateamus et qua simus imbecilli". Continet litteras tres et nonaginta; de quibus si duae detrahuntur litterae finales vocabuli *neque* NEQ, quae veteris libri lectio esse videtur, quamquam Mediceus *nec* habet, una et nonaginta exibunt, quae iterum quinque versus, undevicenarum vel duodevicenarum litterarum efficiunt.

Melius, opinor, haec omnia quadrare non poterant. Totum locum nunc adscribam, quemadmodum in antiquo illo libro quem cogito propositus esse potuit, ut in luce ponam, et quam facile quinque illi versus priores omitti potuerint, et unde factum sit, ut in Mediceo *geram* non reperiatur. Singulorum autem versuum mensuram me non praestare intelligent qui reputabunt, primum in antiquissimis libris versus non solum exire in fines verborum et syllabarum, ut in hodiernis libris fieri videmus, sed etiam in eas litteras quae in syllaba primae aut mediae sunt; deinde, non quemque versum iustum litterarum numerum habere posse, qui numerus plurium versuum litteris numeratis in singulos pro portione

Digitized by Google

cadit: nam qui versus semel iterumque litteram M habent, iusto numero pauciores litteras continebunt, qui multas litteras I, iusto numero plures.

1 . . . . . VOSIN
2 VITOSVINCERECOEGERO
3 ATQHOCNULLIUSPRAEM
4 IISPEFACIAMSEDQUOD
5 APUDMEPLURIMUMSOLET
6 VALEREDOLORISATQIND
7 IGNITATISCAUSAGERĀ
8 ALTERUMMECATONEM
9 VOSDORMITISNEQADHUC
10 MIHIVIDEMINIINTELLI
11 GEREQUANOSPATEAMUS
12 ETQUASIMUSIMBECILLI
13 QUIDISTICFACITIS...

Hanc igitur veteris illius libri formam fuisse suspicor. Quem qui describebat, errore oculorum, 2° versu exarato, ad 8um versum transiit ad finemque versus 12i perrexit, antequam errorem comperisset. Tum omissos versus 3—7 adscripsit, ordinemque restituendum minuto signo indicavit. Huius librum alius postea describens, praetervidens illud signum, neque sententiam verborum a se scriptorum satis firmiter tenens, ut non recte ea procedere intelligeret, versus hoc ordine scripsit 1. 2. 8. 9. 10. 11. 12. 3. 4. 5. 6. 7. 13. Ita *geram* neque cum superioribus neque cum sequentibus cohaerebat, et tamquam inutile additamentum aut statim aut postea abiectum est, hodieque in Mediceo non comparet [1]).

Hoc igitur de Mediceo, post omnia quae supra ad Caelia-

[1]) Non me latet aliam omissionis causam excogitari posse non minus probabilem. Scilicet si in antiquo libro, in quo versus recto ordine sequebantur, *geram* principio versus 8i fuisse ponamus, inverso quinorum versuum ordine *geram* nullo intervallo *coëgero* excepit; postea autem propter similitudinem litterarum excidit. Utramvis probabilitatem eligas stabit tota mea ratio, nam utrum vocabuli *geram* quinque aut quatuor litteras altero loco annumeres, apriori, ut ego feci, parum refert; nam litterae *m* finales scriptae vel scriptae versus ad aequabilem mensuram redigent.

Digitized by Google

nas epistolas disputavi, statuendum esse videtur: ut nihil de diligentia hominis detrahamus qui scripsit, certe librum multis modis corruptum eum descripsisse constat.

M. Tullii Ciceronis epistolae.

Transeo ad ipsius Ciceronis epistolas ad easque, quae ab aliis ad Ciceronem scriptae rarae inter eius epistolas interiectae ad nostram aetatem pervenerunt. In quibus quae emendare conatus sum eo ordine proponam, quo ipsas relegi, temporis quo singulae scriptae sint ratione habita, non librorum in quo quaeque servata sit. In qua lectione Schutziana editione usus sum; neque mihi opera quam in epistolis editor posuit prorsus contemnenda visa est. Nam ingenio non carebat Schutzius et aliquanto crebrius quam ex marginibus recentiorum editionum suspiceris, in quibus rara eius mentio est, falsam lectionem odoratus esse videtur.

Epistolarum in ed. Schutziana 1. Ad Att. I. 5. § 4. „De Acutiliano autem negotio quod mihi mandaras, ut primum a tuo digressu Romam veni, confeceram; sed accidit, ut et contentione nihil opus esset et ut ego, qui in te satis consilii statuerim esse, mallem Peducaeum tibi consilium per litteras quam me dare. Etenim cum multos dies aures meas Acutilio dedissem, cuius sermonis genus tibi notum esse arbitror, non mihi grave duxissem scribere ad te de illius querimoniis, cum eas audire, quod erat subodiosum, leve putassem." Cicero Attico excusat tarditatem litterarum, quod Acutilianum negotium facile et sine ulla contentione confecisset, quodque consilii dati invidiam Peducaeum subire maluisset quam ipsum. Iusta haec excusatio est; illam Atticus, opinor, non accepisset; nam quae res sine contentione conficitur solet ea brevi temporis spatio transigi. Nulla est igitur ea excusatio: res nullo negotio confeci, dudum transegi, eo me tibi excusatum esse volo, quod nunc demum scripserim. Cicero scripsisse videtur „ut et contentione *non*nihil opus esset."

Digitized by Google

Atque sequentia demonstrant negotium non sine magna contentione confectum fuisse.

8. Ad Att. I. 3. § 2. „Signa quae nobis curasti ea sunt ad Caietam exposita. Nos ea non vidimus; neque enim exeundi Roma potestas nobis fuit". Suspicor: „Nos ea non*dum* vidimus" ut ep. 4 § 3. „Quae mihi antea signa misisti ea nondum vidi".

§ 3. Ex pluribus epistolis ad Atticum scriptis (I. 8, 10, 11) apparet Luccei animum hoc tempore in illum fuisse offensiorem studioseque egisse Ciceronem ut veterem gratiam inter amicos reconciliaret. Eodem pertinet „Quod ad me saepe scripsisti de nostro amico placando, feci et expertus sum omnia; sed mirandum in modum est animo abalienato; quibus de suspicionibus etsi audisse te arbitror, tamen ex me, cum veneris, cognosces". Sententia haec est: quid de te suspicetur ex me praesens cognosces. Ergo legendum est: „*cuius* de suspicionibus". Luccei tacita ira et suspiciones iterum commemorantur Ep. 11. § 1: „Tametsi iactat ille quidem illud tuum arbitrium — tamen habet quiddam profecto, quod magis in animo eius insederit".

9. Ad Att. I. 4. § 1. „Nunc vero censeo — venias ad id tempus quod scribis; obieris Quinti fratris comitia; nos longo intervallo viseris; Acutilianam controversiam transegeris. Hoc me etiam Peducaeus, ut ad te scriberem, admonuit; putamus enim utile esse te aliquando iam rem transigere". In re quae tardius fit quam oporteat *aliquando* et *aliquando tandem* saepe usurpantur, *aliquando iam* sine exemplo est. Scribendum est: „aliquando *eam* rem".

Eandem particulam *aliquando* aliam quoque vim habere, qua prope ad significationem particulae *nonnumquam* accedat, omnibus notum est. Ita particula Cicero cum magna acerbitate usus est in suavissimo loco orationis Caecinianae § 14, cuius loci leporem cum inepti homines interpolationibus et scribae incuria pessumdederint, correctius adscribere non prorsus inutile fore videtur. „Quam personam iam ex quotidiana vita cognostis, recuperatores, mulierum assentatoris, cognitoris vi-

Digitized by Google

duarum, defensoris nimium litigiosi, contriti ad Regiam, inepti ac stulti inter viros, inter mulieres periti iuris et callidi, hanc personam imponite Aebutio. *Quis* enim Caesenniae fuit Aebutius? [Ne forte quaeratis num] Propinquus? Nihil alienius. Amicus a patre aut a viro traditus? Nihil minus. Quis igitur? Ille quem supra deformavi: voluntarius amicus mulieris, non necessitudine aliqua sed ficto officio simulataque sedulitate coniunctus, [magis] opportuna opera nonnumquam, [quam] aliquando fideli". Libri: „*Is* enim Caesenniae fuit Aebutius"; quasi locum absolveret orator ad alia transiturus. Verum quis non sentit ita non recte subiungi: „Quis igitur? Ille quem supra deformavi". etc.? Cum semel *is* scriptum esset oratio hiabat. Hinc interpolatum est „ne forte quaeratis num", quae interrogandi ratio ab hoc loco quam maxime aliena est. In sequentibus *quam* ultimae partis vocabuli praecedentis repetita scriptura est; *magis* interpolatori attribuendum, qui sententiae consulere sibi videretur.

Sed in epistola ad Atticum quam tracto § 3 „signa omnia in Tusculanum deportabo. Caietam, si quando abundare coepero ornabo" *Caietanum* restituendum videtur. Non ea enim erat opulentia Ciceronis, ut Caietam oppidum florentissimum ornandum susciperet. Et si facultatem habuisset, defuturam fuisse voluntatem opinor. Quamquam Caietanum Ciceronis non dissimulabo me commemorari non meminisse.

15. Ad. Fam. V. 6. § 1. Decius Sestii libertus cum Cicerone egerat, ut is operam daret, ne Sestio hoc tempore succederetur. „Quamquam illum hominem frugi et tibi amicum existimabam, tamen quod memoria tenebam cuiusmodi ad me litteras antea misisses, non satis credidi homini prudenti tam valde esse mutatam voluntatem tuam." In *prudenti* participium latere viderunt alii; *perhibenti* satis prope ad librorum scripturam accedit. Sequitur paucis interiectis: „omnino res tota in mensem Ianuarium reiecta erat, sed facile obtinebatur" i. e. tum cum haec scribebam res reiecta erat, sed cum agetur, facile *obtinebitur*. Quod restituendum est.

Digitized by Google

AD HYMNOS HOMERICOS.

I.

Hymnus in Apollinem hic illic emendatus.

Recipere Editores debuerant vs. 49 ἐβήσετο pro ἐβήσατο, et vs. 104 ἐβήσεο pro ἐβήσαο. Quis enim amplius dubitat quin hae solae formae genuinae ac probae sint, ἐβήσετο, ἀπεβήσετο, κατεβήσετο, ἐδύσετο, κατεδύσετο, et imperativi βήσεο, δύσεο, ὄρσεο, ἄξεο, λέξεο; et in forma activa ἄξετε et ἀξέμεν pro ἀγάγετε et ἀγαγεῖν. Ἀξέμεν sine mendo evasit in hoc ipso carmine vs. 103.

αἶ δ' Ἶριν προὔπεμψαν — ἀξέμεν Εἰλείθυιαν.

sed solent scribae sequiorum temporum has formas *primi* aoristi esse opinati vocales permutare, et α pro ε substituere. In Iliad. Θ. 505 recte nunc quidem editur:

ἐκ πόλιος δ' ἄξεσθε βόας καὶ ἴφια μῆλα.

et vs. 545.

ἐκ πόλιος δ' ἄξοντο βόας καὶ ἴφια μῆλα.

ad priorem locum annotatur in Scholiis Venetis: ἡ διπλῆ ὅτι οὐ μέλλοντα σημαίνει τὸ ἄξεσθε ἀλλ' ἐν ἴσῳ τῷ ἄγετε, melius τῷ ἀγάγεσθε dixisset. Ad alterum: τὸ ἄξαντο (sic) οὐ τὸν μέλλοντα σημαίνει ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἄγοντο, ubi emendandum est ἠγάγοντο. Similiter ad Iliad. Γ. 105.

ἄξετε δὲ Πριάμοιο βίην.

annotatur: ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ἄξετε οὐ τὸν μέλλοντα σημαίνει, ἀλλ' ἴσον τῷ ἄγετε. Redit eadem forma Iliad. Ω. 778.

ἄξετε νῦν, Τρῶες, ξύλα ἄσυδε.

et in Odyss. Ξ. 414.

ἄξεθ' ὑῶν τὸν ἄριστον, ἵνα ξείνῳ ἱερεύσω.

Digitized by Google

Vitiosa genetivi forma est ἄστε, ἄστεσι, ἄστεα (Iliad. T. 173. Odyss. ω. 208), et saepe ἀστέων et ἀστεσσι pro ἐνεγκεῖν. Neoterici eas formas vitiare solent, et pro ἄξεσθε barbare ἄξασθε, pro ἄξοντο supponunt ἄξαντο, quae scriptura est in libris MSS. tantum non omnibus. Itaque in Aristarchi annotatione, quam supra descripsimus, absurde in Marciano legitur: τὸ ἄξαντο οὐ τὸν μέλλοντα σημαίνει, quasi cavendum esset ne quis crederet ἄξαντο habere futuri temporis significationem. Ἄξαντο et ἄξασθε sunt eiusdem farinae atque ἰβήσατο et ἰδύσατο, mera barbaries, quae eximenda est ex Iliad. Ψ. 739.

καὶ β' ἀπομορξαμένω κονίην δύσαντο χιτῶνας,

imo vero δύσοντο, ut tam saepe alibi δύσετο δ' ἠέλιος. Ἄξεσθε latere videtur in glossa Hesychiana: Ἄξεσθαι: ἀγαγέσθαι, ἀφίξεσθαι, παραγενέσθαι, quae ex duabus glossis Homericis conflata sunt hisce:

Ἄξεσθε: ἀγάγεσθε, et

Ἴξεσθαι: ἀφίξεσθαι, παραγενήσεσθαι.

Idem Hesychius ex Homero habet:

Ἀξέμεναι: ἐνεγκεῖν.

ex Iliad. Ψ. 50:

ἤδειν δ' ὅτρυνον — ὕλην τ' ἀξέμεναι. Ἄξετε apud Apollonium est in Lex. Hom. in v. Ἄξετε: ἄγετε.

Ἄξετε δὲ Πριάμοιο βίην.

Quae quum certam et exploratam fidem habeant, ferendae non sunt in vetusto carmine formae manifesto mendosae ἐβήσατο et ἰβήσατο, neque apud Homerum δύσαντο. Nemo enim veterum pro δῦναι umquam δύσασθαι dixit, quae forma apud neniotores post Alexandri mortem vitio nata est.

Intolerabilis est hiatus in vs. 54.

ἀλλ' οὐδέν σε ἔοικεν ὄνομα σὸν' ἐμμεναι.

eo minus ferendus vel excusandus quo faciliore remedio conatui poetae Epico molestum hunc vocalium concursum evitare fuisse solitos. Sunt enim quaedam παπαληλισματικὰ, quibus nihil vitii fatiscit perquammodo omnes utuntur, ut in vs. 49:

καὶ ὁ' ἐς δὲ ἐ' ἐπὶ Δηλον ἐδύσετε κοῦραι Ἀχαιῶν

vertere ea et ὃς et ὅς et δὲ poterant absque (et alibi locis simili-

Digitized by Google

mis saepe absunt) nisi πρίν producendum fuisset et τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ sarciendum. Saepissime sic ἄρα, ἄρ et ῥα nullo sensu interseruntur ϛοιβῆς δίκην ut modulus exeat, ut in vs. 55:

οὐδὲ τρύγην οἴσεις οὔτ' ἄρ φυτὰ μυρία φύσεις.

et vs. 83. ὡς ἄρ' ἔφη, et vs. 99.

αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὄμοσέν τε τελεύτησέν τε τὸν ὅρκον,

et ubi non? Ecquis serio credet utrum istae voculae additae sint an non sint quidquam ad sententiam loci attinere? Itaque ubicumque rima est et olim a poëtis inserebantur et nunc a nobis inserendae sunt. Nil peccarunt librarii in vs. 89:

βωμὸς καὶ τέμενος, τίσει δέ σέ γ' ἔξοχα πάντων.

et vs. 128.

οὔ σέ γ' ἔπειτ' ἴσχον χρύσεοι ϛρόφοι ἀσπαίροντα.

Itaque eodem modo molestum hiatum in illo versu vitaverat dicendo:

οὐδ' εὔβων σέ γ' ἔσεσθαι ὄΐομαι οὔτ' εὔμηλον.

Alium hiatum non minus ingratum tolle ex vs. 120:

ἔνθα σε, ἧϊε Φοῖβε, θεαὶ λόον ὕδατι καλῷ.

rescribendo, ἔνθα σ', ἰήϊε Φοῖβε.

Egregia Baumeisteri emendatio est versus 104, ubi in libris est:

ὑποσχόμεναι μέγαν ὅρμον χρυσείοισι λίνοισιν ἐϵργμένον

sed felicissime Editor restituit poëtae manum:

μέγαν ὅρμον χρύσεον ἠλέκτροισιν ἐϵρμένον.

commode recordatus duorum Homeri locorum in Odyss. Ο. 459.

χρύσεον ὅρμον ἔχων μετὰ δ' ἠλέκτροισιν ἔερτο.

et imprimis Σ. 295.

ὅρμον
χρύσεον ἠλέκτροισιν ἐϵρμένον, ἠέλιον ὥς.

Ex huiusmodi emendationibus certis et evidentibus tuto colligas quales fuerint libri vetustiores, unde descripti sunt Codices, quibus hodie utimur. Quomodo tandem ex χρύσεον ἠλέκτροισιν ἐϵρμένον nasci potuit scriptura sensu vacua haec χρυσείοισι λίνοισιν ἐϵργμένον, nisi in Codice, quem scriba sequebatur, aut expalluisset atramentum aut rimis charta hiasset, ut obscura quaedam verborum vestigia aut lacerae tan-

Digitized by Google

tum lacinias superessent, unde indoctus et futilis Graeculus verba bene Graeca uteumque exsculpsisset. Fac haec tantum apparuisse ΧΡΤϹЄ * * Λ * * ΟΙϹΙΝЄЄ * ΜЄΝΟΝ, non ii sunt Graeculi, qui ex his docte et perite veram lectionem eliciant. Explent igitur τὸ ἐπελθόν, et diligenter cavendum ne in talibus anxie literarum apices aucupari malis quam ex imo sententiae fundo sanam lectionem eruere. Quam male habiti sint Hymnorum Homericorum Codices, quibus hodie utamur, norunt omnes. Moscoviensis liber quot et quantis mendis vitiisque scateat, quam foede sit interpolatus satis in Hymno in Cererem demonstravimus. Non manasse nostros Codices ex vetustis libris *uncialibus*, quam vocant, scriptura exarata compluribus indiciis patet, quorum unum proferam. In libris est in Hymno in Apollinem Pythium vs. 65:

Ἰνδὸν δ' εἰς ἄμαρτον ἀφίκεο ποιήεντα.

pernepleone sic ἄμαρτον in Moscoviensi scriptum est, et levissimus scribae error gravissimum vitium peperit, nam poëta Ἄλιαρτον dederat, ut primus omnium Martinus perspexit. Sunt autem in Codd. Saeculi IX et X ι et μ et λυ — μ tam similia, ut oculis distingui nequeant. Sententia loci et antecedentia ultro sit verum sola demonstrant. Si in ἅμαρτον litera quae videtur μ esse acutum acutum haberet ἁλίαρτον esse manifestum omnibus statim videret. Non aliter quam sic [illegible] similiaque complura. Non[illegible] ad Adoniaz. p. [illegible] in Eunapio: παρεκ[illegible] medium collocandum est in v. [illegible] quae ex quo scribendum est: non enim [illegible] in his, in [illegible] unico [illegible] et [illegible] locum [illegible] p. [illegible] hoc

Digitized by Google

ipsum in unico Codice Marciano scriptum esse vidi. Conf. quae annotarunt Intt. ad Hesych. v. Ἀλίαρτος.

Perperam Editor librorum auctoritatem deseruit in vs. 128, ubi dedit:

οὔ σέ γ' ἔπειτ' ἴσχον χρύσεοι τρόφοι ἀσπαίροντα
οὐδ' ἔτι δεσμά σ' ἔρυκε.

revoca ex libris δέσματ' ἔρυκε. Lingua Homerica duas formas huius nominis habet, δεσμός et δέσμα. Δεσμοὶ τεχνήεντες sunt quibus Vulcanus Martem et Venerem irretivit in Odyss. Θ. 296. De iisdem dixit vs. 278.

ἀμφὶ δ' ἄρ' ἑρμῖσιν χέε δέσματα κύκλῳ ἀπάντῃ.

Vitiosa est forma ἐβίβασκεν in vs. 133.

ὣς εἰπὼν ἐβίβασκεν ἐπὶ χθονὸς εὐρυοδείης,

nam formae huiusmodi augmentum non admittunt. Poëtam dedisse suspicor προβίβασκεν.

Rarum et exquisitum vocabulum est, quo utitur poëta vs. 162 κρεμβαλιαστύς. Nusquam alibi legitur, nec quisquam veterum Criticorum nobis vocabulum pervetus interpretatus est, nam veteres γλῶσσαι ex Hymnis Homericis in copiis Hesychianis nullae insunt. Verbum κρεμβαλιάζειν innotuit nobis per eruditos Atticistas e Comoedia Attica. Legebatur olim κρεμβαλιάζειν alicubi apud Hermippum, cuius locum sed mutilatum et corruptum servavit nobis Athenaeus pag. 636 D. Instrumenta musica enumerans commemorat τὰ κρέμβαλα, *crepitacula*, additque: Ἕρμιππος δ' ἐν Θεοῖς τὸ τούτοις κρούειν κρεμβαλίζειν εἴρηκεν ἐν τούτοις·

Λεπάδας δὲ πετρῶν ἀποκόπτοντες κρεμβαλίζουσιν.

Veram formam κρεμβαλιάζουσιν olim Critici repererunt et metri anapaestici indicio et Grammaticorum auctoritate, de qua dicam ubi prius Hermippi fragmentum mutilum explevero. Simul sententia et metrum aliquid excidisse demonstrant inter ἀποκόπτοντες et κρεμβαλιάζουσιν. Restitues locu in integrum scribendo:

λεπάδας δὲ πετρῶν ἀποκόπτοντες
(κρούοντες) κρεμβαλιάζουσιν.

Digitized by Google

praecedens ΑΠΟΚΟΠΤΟΝΤΕC propter *ὁμοιοτέλευτον* secundum participium ΚΡΟΤΟΝΤΕC sede sua expulit. Didymus ex Hermippi loco verbum rarissimum recepit *εἰς τὴν Κωμικὴν Λέξιν*, cuius eximiam partem in gaza Hesychiana habemus superstitem. Ex hoc ipso Didymi libro descripsit Hesychius haec: *Κρεμβαλιάζειν: κογχύλια καὶ ὀςᾶ ἅμα συγκρούοντας ἐρισμόν τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοὺς ἀρχομένους.* Vera lectio est *κογχύλια καὶ ὄςρακα συγκρούοντες ἔρρυθμόν τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις.* Didymo haec deberi et per se satis constare poterat, nam quidquid de genere hoc apud Hesychium passim legitur, id omne *ἐκ τῆς Διδύμου Κωμικῆς Λέξεως* descriptum esse novimus, sed accedunt duo testes gravissimi, quos producam. Alter est Athenaeus l. l. ita scribens: *Δίδυμος δέ φησιν εἰωθέναι τινὰς ἀντὶ τῆς λύρας κογχύλια καὶ ὄςρακα συγκρούοντας ἔρρυθμον ἦχόν τινα ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις, καθάπερ καὶ Ἀριςοφάνη ἐν Βατράχοις Φάναι.* Apparet ex iis, quae continuo praecedunt, Didymum sic verbum *κρεμβαλιάζειν* interpretari. Addiderat locum ex Ranis vs. 1305:

ἐνεγκάτω τις τὸ λύριον. καίτοι τί δεῖ
λύρας ἐπὶ τούτοις; ποῦ 'ςὶν ἡ τοῖς ὀςράκοις
αὕτη κροτοῦσα; δεῦρο, Μοῦσ' Εὐριπίδου,
πρὸς ἥνπερ ἐπιτήδειον ταῦτ' ᾄδειν μέλη.

quae quum pereruditus Criticus olim interpretaretur haec annotavit: *ὅτι Φαίνονταί τινες ἀγοραῖοι κρούοντες τοῖς ὀςράκοις καὶ προσᾴδοντες τῷ κρούματι τῷ διὰ τούτων.* — *Δίδυμος δὲ προστίθησιν ὅτι εἰώθασιν ἀντὶ λύρας κογχύλια καὶ ὀςράκια κρούοντες ἔρρυθμόν τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις.* Prior pars annotationis videtur esse Aristophanis Byzantini, qui quum *τὸ σημεῖον* (τὸ X) versiculo apposuisset, huius rei rationem de more reddidit: (*τὸ* X) *ὅτι Φαίνονταί τινες κτὲ.* Eandem glossam Aelius Dionysius *ἐν τοῖς Ἀττικοῖς Ὀνόμασιν*, (cuius libri bonam partem in Photii Lexico superesse demonstravimus) sic interpretatur apud Photium: *Κρεμβαλιάζειν: ἐλεφαντίνοις τισὶ κροταλίζειν*, qui locus et ipse unius vocabuli defectu mendosus est: lege: *ἐλεφαντίνοις τισὶ (κροτάλοις) κροταλίζειν.* Vides cur nomen perierit. Simul vides cur *τὰ κρέμβαλα* et *κρεμβαλιάζειν*

Digitized by Google

tam raro inveniantur. Nempe Graeci κρόταλα et κροταλίζειν dicere solebant, ut iam apud Herodotum est II. 60: αἵτινες τῶν γυναικῶν κρόταλα ἔχουσαι κροταλίζουσι, quod ipsum Hermippus de gigantibus, credo, dixerat κρεμβαλιάζουσιν. Vocabulum iam olim in Graecia rarissimum τὰ κρέμβαλα Peripateticorum doctissimus Dicaearchus περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου scribens apud Athenaeum p. 636 C. attulit ex antiquo hymno in Dianam sed ea verba in unico Codice Marciano tam corrupta sunt ut nulla emendandi spes superesse videatur. Ex ipso Codice haec descripsi:

ἄρτεμι σοιμετι φρὴν ἐφίμερον
ὑμνονϋεναι τε ὅθεν αδε τισ ἀλλὰ
χρυσοφανια κρέμβαλα χαλκοπάραα
χερσίν,

unde nihil sani extrico, nisi quod in αδε τισ, quod Editores in ᾇδέ τις refinxerunt, inesse suspicor ἄδε τίν, *placuit tibi*, et in fine loci, ἐλεφάντινα κρέμβαλα χαλκοπάρᾳα χερσίν.

Κρεμβαλιασύς apud Hymni auctorem non de crepitaculis esse dictum, sed de cantu *vocibusque modulatis*, quas Deli virgines, Apollinis antistites suavissime referebant, reliqua pars loci luculenter declarat:

πάντων δ' ἀνθρώπων φωνὰς καὶ κρεμβαλιασὺν
μιμεῖσθ' ἴσασιν. φαίη δέ κεν αὐτὸς ἕκαστος
φθέγγεσθ', οὕτω σφιν καλὴ συνάρηρεν ἀοιδή.

Voces omnium cantusque tanto canendi artificio reddebant, ut suam quisque vocem sibi audire videretur. Credo, diversae aetatis et conditionis hominum, puta senum, virorum, puerorum, bellatorum, matronarum preces vel laudes Apollinis sic imitabantur, ut ipsos te audire putares.

II.

Hymn. in Apoll. Pythium vs. 52—59.

Accentus vitiose positus obscuravit sententiam loci et infelicem peperit Criticorum coniecturam temere in textum receptam in his versibus Hymni in Apollinem Pythium:

Digitized by Google

'Ωγχηστὸν δ' ἵξες Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος·
ἔνθα νεοδμὴς πῶλος ἀναπνέει ἀχθόμενός περ
ἅρμασα καλά. καμαὶ δ' ἐλατὴρ ἀγαθός περ
ἐκ δίφροιο θορὼν ὁδὸν ἔρχεται· οἱ δὲ τέως μὲν
ἡνία δ' ἔχεα προτέουσιν ἀνακτορίην ἀφιέντες.
εἰ δέ κεν ἅρματ' ἄγωσιν ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι
ἵππους μὲν κομέουσι, τὰ δὲ κλίναντες ἔῶσιν.
Ὧδε γὰρ τὰ πρώτισθ' ὅσιη γένετ'· οἱ δὲ ἄνακτι
αὐτοῦ μίμνουσι, δίφρον δὲ θεοῦ τότε μοῖρα φυλάσσει.

Hic vs. 57 de Harmenii coniectura edidit Baumeister, εἰ δέ κεν ἅρματ' ἄγωσιν quum sit in libris omnibus ἄγησιν, quo nihil verius, modo intelligas quid insit in vetere scriptura ΑΓΗΣΙΝ. Nempe nihil ea scriptura cum verbo ἄγειν habet commune, sed ad verbum ἄγνυμι referenda est, scribendumque non ἄγωσιν, sed ἄξωσιν, ab ἄξω. Poëta dixerat: ἐὰν δὲ οἱ ἅρματα κλασθῇ, ubi currus *fractus fuerit*. Lingua Homerica multis verbis simplici ἄγνυμι, ἄξω, ἔαγα, pro quo passivum compositum κατέαγα. Utrumvis omnes dicebantur. Similiter ἀμφὶ μὲν ἄρα κνῆμαι et ὄμμα et κῦμα et ἄγκος, ἀμφὶ δὲ κνήμας, ὄμματα, κύματα et ἄγκεα. Homerus ἀμφὶ δὲ οἱ κνῆμαι καλαὶ ἐυξέστης ἐλάτης ἔαγε

[illegible] Linde et [illegible] manifesta [illegible] si est [illegible] in Chiva [illegible]

[illegible]

Digitized by Google

citato cursu equi currum rapiebant, auriga in medio cursu exsiliebat, ruunt equi in lucum κείν' ὄχεα κροτέοντες (quod Homero sublectum est Iliad. O. 453), currus ad arborem allisus *diffrangitur*, quo facto equis prospiciunt, currum ad arborem inclinatum relinquunt. Omnia sic expedita sunt et perspicua. Quod poëta dixit Ὀγχηςὸν esse Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος, idem Homerus iisdem verbis dixerat Iliad. B. 506:

Ὀγχηςόν θ' ἱερὸν Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος.

Admoneo Strabonis causa, qui libr. IX. p. 412 Cas. ita scribit: Ὀγχηςὸς δ' ἐςὶν — ἐν ὕψει κείμενος ψιλὸς ἔχων Ποσειδῶνος ἱερὸν καὶ αὐτὸ ψιλόν. οἱ δὲ ποιηταὶ κοσμοῦσιν ἄλση καλοῦντες τὰ ἱερὰ πάντα κἂν ᾖ ψιλά. Dissentit alius testis oculatus, qui saeculo fere post Strabonem eadem loca peragravit, Pausanias IX. 26. 5: qui se vidisse narrat ἐρείπια Ὀγχηςοῦ —. ἐπ' ἐμοῦ δὲ ναός τε καὶ ἄγαλμα Ποσειδῶνος ἐλείπετο Ὀγχηςίου καὶ τὸ ἄλσος, ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐπῄνεσεν. Quomodo Strabo et Pausanias in concordiam redigi possint quaerant alii. Fefellit Strabonem opinio ἄλσος pro *templo* dici: non est enim recordatus Hymni Homerici, ubi in ludis equestribus τοῦ Ὀγχηςίου Ποσειδῶνος dicuntur equi excusso auriga frangere currum ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι. Iuvat eadem opera emendare locum ex antiquissimo Pamphi Hymno in Neptunum apud Pausaniam VII. 21. § 9. Πάμφως δὲ, ὃς Ἀθηναίοις τοὺς ἀρχαιοτάτους τῶν ὕμνων ἐποίησεν, εἶναί φησι τὸν Ποσειδῶνα

ἵππων τε δωτῆρα νεῶν τ' ἰθυκρηδέμνων.

corruptum est δωτῆρα, quod nec metro convenit. Emendandum esse censeo:

ἵππων τ' εὐθυντῆρα νεῶν τ' ἰθυκρηδέμνων.

illo enim nomine et equorum *rectorem* et navium poëtae appellabant.

Ruenti metro subveniendum est vs. 195. ubi editur:

ἐξ οὗ νῦν Πυθὼ κικλήσκεται· οἱ δὲ ἄνακτα
Πύθιον καλέουσιν ἐπώνυμον.

simplicissimum est reponere:

Πύθιον ἀγκαλέουσιν ἐπώνυμον.

Digitized by Google

Turpe vitium inolevit vs. 265 in his:

ἔνθ' ἐκ νηὸς ὄρουσεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων

— —

ἐς δ' ἄδυτον κατέδυσε διὰ τριπόδων ἐριτίμων.

ubi sine mora κατέδυνε revocandum est. Perinde est καταδύομαι et καταδύνω dicere sensu intransitivo pro *subire*, *penetrare* in aliquem locum, et de sole dictum *occidere*. Reliqua tempora sunt καταδύσομαι, κατέδυν et Epicum κατεδύσετο pro κατέδυ et καταδέδυκα. Transitiva sunt καταδύω *demergo*, *deprimo*, et καταδύσω et κατέδυσα. Itaque absurdum est dicere Ἀπόλλων κατέδυσεν ἐς ἄδυτον. Sine vitio legitur Hymno in Mercurium vs. 68:

Ἠέλιος μὲν ἔδυνε κατὰ χθονός.

et vs. 197:

ταὶ δ' ἔβαν ἠελίοιο νέον καταδυομένοιο.

et vs. 146:

Ἑρμῆς — μεγάροιο διὰ κληῖθρον ἔδυνεν.

et vs. 237:

σπάργαν' ἔσω κατέδυνε.

ad hunc igitur usum constantem et perpetuum locus accommodandus est.

Pessimum in modum scribae et scioli mulcarunt locum vs. 309 sqq. ubi Apollo Cretensibus, quos invitos Crisam deduxerat, ita imperat:

Ξεῖνοι, τοὶ Κνωσσὸν πολυδένδρεον ἀμφινέμεσθε
τὸ πρίν, — —

— —

ἄγεθ' ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω πείθεσθε τάχιστα·
ἰσία μὲν πρῶτον κάθετον λύσαντε βοείας,
νῆα δ' ἔπειτα μέλαιναν ἐπ' ἠπείρου ἐρύσασθε,
ἐκ δὲ κτήματ' ἔλεσθε καὶ ἔντεα νηὸς ἔΐσης,
καὶ βωμὸν ποιήσατ' ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης·
πῦρ δ' ἐπικαίοντες ἐπί τ' ἄλφιτα λευκὰ θύοντες
εὔχεσθαι δὴ ἔπειτα παρισάμενοι περὶ βωμόν.

et post pauca:

ὡς ἐμοὶ εὔχεσθαι Δελφινίῳ.

— —

Digitized by Google

δειπνῆσαί τ' ἄρ' ἔπειτα
καὶ σπεῖσαι μακάρεσσι θεοῖς
αὐτὰρ ἐπὴν σίτοιο μελίφρονος ἐξ ἔρον ἧσθε,
ἔρχεσθαί θ' ἅμ' ἐμοὶ καὶ ἰηπαιήον' ἀείδειν.

Descripsi compluscula, ex quibus vera lectio exsculpi et stabiliri possit. Nempe absurdum est quod Apollo ad hanc virorum multitudinem verba faciens utitur *duali* numero:

ἰσία μὲν πρῶτον κάθετον λύσαντε βοείας.

Pugnat manifesto haec loquendi forma cum rei natura certaque ac necessaria sermonis Graeci lege et consuetudine, quam nemini violare aut deserere ius fuit umquam. Qui duos alloquitur ei plurali numero uti licet, sed si quis ad multos verba facit ei numero duali uti non licet. Est haec nata, non scripta lex, cui parendum est omnibus qui nolunt insanire aut delirare videri. Quae secus admissa esse eruditis videntur omnia vitiosa esse apparet. Teneamus igitur hoc firmiter, fieri non posse ut qui hymnum hunc in Apollinem olim panxit quisquis fuit ita sit locutus:

ξεῖνοι, ἰσία κάθετον λύσαντε βοείας.

Teneamus hoc quoque nihil esse mendosius quam Codices, unde Hymni Homerici sumti sint, quos omni genere vitiorum et errorum obsitos esse negat nemo et passim a futilissima Graeculorum natione sic interpolatos, ut pro vera et genuina lectione olim obscurata aut deleta inania sciolorum commenta exhibeant. Ecquis vano et mendaci testi credet id quod fieri non possit esse aliquando factum? Nemo paulo sanior hoc sustinebit facere. Superest igitur ut amissam antiquam lectionem quaeramus, si forte ex reliqua parte loci indagari possit. Cum versu corrupto

ἰσία μὲν πρῶτον κάθετον λύσαντε βοείας

componamus primum vs. 325:

ἰσία μὲν πρῶτον κάθεσαν λῦσαν δὲ βοείας.

et statim nascetur suspicio participium λύσαντε male pro verbo finito esse suppositum. Solent enim in talibus poëtae eadem verba mutata tantum forma iterare, ita ut si quis praemisisset

ἰσία μὲν πρῶτον κάθετον λύσαντε βοείας

ei sit necessario dicendum, ut significet facta esse quae imperasset:

Digitized by Google

ἰσία μὲν πρῶτον κάθεσαν λύσαντε βοείας.

Refert autem alia versus forma, in qua est verbum duplex κάθεσαν λῦσαν δέ, et morem usitatum veteribus cantoribus in tali re et est naturae rei, qua de agitur, convenientior. Nempe qui Graece ita dicit κάθετον ἰσία λύσαντε βοείας iubet τὰς βοείας λῦσαι primum, deinde καθεῖναι τὰ ἰσία, ut in μελὰν λαβέ, ἀνάγνωθι λαβών, εἶπε γελάσας, similibusque permultis.

Videndum ergo nunc nobis est an aliquid ex totius loci conformatione eruere possimus, quod omnes has difficultates molestiasque removeat. Diligenter considerato loco id me reperisse arbitror, nempe Apollo in tota hac ad Cretenses oratione *infinitivos pro imperativis* usurpaverat, quorum pars salva evasit, pars alia aliter concepit vitium. Sine labe elapsa haec sunt πὰρ δ' ἐπιπλῶντες — εὔχεσθαι δὴ ἔπειτα παρισάμεν περὶ βωμὸν, et ἀρ ἐμὲ εὔχεσθαι et δείπνῃσαι τ' ἄρ' ἔπειτα et στείχειν μετὰ τοῖσι et

ἐγγείλαι δ' ἂν ἐμὲ καὶ — ἀκοῦσαι.

Caeteri infinitivi omnes in priore parte loci diversis modis vitiati sunt, sed depressa semel fraude in integrum restitui poterant. Eove emicat in primo versu optima et expeditissima scriptura haec:

ἴσια μὲν πρῶτον καθίσαι λῦσαι δὲ βοείας.

Antiqua scriptura ΚΑΘΕΜΕΝΑΙΓΑΛΑΕ incertum quo casu in vulgatum καθέσαν λύσαντε abiit, sive quis offensus repentina conversione modorum καθεῖναι — καθέσαν λῦσαι δὲ de suo imperativum καθέσαι intulit, sive in libro lacero et perrose pauca verborum lacinias ΚΑΘΕ***ΑΙΓΑ** a sciolo rerum supplente sunt. In qua scriptura nullo negotio in ΚΑΘΕΜΕΝΑΙΓΑΛΑΕ restituendum est, et ἴσια πρῶτον ἐπὶ ἰσχίοις ἑλκτὰ in ἴσια πρῶτα, etc. i. l. Unum est paulo ad emendandum molestius in versu 511:

ἐκ δὲ κρεμασθῆναι ἔασε καὶ ἔστια πᾶσι θῆκε.

nihil mortuum ἔστια requirit. Omnia pariter dicimus:

ἐκ δὲ κρεμασθῆναι ἔασε καὶ ἔστια πᾶσι θῆκε.

Nihil enim refert utrum ἔστια an ἔδεσμα in hac argumentatione dicatur. Ergo omnes omnium difficultates removentur et apte omnia concurrunt ubi ita scripseris:

Digitized by Google

ἰσία μὲν πρῶτον καθέμεν λῦσαι δὲ βορείας,
νῆα δ' ἔπειτα μέλαιναν ἐπ' ἠπείρου ἐρύσασθαι,
ἐκ δὲ κτήματ' ἐλεῖν καὶ ἔντεα νηὸς ἐΐσης,
καὶ βωμὸν ποιῆσαι ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης·
πῦρ δ' ἐπικαίοντες ἐπί τ' ἄλφιτα λευκὰ θύοντες
εὔχεσθαι δὴ ἔπειτα παρισάμενοι περὶ βωμόν.

Praeterea in vs. 297:

ξεῖνοι, τοὶ Κνωσσὸν πολυδένδρεον ἀμφινέμεσθε
τὸ πρίν.

ne sit ambigua forma repone ἀμφενέμεσθε. Augmentum enim omitti non solet in iis verbis, ubi praesentis et imperfecti formae sola augmenti accessione distinguuntur.

Est in eodem Hymno et alius locus, ubi dualis haud minis absurde positus est atque in illo versu unde eum expulimus. Post quatuor versus optimos ex Odyssea desumtos vs. 274—278. ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐσέ; — κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες; haec adduntur:

τίφθ' οὕτως ἧσθον τετιηότες οὐδ' ἐπὶ γαῖαν
ἐκβῆτ' οὐδὲ καθ' ὅπλα μελαίνης νηὸς ἕθεσθε;

eosdem illos Cretenses Apollo alloquitur, quos vi tempestatis raptos quum Pylum peterent sinum Crisaeum intrare et Crisam appellere coëgerat. Non potuit ad illam multitudinem uti duali numero τίφθ' οὕτως ἧσθον τετιηότες; Baumeister duali numero, ut videtur, nihil offensus integerrimum τετιηότες tentavit et τετιηότε recepit in textum ἀκρίτως πάνυ simulque immanem hiatum invehit. Non est vulgata lectio ab ipso vetere cantore profecta. Per ipsam rei naturam et certum loquendi usum ἧσθον in ea re ponere non licebat, sed nunc quoque fucum nobis fecerunt temerarii correctores lacunam vetusti libri utcumque sarcientes. Fieri potest ut verum sit:

τίπτε κάθησθ' οὕτω τετιηότες;

aut aliud quid huiuscemodi, sed ἧσθον τετιηότες verum esse non potest. Ubi scioli aliquid de suo commenti sunt, difficillimum est aliquid certi praestare, nam praeter vulgatae labem certi nihil est in iis, ubi non uno modo et sententiae et Graecitati potest subveniri. Facilior aliquanto rat

Digitized by Google

est ubi in uno tantum verbo futilium Graeculorum temeritas grassata est, id quod factum esse suspicor in versu huius Hymni 118:

λάϊνον οὐδὸν ἔθηκε Τροφώνιος ἠδ' Ἀγαμήδης
υἱέες Ἐργίνου φίλοι ἀθανάτοισι θεοῖσιν.

Ferrum et saxa concoquere poterit cuius stomachus singularem numerum ἔθηκε sine ulla molestia feret. Supererat, credo, ϵΘ***ΤΡΟΦ, quod equidem in hunc modum expleverim:

λάϊνον οὐδὸν ἔθεντο Τροφώνιος ἠδ' Ἀγαμήδης.

Vitiosa forma irrepsit in vs. 342:

ἄκμητοι δὲ λόφον προσέβαν ποσὶν, αἶψα δ' ἵκοντο
Παρνησὸν καὶ χῶρον ἐπήρατον.

namque Graeci veteres non ἄκμητος dicebant sed ἀκμής, ut ἀδμής et ἀβλής, ut προβλής, ἀρρώξ, ἀγνώς, ὠμοβρώς similiaque multa. Opponi solent τοῖς κεκμηκόσιν οἱ ἀκμῆτες praeeunte Homero Iliad. Λ. 802:

ῥεῖα δέ κ' ἀκμῆτες κεκμηότας ἄνδρας ἀϋτῇ
ὦσαισθε πρὸς ἄξυ.

priscum vocabulum recentiores quidam scriptores, ut multa alia, recoxerunt et habent saepe in ore. Ἄκμητος qui dixerit veterem quidem et probatum scriptorem vidi neminem. Sequiores analogiam secuti, quae ἀδμής et ἄδμητος, ἀβλής et ἄβλητος, ἀρρώξ et ἄρρηκτος, ἀγνώς et ἄγνωστος suppeditabat, ἄκμητος quoque admiserunt. Ἀκμῆτες nunc quidem recte legitur in Hymno in Mercurium vs. 102:

ἀκμῆτες δ' ἵκανον ἐπ' αὔλιον ὑψιμέλαθρον.

sed libri vitiosum ἀδμῆτες exhibent, quod optime Ilgenius correxit.

Quaerit ex Apolline dux Cretensium vs. 348:

ὦ ἄν', ἐπειδὴ τῆλε φίλων καὶ πατρίδος αἴης
ἤγαγες, — πῶς καὶ νῦν βιόμεσθα; —
οὔτε τρυγηφόρος ἥδε γ' ἐπήρατος οὔτ' εὐλείμων,
ὥς' ἀπό τ' εὖ ζώειν καὶ ἅμ' ἀνθρώποισιν ὀπηδεῖν.

exemta una litterula in ultimo versu scribendum:

ὥς' ἀπό τε ζώειν.

Digitized by Google

Plane alienum ab huius loci sententia est τὸ εὖ ζῆν. Nil nisi de *victu* solliciti sunt novi sacrorum Apollinarium antistites. Agrum vident neque arationi idoneum neque pastioni. Ἀποζῆν sive ἀποζώειν dicuntur illi quibus ad vitam sustentandam satis est, ut apud Thucydidem noto loco I. 2: νεμόμενοι τὰ ἑαυτῶν ἕκαστοι ὅσον ἀποζῆν καὶ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχοντες — οὐ χαλεπῶς ἀπανίστατο, et sic saepe apud alios.

Apollo suos antistites sine cura esse iubet, namque victum opimum et epulas sine ullo labore numquam iis defore, vs. 358:

δεξιτερῇ μάλ' ἕκαστος ἔχων ἐν χειρὶ μάχαιραν,
σφάζειν αἰεὶ μῆλα· τὰ δ' ἄφθονα πάντα παρέσται,
ὅσσα ἐμοί κ' ἀγάγωσι περικλυτὰ φῦλ' ἀνθρώπων.

Intolerabilis in ultimo versu hiatus est, quem nullo negotio sic removebis ut scribas:

ὅσσα κ' ἔμοιγ' ἀγάγωσι.

Apollo novis sacerdotibus officia et munera quibus fungi debeant describit his verbis vs. 360:

νηὸν δὲ προφύλαχθε, δέδεχθε δὲ φῦλ' ἀνθρώπων
ἐνθάδ' ἀγειρομένων καὶ ἐμὴν ἰθύν τε μάλιστα.

ultima, ut vides, mendosissima sunt, sed frustra, credo, ex τε μάλιστα aliquid sani elicies. Requiritur imperativus aliquis, unde pendeant verba ἐμὴν ἰθύν, id est τὴν ἐμὴν ὁρμήν. Dicere potuit: custodite mihi templum, affluentem huc undique hominum multitudinem excipite, et *observate* quo ego intendam animum, id est hoc agite quid ego velim, capessite mea imperia. Nihil autem huiuscemodi ex ΤΘΜΑΛΙCΤΑ exsculpi potest. Habemus iterum veterem lacunam temere et sine sensu expletam. Reponi poterit id quod simul sententiae et linguae Epicae conveniat, neque opus erit anxie litterarum ductus et apices respicere. Ipse nihil reperi quod ab omni parte satisfaceret et Oedipum exspecto. Dixisse autem Apollinem aliquid in hanc sententiam: facite id quod ego volo, mihi dicto audientes estote, declarant ea quae continuo addidit:

Digitized by Google

εἰ δέ τι τηΰσιον ἔπος ἔσσεται ἠέ τι ἔργον
ἄλλοι ἔπειθ' ὑμῖν σημάντορες ἄνδρες ἔσονται,
τῶν ὑπ' ἀναγκαίῃ δεδμήσεσθ' ἤματα πάντα.

haec quidem satis perspicua sunt, sed tamen aliquid vitii. Perperam enim composita sunt τῶν ὑπ' ἀναγκαίῃ δεδμήσεσθε. Graecum est δέδμημαί τινι et δέδμημαι ὑπό τινι, ut in Iliad. Γ. 183:

ἦ ῥά νύ τοι πολλοὶ δεδμήατο κοῦροι Ἀχαιῶν.

et in Odyss. Γ. 304:

δέδμητο δὲ λαὸς ὑπ' αὐτῷ.

sed δέδμημαι ὑπ' ἀναγκαίῃ τινός dici non potest. Facillimum est hanc difficultatem tollere. Poëta dederat:

τοῖς ὕπ' ἀναγκαίῃ δεδμήσεσθε.

et ἀναγκαίῃ de more significat *vi coacti*, ἠναγκασμένοι, ut in Iliad. Δ. 300:

κακοὺς δ' εἰς μέσσον ἔλασσεν,
ὄφρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμίζοι.

et multis aliis locis. Sciolus ὑπ' ἀναγκαίῃ coniuncta esse ratus molestum τοῖς in τῶν converterat.

Admonet me forma δεδμήσεσθε formarum quarumdam apud Homerum, in quibus plerosque errare video: etiam Buttmannum, cui in talibus antepono neminem. In usu esse perhibent formas δαμάω et δαμάζω, quarum illa et *praesentis* temporis et *futuri* vim ac notionem contineat. Non est ita. Δαμάζω poëtis epicis numquam fuit in usu, qui aoristo utebantur frequentissime δαμάσαι et δαμάσασθαι, ut πετάσαι, κρεμάσαι, κεράσαι aliisque, quorum praesens forma non in -ζω, sed in -νυμι exibat. Praesens est in carmine Epico δάμνημι et δάμναμαι. Sat saepe δάμνημι et δάμνησι leguntur, quibus accedit imperfectum δάμνα et ἐδάμνα. Vitiosus est locus in Iliad. Ξ. 199:

δὸς νῦν μοι Φιλότητα καὶ ἵμερον ὥστε σὺ πάντας
δαμνᾷς ἀθανάτους ἠδὲ θνητοὺς ἀνθρώπους.

ubi emendandum est δάμνασαι pro δαμνᾷ, quemadmodum in Hymno in Cererem πίλνασαι pro πιλνᾷ revocavimus. Dicebant igitur Δάμνημι et Δάμναμαι, et in aoristo ἐδάμασσα. Tum δέδμημαι, ἐδμήθην et δεδμήσομαι, ut τέτμημαι, ἐτμήθην,

Digitized by Google

τετμήσομαι, ἐκτετμήσομαι. Pro ἐδμήθην promiscue ἐδάμην et ἐδαμάσθην usurpari solebant. Futurum formae activae apud Homerum est δαμόω, ut κρεμόω ex κρεμάσω, κρεμάω, κρεμῶ, κρεμόω Iliad. H. 83:

τεύχεα συλήσας οἴσω προτὶ Ἴλιον ἱρήν
καὶ κρεμόω προτὶ νηὸν Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο.

Ut igitur κρεμάννυμι habet κρεμόω et ἐκρέμασα, sic δάμνημι habet δαμόω et ἐδάμασα (ἐδάμασσα). Legitur illa futuri forma in Iliad. X. 271:

οὔ τοι ἔτ' ἔσθ' ὑπάλυξις, ἄφαρ δέ σε Παλλὰς Ἀθήνη
ἔγχει ἐμῷ δαμάᾳ· νῦν δ' ἀθρόα πάντ' ἀποτίσεις.

et in Iliad. Z. 368:

οὐ γὰρ οἶδ' ἢ ἔτι σφιν ὑπότροπος ἵξομαι αὖτις
ἢ ἤδη μ' ὑπὸ χερσὶ θεοὶ δαμόωσιν Ἀχαιῶν.

et de his quidem locis nulla est controversia. Errant eruditi in tertio futuri exemplo, quod exstat in Iliad. A. 61:

Ἀτρεΐδη [1]), νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω
ἂψ ἀπονοσφήσειν, εἰ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν,
εἰ δὴ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς.

sed nemo praesertim admonitus, si ea verba diligenter consideraverit, punctum temporis poterit dubitare quin εἰ in ea verborum compositione debeat *futurum* habere, ut in noto oraculo:

εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς.

et passim ac paene constanter in illa orationis forma apud omnes. Perinde est enim in tali re ubi est in apodosi futurum, in protasi ponere aut εἰ vel εἰ μή cum *futuro*, aut ἐάν vel ἐάν μή cum *coniunctivo*. Apponam ex Homero unum exemplum sed illi loco simillimum ex Iliad. E. 350:

εἰ δὲ σύγ' ἐς πόλεμον πωλήσεαι ἦ τέ σ' ὀΐω
ῥιγήσειν πόλεμόν γε καὶ εἴ χ' ἑτέρωθι πύθηαι.

et alterum ex Homerico Hymno in Mercurium vs. 176:

---

[1]) Sic per diaeresin scribendum Ἀτρεΐδη, nam tetrasyllabum hoc est, ut in omnibus huiuscemodi formis apud Homerum olim Digamma erat insertum: ΠηλεϜίδης, ἈτρεϜίδης. Itaque qua de causa apud Homerum εὐπλοΐη scribendum, sic et Ἀτρεΐδης, Πηλεΐδης similiaque incipiunt a dactylo.

Digitized by Google

εἰ δέ μ' ἐρευνήσει Λητοῦς ἐρικυδέος υἱός
ἄλλο τί οἱ καὶ μεῖζον ὄΐομαι ἀντιβολήσειν.

Ergo manifestum est δαμᾷ illic quoque esse futurum et verbi δαμάω nec vola nec vestigium superest.

Forma δαμάσσομεν, quae legitur in Iliad. X. 176, et δαμάσσεται Iliad. Λ. 478 et Φ. 226 sunt coniunctivi epico more correpti pro δαμάσσωμεν et δαμάσσηται.

In Homerico δαμᾷ nil iuvant veteres Lexicographi aut eruditi magistri. Apud Hesychium est Δαμᾷ: δαμάζει, quod sine controversia ad Homeri locum in Iliad. A. 61 est referendum. Vitiose apud eundem de eodem verbo hae glossae supersunt:

Δαμάσσετο: ἐδάμασε. pro Δαμάσσατο.
Δαμνᾶται: ἕλκει, βιάζεται, φθείρει. pro Δάμναται.
Δάμνει: δαμνάζει.
Δαμνήσει: δαμάσει.
Δάμνεται: δαμάζεται.

mendosa omnia pro Δάμνησι et Δάμναται. Nihili est Δάμνει pro Δάμνησι haud secus atque δαμνάζει pro δαμάζει. Pessime corruptum est Δεδήμνατο (inter Δεδηγμένος et Δεδικόνηκα collocatum) pro Δεδμήατο. Corruptum est Δμήτρα: δαμάτρα pro Δμήτειρα: δαμάτρια, sed omnium flagitiosissime vitiata sunt haec: Δμῆσαι: δαμάσαι, κρατῆσαι, et Ἔδαμνον: ἐδάμαζον. Utraque forma absurda est et Δμῆσαι et Ἔδαμνον ex magistellorum vitio nata, quos saepissime in manifestis erroribus deprehensos si audebis contemnere recte facies.

III.

Ad Hymnum in Mercurium.

Pauca adiiciam de locis quibusdam vitiatis in Hymno in Mercurium, in quo praeter complures lacunas, sat multa sunt ἀνηκέστως ἔχοντα, quae omnem emendaturi operam et studium pertinaciter eludunt. Leviora quaedam paullo melius quam adhuc factum est constitui posse videntur.

Superest vetus scripturae mendum in vs. 48:

πειρήνας διὰ νῶτα λιθορρίνοιο χελώνης.

Digitized by Google

quid enim sibi vult πειρήνας, διαπειρήνας νῶτα? Nihil ista significant. Verum esse suspicor τετρήνας διὰ νῶτα, id est διατετρήνας sive διατρήσας νῶτα. Sic enim Mercurius πῆξε ταμὼν δόνακας καλάμοιο. Quum nil nisi ϵTPHNAC in vetusto libro appareret confusis T et I, sciolus aliquis Π praefixit, et sic τετρήνας in πειρήνας abiit.

Leve scripturae mendum male a Graeculo curatum peperit graviorem errorem in vs. 94:

τόσσον φὰς συνέσευε βοῶν ἴφθιμα κάρηνα.

Scriptum erat, ut opinor, ΦACϵCϵTϵ omissa altera sibilante pro τόσσον φὰς ἔσσευε, quo facto aliquis metrum sarcire volens συνέσευε commentus est. Ἔσσευα Homericum est, non ἔσευα, et ἐσσεύετο, ἐσσεύοντο. Neque verbo composito locus est: ἔσσευε βοῶν ἴφθιμα κάρηνα, simpliciter est ἤλασε τὰς βοῦς, non συνήλασεν. Recte composito utitur vs. 106:

καὶ τὰς μὲν συνέλασσεν ἐς αὔλιον ἀθρόας οὔσας,

ubi creticus ἀθρόας metrum iugulat, ut vides. Insinuavit se ἀθρόας in verae lectionis locum, quam non difficile esse arbitror e fuga retrahere et in pristinam sedem reducere. Nempe sententia loci salva est, cui ἀθρόας egregie conveniret si per metrum eo vocabulo uti liceret. Quaerendum igitur id est quod habeat eandem significandi potestatem et numeris sit accommodatum. Non est autem diu quaerendum, nam unum tantum vocabulum est quod rei simul et versui conveniat ἀλέας, ut poëta dederit:

καὶ τὰς μὲν συνέλασσεν ἐς αὔλιον ἀλέας οὔσας.

Ἀλής et ἀθρόος est idem, ut ἀλίζειν, συναλίζειν et ἀθροίζειν, συναθροίζειν. Ἀλής, pro quo Homerus ἀολλής dicere solet, frequentissimo usu teritur apud Iones et Dores et crebro apud Herodotum legitur et Hippocratem. Hinc nata sunt ἀλία et ἀλιάζω, συναλιάζω et ἀλίζω, συναλίζω et ἀλιακτήρ. Ἀλία pro ἐκκλησία praesertim apud Dores usitatum est et hinc συναλιάζω apud Aristophanem in Lysistrata vs. 93:

τίς δ' αὖ συναλίαξε τόνδε τὸν ϛόλον
τὸν τᾶν γυναικῶν;

Hinc est apud Hesychium Ἀλιακτήρ: τόπος ἐν ᾧ ἀθροίζονται οἱ Σικελοί. Iones ἀλίζειν et συναλίζειν dicebant, quod ab iis

Digitized by Google

Xenophon sumsit, quum Athenienses *συλλέγειν*, *συνάγειν*, *ἀθροίζειν* pro eo solerent dicere. De quantitate primae syllabae dubitaverit forte aliquis propter Homericum *ἅλις*, quod priorem corripit, sed dubitare neminem sinet Euripides, qui bis usus est verbo Ionico *ἀλίζειν* prima producta. In *Hercule Fur.* vs. 412 est trochaicus dim. catal.

ἄγορον ἀλίσας φίλων.

et senarius in *Heraclidis* vs. 404:

χρησμῶν δ' ἀοιδοὺς πάντας εἰς ἓν ἀλίσας.

omnem denique scrupulum evellet Callimachi scazon:

εἰς τὸ πρὸ τείχευς ἱρὸν ἀλέες δεῦτε.

Rescribendum esse *ἀλέας* pro *ἀθρόας* eo magis simile veri videbitur ubi reputaveris antiquum vocabulum *ἀλής* ita in libris explicari solere, ut ei *ἀθρόος* superscribatur. Apud Herodotum *ἀλής* et *ἀλίζειν* integra manserunt. Apud Hippocratem non semper *ἀλής* aut corruptelam aut interpolationem effugit. Recte habet apud Hippocr. *de Morbis* p. 464, 13 Foes. *ὅταν φλέγμα ῥυῇ ἀλὲς κάτω*, sed in re eadem legitur p. 451, 47: *ὅταν φλέγμα ῥυῇ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἀλὲς [ἀθρόον] ἐς τὴν ἄνω κοιλίην.* Dubitasne quin *ἀθρόον* sit scioli interpretamentum praecedentis *ἀλές*? Similiter in *Coac.* p. 169 C. *φλέγμα ἀλὲς [συχνὸν] σὺν πόνῳ διέρχεται* scioli manus *συχνόν* videtur addidisse. Aliud genus erroris est apud Hippocr. *de morbis mulierum* p. 604, 50: *βιασθεῖσαι ὑπὸ τοῦ αἵματος ἀλέως ἐξαπίνης κατελθόντος.* Nihili est *ἀλέως* et emendandum est *ἀλέος ἐξαπίνης κατελθόντος*. Saepe vidi genitivos *βαρέος*, *βαθέος*, *ταχέος* in — *έως* depravatos. Itaque quum olim in Hymno Homerico ΑΛΕΑΣ legeretur, suprascriptum interpretamentum *ἀθρόας* ita uti fit in antiquae lectionis locum subrepsit.

Nihili verbum legitur vs. 109:

δάφνης ἀγλαὸν ὄζον ἑλὼν ἐπέλεψε σιδήρῳ.

namque *ἐπιλέπειν* contra rei naturam formatum est. *Λέπειν* admittit composita *ἐκλέπειν*, *ἀπολέπειν* et *περιλέπειν*, quibus plurimi utuntur, sed *ἐπιλέπειν* neque dixit quisquam nec dicere potuit. Reponendum est *ἀπέλεψε σιδήρῳ*. Saepe in hoc verbo scribae peccant. Quod Homerus graphice dixerat Iliad. Φ. 455:

Digitized by Google

σεῦτο δ' ὅγ' ἀμφοτέρων ἀπολεψέμεν οὖατα καλά,

alii olim in ἀποκοψέμεν depravarunt, alii in ἀπολουσέμεν, et apud Hesychium portentose dederunt stipites: ἀπολελειψεμένου τὰ καλά. Eximia est emendatio versiculi Euripidei in Cyclope vs. 236 a Ruhnkenio reperta, qui pro

μάσιγί τ' εὖ τὸ νῶτον ἀποθλίψειν σέθεν,

acutissime correxit ἀπολέψειν. Quemadmodum proprie dicitur ὄζον sive κλάδον σιδήρῳ ἀπολέπειν, sic figurate Euripides dixit τὸ νῶτον ἀπολέπειν μάσιγι.

Non est forma epica, quae legitur vs. 140: ἐμάρανε:

ἀνθρακιὴν δ' ἐμάρανε κόνιν δ' ἀμάθυνε μέλαιναν.

requiritur enim vel ἐμάρηνε vel imperfectum ἐμάραινε.

Sine sensu positum est participium νέμοντα vs. 188:

ἔνθα γέροντα
κνώδαλον εὗρε νέμοντα παρὲξ ὁδὸν ἕρκος ἀλωῆς.

Repositam dudum oportuit Ruhnkenii emendationem δέμοντα, coll. vs. 87. δέμων αἴθουσαν ἀλωήν.

Reperta est vera lectio sed ab Editore spreta vs. 202:

ὦ Φίλος, ἀργαλέον μὲν ὅσ' ὀφθαλμοῖσιν ἴδοιτο
πάντα λέγειν.

ἴδοιτο intelligi non potest. Id quod sententia loci postulat Graece duobus modis dici solet, aut ὅσα ἴδοι τις aut ὅσα ἴδοιο. Illo modo loquuntur Attici, hoc epici utuntur. Olim Barnesius ἴδοιο restituit, quod unice verum est.

Obiter repone vs. 233 κατεβήσετο pro barbaro κατεβήσατο, et vs. 255 θᾶσσον pro Attico θᾶττον, et vs. 274 vetus εἰ δ' ἐθέλεις pro novitio εἰ δὲ θέλεις.

Ferri nullo modo potest quod editur vs. 365:

ἤτοι ἄρ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο Φοῖβος Ἀπόλλων

inepte ἄρ' inseritur duobus locis. Ex Homero, unde hic versus cum aliis plurimis sumtus est, reponendum:

ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο.

Digitized by Google

Mendum inest in vs. 374:

μηνύειν δ' ἐκέλευεν ἀναγκαίης ὑπὸ πολλῆς
πολλὰ δ' ἔμ' ἠπείλησε βαλεῖν ἐς Τάρταρον εὐρύν.

requiro enim futuri formam solutam βαλέειν et verbum compositum ἐπαπειλεῖν *addere minas*. Quamobrem ita dedisse poëtam arbitror:

πολλὰ δ' ἐπηπείλει βαλέειν.

apte componuntur duo imperfecta ἐκέλευεν — ἐπηπείλει. Tralaticius est scribarum error, quo π et μ confunduntur. Exempla sunt passim obvia. Luculentissimum est in huius loci vicinia vs. 357, ubi in Codd. est διὰ πῦρ μάλ' ἄμησεν, sed palmaria emendatione διαπυρπαλάμησεν restituit Ilgenius.

Eximendus est intolerabilis hiatus e versu 398:

ἐς Πύλον ἡμαθόεντα ἐπ' Ἀλφειοῦ πόρον ἶξον,

non ea fuit veterum cantorum infantia ut istiusmodi versum pangerent. Confusae sunt duae praepositiones et ita rescribendum:

ἐς Πύλον ἡμαθόεντα κατ' Ἀλφειοῦ πόρον ἶξον.

cursum fluminis secuti Pylum pervenisse dicuntur.

Reliquos Hymnos Homericos in aliud tempus sepono.

C. G. Cobet.

THEMISTII LOCUS CORRECTUS.

De imitatione Dei scribit Themistius pag. 9 A. μιμεῖται δὲ ἐκεῖνον οὐχ ὁ τὰς τιμὰς αὐτοῦ διώκων ἀλλ' ὁ τὴν ἀρετήν, οὐδὲ ὅσις ἀξιοῦται ζηλωτὴς ἀλλ' ὅσις ὢν μεταδίδωσιν. Ultima sunt sensu vacua, sed certa correctione in integrum restitui possunt. In ΩN inerat ὤν, non ὢν, et sic erat scribendum: ἀλλ' ὅσις ὤν μεταδίδωσιν. Itaque quae praecedunt in hunc modum corrigenda sunt: οὐδὲ ὅσις ὤν ἀξιοῦται ζηλωτὴς ἀλλ' ὅσις ὤν μεταδίδωσιν, quae sententia tam perspicua quam vera est.

C. G. Cobet.

Digitized by Google

AD CICERONIS PLANCIANAM.

Corrupti libri sunt in Plancianae loco § 7: *Quid? tu* magni *dignitatis iudicem putas esse populum?* In MAGNI quid lateat adhuc quaeritur. Me iudice proxime ad veram lectionem accessit Ravius quum coniiceret: *tu* verum *dignitatis iudicem* cett. nam nihil aliud commode loci sententia admittit nisi aliquod *iudicis* ἐπίθετον. Sed *verum* non placet, praeplacet *aequum: tu* aequum *dignitatis iudicem putas esse populum?* Occupatum id est, ut nunc video, a Lambino, cui Cicero scripsisse videbatur: *Quid?* tune aequum *dignitatis* cet. Videtur mihi ea coniectura ex hoc ipso Ciceronis loco luculenter posse confirmari. Nempe disertis verbis Cicero continuo demonstrat populum dignitatis iudicem esse *iniquum*, ubi dicit: *nam quod ad populum pertinet, semper dignitatis iniquus iudex est qui aut invidet aut favet.* Est autem in his verbis aliquid quod me offendat. Sunt enim haec ita comparata quasi *populus* subiectum sit ex superioribus cogitando repetendum in hunc modum: *nam quod ad populum pertinet,* (*populus*) *semper dignitatis iniquus iudex est,* quae non est apta vel Cicerone digna sententiae conformatio. Cicero usus est ἐνθυμήματι, quod appellant, quo simul populum dignitatis aequum iudicem esse negavit et cur id ita esset ostendit. Hoc tu duabus litterulis repetitis ita restitues: *semper dignitatis* IS *iniquus iudex est qui aut invidet aut favet.* Graece dixeris κακὸς κριτὴς ὃς ἂν ἤτοι φθονῇ ἢ χαρίζηται. Hinc igitur consequitur populum utpote neque invidia umquam neque favore sive gratia vacuum aequum dignitatis iudicem esse non posse. Itaque Cicero non contumeliose pronuntiavit populum dignitatis iudicem iniquum esse, sed demonstravit cur suapte natura populus nequeat huius rei iniquus iudex non esse. Praeterea sic demum recte dictum est *nam quod ad populum pertinet.*

Digitized by Google

In § 8. scribendum esse: *quod patres — tenere non potuerunt — id haberent iudices,* QUOD *multo etiam minus esset ferendum,* et *eius* EXITIO *qui creatus sit* pro EXILIO, admonuimus supra pag. 199. Solet in libris EXILIUM scribi, non EXSILIUM, idque ex perantiquis scripturae mendis pellucet, veluti in Plancianae § 83, ubi verba Ciceronis *me idcirco mea lege* EXILIO AMBITUM SANXISSE, a stolidis scribis depravata sunt in EX ILLO AMBITU SENSISSE et EX ILLO AMBITU TRAXISSE.

Perperam repetito vocabulo editur in Planciana § 11: *est enim haec conditio — huius principis populi — posse suffragiis suis vel dare vel detrahere quod velit cuique: nostrum est autem* [NOSTRUM], *qui in hac tempestate populi iactemur ac fluctibus, ferre modice populi voluntates.* Quid causae esse dices cur ita NOSTRUM repetatur? Quae est in eo vocabulo vis tanta et acrimonia cur sic repetitum urgeatur atque emineat? Nulla prorsus. Sedato animo et composito Cicero disserit: *populi est dare honores vel non dare, nostrum est autem ferre populi voluntatem.* Minime admittunt haec istam vehementiam *nostrum est autem, nostrum* vel *nostrum est autem, nostrum inquam,* quae perinepta sunt. Advertit sciolum forma compositionis *nostrum qui* et repetito inter versus vocabulo *nostrum qui* iuncta esse notavit.

Haereo in loco Plancianae § 12: *Venio iam ad ipsius populi partes, ut illius contra te oratione potius quam mea disputem.* Non sunt haec sat commode divisa neque apta inter sese, *venio ad populi partes* ut — *contra te disputem.* Nihil aliud est enim *ut contra te disputem* quam *ad disputandum contra te,* vel *id agens,* vel *eo consilio ut contra te disputem,* quod quid sit intelligi non potest. Nisi plura exciderunt veluti (*de qua re ita dicam*) *ut illius contra te oratione — disputem,* vel aliud quid huiuscemodi, fieri potest ut unum tantum vocabulum sit e fuga retrahendum in hunc modum: *venio iam* (ITA) *ad ipsius populi partes* cet. vel *venio iam ad ipsius populi partes* (SIC) *ut illius* cet. quemadmodum paulo ante dixit § 10: *de quo ipso tecum* ita *contendam ut conservem dignitatem tuam,* et alibi sexcenties.

Digitized by Google

In Plancianae § 15 Cicero inducit ipsum populum Romanum cum Plancio sic agentem: *sitientem me virtutis tuae deseruisti ac reliquisti. Coeperas enim petere tribunatum plebis temporibus iis quae istam eloquentiam et virtutem requirebant: quam petitionem quum reliquisses, si hoc indicasti, tanta in tempestate te gubernare non posse, de virtute tua dubitavi, si nolle, de voluntate. Sin, quod magis intelligo, temporibus te aliis reservasti, ego quoque ad ea te tempora revocavi, ad quae tu te ipse servaras.* Descripsi locum ut mihi ab ipso Cicerone profectus esse videtur. In libris est fatuum emblema hoc: *ego quoque* [inquiet populus Romanus] *ad ea te tempora revocavi* cet. Inseruntur ista *inquiet populus Romanus* quasi cavendum esset ne quis ea ex Ciceronis persona dici putet, qui inanis et ineptus metus est. Ne dicam rem ipsam ex sese satis esse manifestam, ipsa orationis bipartito divisae forma *si hoc indicasti —, sin, quod magis intelligo* clamat ab uno eodemque haec omnia dici. Itaque illud *inquiet populus Romanus,* quod omnino inutile et supervacaneum est, hoc certe loco interponi prorsus non potuit. Talia scioli addunt aut puerorum causa aut eorum qui parum aut nihil differunt a pueris, videlicet ne de se ipso putent Ciceronem dicere: *ego quoque ad ea te tempora revocavi* cet.

Saepe prodest stuporis, qui in scribis est et sciolis, insigne aliquod documentum notare. Fecerat Cicero populum Romanum ita dicentem § 13: *aediles quicumque erunt iidem mihi sunt* ludi *parati; tribuni plebis permagni interest qui sint.* Pro LUDI in optimo Codice est *iudi,* in deteriore *iudices* et sic (si Musis placet) olim vulgo circumferebatur: *iidem mihi sunt* iudices *parati.* Lepidum caput pro LUDI in tali loco IUDI dedit, sed palmam stoliditatis praeripit corrector qui IUDI in IUDICES convertit. Nil aliud agebat homo nisi ut vocabulum *Latinum* daret. De sententia loci ne cogitat quidem. Sic in § 33 pro EDICTO IUSTITIO in libris est aut *edicio iusticio* stulto errore, aut *editicio iustitio* etiam stultiore correctione. Vidimus supra EXITIO, EXILIO et EX ILLO confusa. Sic in § 45 libri exhibent *mirabor* telis *armis uti* — *noluisse* pro TE IIS. Scatent

Digitized by Google

erroribus hoc genus libri omnes, ut scribas nihil cogitare et correctores nihil sapere fiat ubique manifestum. Subiiciam pauca de multis.

In libris est

§ 10	*enudata*	pro	*enucleata*
12	*nominis*	"	*non nimis*
13	*populus*	"	*quo plus*
14	*consiliari*	"	*consulari*
26	*errore*	"	*ferro*
29	*putas*	"	*pietas*
"	*fugata*	"	*fucata*
31	*elementis*	"	*clementes*
36	*solatiis*	"	*sodaliciis*
37	*huius caerei*	"	*huiusce rei*
38	*etiam*	"	*Maeciam*
47	*doces equestrem*	"	*doce sequestrem*
49	*commotus*	"	*comitiis*
60	*dissipares*	"	*dispares*
62	*forum*	"	*eorum*

et contrario errore stolidissimo § 66. *pressi* EORUM pro FORUM. Similia hisce per totam orationem sparsa sunt, correcta plerague, nonnulla etiam nunc emendatricem manum exspectantia.

Non vacant mendo verba Ciceronis in § 17: *hoc tamen miror cur huic potissimum irascare, qui longissime a te afuit. Equidem, si quando, ut fit, iactor in turba, non illum accuso qui est in summa sacra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor, sed eum, qui in me ipsum incurrit atque incidit. Tu neque Q. Pedio, forti viro, suscenses neque huic A. Plotio, ornatissimo homini, familiari meo, et ab eo, qui hos dimovit, potius quam ab iis qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas.* Vitiosa est compositio *neque Pedio suscenses neque Plotio*, et *a Plancio te depulsum putas.* Requirebatur certe adversativa *sed* pro *et.* Equidem neque *et* neque *sed* dedisse Ciceronem arbitror. Suspicor in *suscenses* vitium inesse et neglectam esse tenuem lineolam in SUSCENSĒS, ut verum sit: *Tu neque Q. Pedio* SUSCENSENS *neque huic A. Plotio — familiari meo, ab iis qui* cet.

Digitized by Google

Cicero ad Plancii accusatorem M. Iuventium Laterensem § 18. ita dicit: *Est tuum nomen utraque familia consulare*, et paucis interiectis: *Tu es e municipio antiquissimo Tusculano, ex quo sunt plurimae familiae consulares, in quibus est etiam Iuventia: tot ex reliquis municipiis omnibus non sunt.* In libris haec est scripturae discrepantia *sunt plurimae familiae, plurimae sunt familiae, plurimae familiae sunt*, et pro *tot* ex aliis libris *quot* affertur. Quis praesertim admonitus negabit scioli annotatiunculam esse *in quibus est etiam Iuventia*, qua nihil esse potest ineptius. Cicero certe dixisset, credo, *in quibus est etiam* TUA, sed quid magis puerile est quam ubi dixeris *est tuum nomen utraque familia consulare*, et addideris *tu es e municipio antiquissimo Tusculano, ex quo sunt plurimae familiae consulares*, tum vero addere *in quibus est etiam tua.* Perinde est ac si dixisset: *Tu es familia consulari e municipio antiquissimo Tusculano, ex quo sunt plurimae familiae consulares, in quibus est etiam tua.* Quod autem pro TUA positum est IUVENTIA demonstrat a sciolo annotatum esse puerorum causa, qui quae continuo praecedunt oblivisci solent. Sublato semel emblemate sua sponte redit oratio in formam pristinam quae haec est: *Tu es e municipio antiquissimo Tusculano, ex quo* TOT *familiae sunt consulares,* QUOT *e reliquis municipiis omnibus non sunt. Plurimae*, quod incerta sede volitat, interpolatum est, et semel recepto magistelli additamento pristina loci compositio TOT *familiae* — QUOT *e reliquis omnibus non sunt* est vitiata.

Idem genus erroris, ut interpolationem corruptela antiquae scripturae sequeretur, infecit locum vicinum § 19. *Primum utrum magis favere putas Atinates an Tusculanos suis? Alteri — mirandum in modum laetati sunt: alteros — numquam intellexi vehementius — laetari.* Cicero dederat UTROS *magis favere putas suis?* Adscripsit homo puerilis ingenii *Atinates an Tusculanos*, quo emblemate recepto UTROS in UTRUM refingendum fuit. Cicero si ipse *Atinates* et *Tusculanos* nominare voluisset alia ratione minus dura verba composuisset. Praeterea *alteri — alteri* praecedere *utros* demonstrat: dedisset enim *illi* et *hi* si nominasset utrosque.

Digitized by Google

Rectius Orellius quam Baiterus constituit locum Plancianae § 19: *alteros* (Tusculanos) — *numquam intellexi vehementius suorum municipum honore laetari.* Rectissime enim Orellius *municipum* resecuit. In libris est *municipium, municipum, hospitum* et *hominum*, quae omnia spuria sunt et insiticia. Probum et integrum est SUORUM *honore laetari*, ut paulo ante *utros magis favere putas* SUIS, et § 22. *nostra illa — fidelis et simplex et fautrix* SUORUM *regio.* In *sui* inest amoris et caritatis notio, quae in *sui municipes* non inest. Multo etiam gravius in re simillima peccatum esse video in § 20: *Num quando vides Tusculanum aliquem de M. Catone illo, in omni virtute principe, num de Ti. Coruncanio* [municipe suo], *num de tot Fulviis gloriari?* Fieri nullo pacto potest ut insulsum illud *municipe suo* ab ipsius Ciceronis manu profectum sit. Commemorat viros nobilissimos, quos omnes Tusculo ortos sciebant, eosque sic commemorat ut dicat Tusculanos saturatos suorum honoribus proptereaque iis non vehementius laetari solitos neque de M. Catone, neque de Ti. Coruncanio, neque de tot Fulviis gloriari. Quis serio credat sanum scriptorem de horum uno addere potuisse eum *Tusculanum fuisse?* idque non de primo, neque de tertiis id adiecisse, sed de eo qui inter Catonem et Fulvios medius interponatur? Aliquanto probabilius est eundem hominem et paulo ante *municipum* inseruisse de suo, et in his *municipe suo* interpolavisse. Quo melius sentias quam sit vulgata lectio fastidienda compone mihi cum ea locum qui continuo sequitur: *At in quemcumque Arpinatem incideris, etiam si nolis, erit tamen tibi fortasse etiam de nobis aliquid, sed certe de C. Mario audiendum.* Quid diceres si in libro aliquo esset *de C. Mario* municipe eius *audiendum?* Nauseam, credo, et taedium tibi pareret. Sed nihilo minus ineptum et inficetum est illud *municipe suo* superiore loco interpolatum.

Adscripsi locum ex § 20. quemadmodum a Baitero constitutus est, Orellius enim dederat: *erit tamen tibi fortasse etiam de nobis aliquid*, aliquid *certe de C. Mario audiendum.* Unice vera est lectio quae et alibi et in Scholiis Bobiensibus servata

Digitized by Google

est: *fortasse etiam de nobis aliquid*, sed certe *de C. Mario*. Modeste de se interposuit *fortasse etiam de nobis* ALIQUID, de C. Mario confidentius *sed* CERTE *de C. Mario*. Eodem modo permodeste cauteque dixit § 24. ALIQUID *attulimus etiam nos*. Similiter Graeci dicebant: ἴσως μέν τι καὶ περὶ ἡμῶν, πάντως δὲ περὶ τοῦ Μαρίου ἀκούσει. Eadem orationis forma est in § 43. *si reus tribus ederet, Voltiniam fortasse Plancius, — suam vero certe edidisset*, id est πάντως δὲ τὴν ἑαυτοῦ προὐβάλετ' ἄν. et in § 53: *qui te incautum fortasse nunc tuo loco demovere potuerunt, providentem autem et praecaventem numquam certe movebunt*, ubi receperim Ernesti correctionem *certe demovebunt*.

Paulo ante in libris est intolerabile ἀσύνδετον § 20: *Quid ego de me, de fratre meo loquar?* Emendandum esse censeo: *Quid ego de me, (quid) de fratre meo loquar?*

Ferri nullo modo potest molestum adverbium quod nescio quo pacto irrepsit in Plancianam § 26. *ante reditum meum Cn. Plancio se vulgo viri boni cum* HIC *tribunatum peteret ultro offerebant*. Num quis aequo animo audire poterit ita dicentem: *cum Romae tribunatum (plebis) peteret?* Difficile enim erat alibi petere. Si in tali re *Romae* nullo modo addi potest, etiam adverbio *hic* nullus in ea re locus conceditur.

Male abundat pronomen in verbis Plancianae § 30: *Hunc tu vitae splendorem maculis adspergis* [istis]. *Iacis adulteria —. Bimaritum appellas —. Ductum esse ab eo in provinciam aliquem dicis libidinis causa*. Expellendum *istis* censeo, quia Cicero in iis quae continuo sequuntur non enumerat *istas* maculas, sed ἐπεξηγεῖται τὸ *maculis adspergis*. Perspicuum est quam facile e vicinis syllabis male repetitis ISTIS nasci potuerit.

Non est autem perspicuum quid sit quod a Cicerone continuo additur: *non crimen est sed impunitum in maledicto mendacium*. Non est enim *in maledicto mendacium*, nam totum illud maledictum, si quid Ciceroni credimus, de nihilo fic-

Digitized by Google

tum est. Suspicor genuinum esse *sed impunitum maledici hominis mendacium.* In ex praecedenti litera M oriri potuit, et hinc *in maledicto* esse natum.

Asyndeton est in Planciana § 35. non Ciceronis voluntate, sed scribarum negligentia invectum. Dixerat Cicero: *quod quisque dixit, me id dixisse dicunt*, quibus haec continuo addit: *Ego autem si quid est quod mihi scitum esse videatur — non aspernor: stomachor cum aliorum non me digna in me conferuntur.* Sic Baiterus edidit: Orellius inseruit voculam: *stomachor* (vero) *cum.* Lenius aliquanto est restituere: SED *stomachor* cet. nam dabitur mihi, credo, istud ἀσύνδετον servari nullo modo posse.

Criminatur Plancii patrem Laterensis § 35. *quod primus scivit legem de publicanis.* Respondet Cicero: *si in eo crimen est — quia primus scivit, utrum id sortis esse vis an eius, qui illam legem ferebat? Si sortis, nullum crimen est in casu: si consulis, splendor etiam Plancii hunc a summo viro principem esse ordinis iudicatum.* Vehementer me in his offendit pronomen *hunc:* namque non pronomini magis quam nomini in tali re locum esse sentio. Quemadmodum dici non potest *splendor est Plancii* Plancium *ordinis equestris principem esse iudicatum*, sic ne *hunc* quidem recte ponitur. Quid, si Cicero TUNC scripsit, id est *illo tempore* quum Caesar Consul legem de publicanis ferret.

De iudicibus editiciis ex lege Licinia de sodaliciis agens Cicero § 36 ita dicit: *Neque enim quidquam aliud in hac lege nisi editicios iudices es secutus, quod genus* iudiciorum *si est aequum ulla in re nisi in hac tribuaria* cet. Editicii iudices erant, ut opinor, certum genus *iudicum*, non *iudiciorum*, idque sine mora Ciceroni reddendum censeo: *quod genus* IUDICUM *si est aequum* cet.

Commemorat Cicero § 37. cur senatus in hoc iudicio de sodaliciis tribus ab accusatore edi voluerit. *Hoc igitur sensimus: cuiuscumque tribus largitor esset per hanc consensionem*

Digitized by Google

quae magis honeste quam vere sodalitas nominaretur, quam quisque tribum turpi largitione corrumperet, eum maxime iis hominibus qui eius tribus essent esse notum. Mirifice hic locus corruptus et interpolatus est sed tamen ut sit sanabilis. Duplex in eo loco scriptura est, altera Ciceronis, altera scioli verba Ciceronis interpretantis. Cicero dixerat CUIUS QUISQUE TRIBUS LARGITOR ESSET, quae sciolus sic interpretatus est, *quam quisque tribum turpi largitione corrumperet.* Verba Ciceronis aliquam labem conceperunt. CUIUS QUISQUE abiit in CUIUSCUMQUE. Interpres erravit ipse quum pro, CUIUS QUISQUE TRIBUS LARGITOR ESSET daret, *quam quisque tribum turpi largitione corrumperet,* nempe sine ulla ratione *turpi* addidit et LARGITOR ESSET non significat *corrumperet,* sed *corrupisset.* Praeterea male adhaesit pronomen *iis* in extremo loco *eum maxime* iis *hominibus qui eius tribus essent esse notum. Tribules* enim cuiusque tribus appellantur *homines qui eius tribus essent,* et perspicuum est Ciceronem dixisse: *cuius quisque tribus largitor esset eum maxime tribulibus eius tribus esse notum,* non *iis* tribulibus eius tribus. Itaque Ciceronis locus in hunc modum constituendus est: *Hoc igitur sensimus: cuius quisque tribus largitor esset per hanc consensionem, quae magis honeste quam vere sodalitas nominaretur, eum maxime hominibus, qui eius tribus essent, esse notum.*

Pergit Cicero § 37 de iudicibus editiciis ita dicere: *Acerbum omnino genus iudicii, sed tamen, si vel sua vel ea, quae maxime esset cuique coniuncta, tribus ederetur, vix recusandum.* His verbis aliquid ad integritatem deest quod sic supplendum est: *si* (CUI) *vel sua — tribus ederetur.* Dativus huiusmodi non potest abesse, ut in § 42 *si* — HUIC *et suam et ab hoc observatas tribus ederes.*

Gravis interpolationis suspicio premit verba haec Plancianae § 38: *cuius tu tribus venditorem — Plancium fuisse clamitas, eam* [tribum] *profecto — edere debuisti.* In huiusmodi traiectione nomen traiectum sine ulla utilitate iterum apponere magistelli alicuius magis est quam Ciceronis.

Digitized by Google

Multis modis perturbatus et impeditus est locus in § 39: *Tu deligas ex omni populo aut amicos tuos aut inimicos meos aut denique eos, quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles existimes? Tu me ignaro, nec opinante, inscio notes et tuos et tuorum amicorum necessarios vel iniquos vel meos vel etiam defensorum meorum, eodemque adiungas quos natura putes asperos atque omnibus iniquos? Deinde effundas repente, ut ante consessum meorum iudicum videam, quam potuerim qui essent futuri suspicari* cet. In his eadem sententia bis aliis verbis enunciatur. Eodem redit quod prius dicitur, *Tu deligas ex omni populo — quos crudeles existimes*, et quod statim additur, *Tu me ignaro — quos natura putes asperos atque omnibus iniquos*. Sententia est prorsus eadem, forma non multum diversa. Ostendit bis eodem modo quam iniquum sit iudices accusatoris arbitratu constitui, et contra sententiam legis et contra consilium senatus fieri docet, ut accusator deligat aut amicos suos aut rei inimicos aut denique eos quos natura asperos atque omnibus iniquos esse putet. Putabimusne ipsum Ciceronem ita peccasse ut plane idem sine ulla ratione bis verbis leviter mutatis enunciaret? Mihi quidem id non fit credibile, sed partem loci nescio quomodo interpolatam esse suspicor. Praeterea nonnulla in repetita sententia mendose scripta sunt. Primum quis ferat *me* IGNARO, *necopinante*, INSCIO? In libris pro *inscio* est *insieco* et *insicco*, in quo quid aliud lateat non exputo, sed *ignaro — inscio* copulari non posse perspicuum est. Deinde *vel* in VEL *iniquos* molestum est. Quae est ista compositio: *tu notes* ET *tuos necessarios* VEL *iniquos meos?* Etiam hoc offendit INIQUOS *vel meos vel etiam defensorum meorum*. Neque enim recte dicitur INIQUI *mei* et augetur etiam illa molestia quia statim sequitur *atque omnibus iniquos*. Haec autem difficultas percommode tolli poterit. Pro INIQUOS *meos* emendandum est INIMICOS *meos*, qui frequens et tralaticius scribarum error est, ut in § 8 ubi recte editur INIQUUM *in discrimen adducas dignitatem tuam*, sed in libris est *inicum* et *inimicum*. Eodem utendum remedio est § 57: *multi amici accusatoris, nonnulli etiam nostri* INIQUI, imo vero INIMICI.

Nil desiderarem amplius si Ciceronis sententia his verbis concepta esset: *Tu deligas ex omni populo aut amicos tuos aut*

Digitized by Google

inimicos meos aut denique eos, quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles existimes: deinde effundas repente, ut ante consessum meorum iudicum videam quam potuerim qui essent futuri suspicari cet.

Contra loci sententiam legitur *referret* in his Plancianae verbis § 41: *cum ex* CXXV *iudicibus principibus equestris ordinis quinque et* LXX *reus reiiceret, quinquaginta* REFERRET. Commemoratur magna legis acerbitas in iudicibus editiciis contra eam aequitatem quam Romae fuisse praedicat Cicero in Cluentiana cap. 43: *Neminem voluerunt maiores nostri — iudicem esse nisi qui inter adversarios convenisset.* Scilicet accusator edebat reo iudices CXXV, quorum partem reiiciebat, partem non *referebat* (quod absurdum est), quid igitur? nempe *retinebat.* Reiecta parte iudicum caeteris contentus esse reus debebat. Quin igitur emendamus, *cum ex* CXXV *iudicibus — quinque et* LXX *reus reiiceret, quinquaginta* RETINERET?

Magister nescio quis in Planciana XVII. § 43. de suo aliquid addidit, quod ipse Tullius non potuit in iudicio dicere. Editur: *Et si quaesitor huic edendus fuisset, quem tandem potius quam hunc C. Alfium* [quem habet] — *edidisset?* Satis sciebant qui haec Ciceronem dicentem audiebant C. Alfium ei quaestioni praeesse, (videbant enim), et etiamnunc unusquisque nisi est admodum obtusus ac hebes idem ex verbis Tullianis continuo colliget. Redeant igitur verba *quem habet* in oram libri, unde male olim irrepserunt.

Nescio quo errore scribarum tritissimum verbum vitiatum est in Planciana § 45: *neque hoc liberis nostris interdicendum est ne observent tribules suos, ne diligant, ne conficere necessariis suis suam tribum possint, ne par ab iis munus in sua petitione* RESPECTENT. Qui alicui benigne fecerit, potest ab eo par beneficium *exspectare*, non *respectare*, quamobrem nihil aliud Ciceronem dedisse suspicor quam: *ne par ab iis munus in sua petitione* EXSPECTENT. *Respicere* et *respectare* ea dicimur quae a tergo sunt, quae praeterierunt, quae relinquimus, et saepe ea quae negligit aliquis aut quorum est immemor

Digitized by Google

respicere iubetur quasi oculos ab iis aversos habeat. Pulchre dicit Cicero pro Sestio cap. 13: *Verum haec ita praetereamus ut tamen intuentes et* respectantes *relinquamus.* Itaque fieri non potest ut quis ab eo cui benigne fecerit par munus *respectet.* Quia haec non de praeterito beneficio sed de futuro dicuntur, nulla datur optio et *exspectandi* verbo soli locus est.

Non sequar Baiterum in § 45. edentem: *et hodie esse* VOLUMUS *quam plurimos gratiosos,* pro VIDEMUS. Habet *volumus* maiorem ex librorum testimoniis auctoritatem, et *videmus* nescio cuius coniecturae deberi palam est, sed quisquis ita coniecit verum vidit eique contra libros obtemperandum. Et olim, inquit, clarissimos viros isto in genere esse *vidimus* et hodie esse *videmus.*

Inusitatum loquendi genus in § 50. non Cicero de industria secutus est sed scribarum incuria peperit in his: *non dubito quin omnis ad te conversura fuerit multitudo.* Comminiscuntur hinc grammatici fieri potuisse ut, si verba *ad te convertitur multitudo* in futuro tempore dicenda sint, recte et Latine dicatur: *ad te* conversura *est multitudo,* quibus ego cras credam sed hodie nihil. Duae litterulae perierunt sic revocandae: *non dubito quin omnis* SE *ad te conversura fuerit multitudo.* Pro *non dubito* in omnium optimo Codice stipes dedit *nunc habito.*

Perperam repetito vocabulo ingratior ad aures accidit oratio § 52: *quae tibi ultro pater et maiores* tui *non consolandi* [tui] *gratia dicent* cet. pronomen, quod et inutile est et aurem offendit, insicitium esse et spurium arbitror.

Designarunt aliquid scioli in Planciana § 53: *An te illa argumenta duxerunt? Dubitatis,* inquit, *quin coitio facta sit quum tribus plerasque cum Plotio tulerit Plancius.* Interpolatum est *inquit,* pro quo nonnemo *inquis* reponebat. Neutri locus est. Quod praecedit *illa argumenta* satis demonstrat ipsum Plancium ea quae continuo sequuntur loquentem induci.

Digitized by Google

Unius vocabuli levis corruptela gravem interpolationem peperisse videtur in § 53: *neque enim umquam maiores nostri sortitionem constituissent aediliciam nisi viderent accidere posse, ut competitores pares suffragiis essent.* Non est haec sana et integra compositio verborum *maiores nostri numquam* CONSTITUISSENT *nisi* VIDERENT, pro VIDISSENT. Vitium inesse suspicor in POSSE, pro quo POSSET olim scriptum fuerat, *nisi accidere* POSSET *ut competitores pares suffragiis essent.* Ubi semel *posse* vitio natum est sciolus aliquis perverse locum corrigens de suo *viderent* inseruit.

Conclamatus et depositus locus est in § 59: *Quin etiam — haec illi soleo praecipere (quamquam ad praecepta aetas non est* gravis) *quae ille a Iove ortus suis praecipit filiis:*

Vigilandum est semper: multae insidiae sunt bonis.
Nostis caetera: nonne?
id quod multi invideant.

quae scripsit gravis et ingeniosus poëta, scripsit — *ut nos et nostros liberos ad laborem et ad laudem excitaret.* Nihil est *aetas ad praecepta gravis,* nihil est quod legitur in aliis *gnarus* et quod in duobus Codicibus Leidensibus esse video, quorum in altero est *aetas non est generatus,* in altero *aetas non est gnatius.* Ciceronis filius, de quo haec dicuntur, quum pater Plancium defenderet, decimum aetatis annum agebat et fieri potest ut recte Orellius *gravis* expunxerit. In loco poëtae ultima pars male mulcata est et complura intercidisse videntur, ita ut quae supersint intelligi nequeant. Poterat celebrati loci primora verba ponere et *nostis caetera* dicere, sed sic plura ex eodem loco afferre non poterat. Et quid sibi vult *nonne?* in huiusmodi re? Addam tantum quid in Codicibus Leidensibus legatur: in altero est: *vigilandum est semper multe insidie sunt bonis nostris ceteraque nonne id quod multi videant,* in altero: *vigilandum est semper: multe insidie sunt bonis viris. Ceteraque nonne id quod multi videant.* Deinde errore scribarum repetitum vocabulum editorum errore retinetur in his: *quae scripsit gravis et ingeniosus poëta* [scripsit], *non ut illos regios pueros* cet. Quid causae esse dicas cur

Digitized by Google

Catonis Origines Consule Catone legerit, namque *„senex historias scribere instituit"* ut apud Nepotem est in vita Catonis III. § 3. Recte omittitur in eadem re inutile pronomen in Tuscul. Quaestt. IV. 2. § 3: *gravissimus auctor in Originibus dixit Cato*, et in Bruto XIX § 75: *utinam exstarent ea carmina quae — in epulis esse cantitata — in Originibus scriptum reliquit Cato*, sed recurrit idem vitium in libro I de Oratore cap. 53: *quum M. Cato — aspere apud populum Romanum et vehementer esset locutus; quam orationem in Originibus suis exposuit ipse.* Moleste *παρέλκει* aut *suis* aut *ipse*, quorum illud resecandum esse censeo.

Inutilis et inficeta eiusdem rei repetitio in § 75 e Scholiis Bobiensibus spuria et insiticia esse arguitur. Editur: *datus est ille tibi;* condonatus est ille; *non facis finem; ferre non possumus*, sed rectissime verba *condonatus est ille* in vetustis Scholiis non comparent. Interpretatus est olim aliquis quid esset *datus est ille tibi* et adscripsit paulo frequentius in illa re participium *condonatus.*

Non uno nomine laborat compositio loci proximi: *Ei quidem, qui pro uno laborarit, id ipsum non obtinuerit, dici quousque irridentis magis est quam reprehendentis.* Primum *ἀσύνδετον* molestum est et inserta copula removendum: *qui pro uno laborarit (et) id ipsum non obtinuerit.* Deinde quis concoquat *irridentis est* DICI pro DICERE? Nihil aliud videtur superesse nisi ut illud ipsum DICERE pro DICI restituatur.

Duo vocabula parte amissa in unum coaluerunt in Planciana § 94 in his: *An quum videam* navem *secundis ventis cursum tenentem suum, si non eum petat portum quem ego aliquando probavi sed alium non minus tutum atque tranquillum, cum tempestate pugnem periculose potius quam* illi *salute praesertim proposita obtemperem et paream?* Quod dicit *illi* quo referendum? Non est aliud quo referatur quam ad *navem.* Itaque Cicero se *navi obtemperaturum* dixit *salute praesertim proposita?* Apage ineptias. Quin potius mecum emendas: *quum videam* NAV(IS RECTOR)EM *secundis ventis cursum tenentem*

Digitized by Google

suum. Nunc demum intelligimus Ciceronem eam navem dicere in qua vehatur ipse, ac nolle se rectori navis facessere negotia et cursum mutare cogere, ne forte se tempestas opprimat et veniat in salutis discrimen. Nil tritius apud veteres quam ut vectores *rectori navis* stulte et inconsulto quid factu opus sit praecipere velle dicantur. Satis esto laudasse Platonis praeclarum locum in libro VI *de Rep.* p. 488 C. ubi scribit τοὺς ναύτας ϛασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους — ἀεὶ τῷ ναυκλήρῳ (navis rectori) περικεχύσθαι δεομένους καὶ πάντα ποιοῦντας ὅπως ἂν σφίσι τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψῃ. Luculentus est etiam Plutarchi locus in vita Periclis cap. 33: ὥσπερ νεὼς κυβερνήτης, ἀνέμου κατιόντος ἐν πελάγει θέμενος εὖ πάντα καὶ κατατείνας τὰ ὅπλα χρῆται τῇ τέχνῃ δάκρυα καὶ δεήσεις ἐπιβατῶν ναυτιώντων καὶ φοβουμένων ἐάσας, οὕτως ἐκεῖνος (ὁ Περικλῆς) — ἐχρῆτο τοῖς αὐτοῦ λογισμοῖς βραχὺ φροντίζων τῶν καταβοώντων καὶ δυσχεραινόντων. Sic igitur Cicero quoque *navis rectori* (non *navi*) malle se obtemperare et parere dixit quam cum tempestate periculose pugnare.

Quum legisset apud Ciceronem aliquis eum locum, de quo ante dicebamus, recordatus est loci ex alia oratione, in quo simile quid scite ac lepide Cicero dixerat. Itaque eum locum in ora sui Codicis adscripsit, unde (uti fit) a descriptore illius libri in contextam orationem receptus est. Verba haec sunt post *obtemperem et paream* interpolata: *Neque enim inconstantis esse sententiam tamquam aliquod navigium atque cursum ex rei publicae tempestate moderari.* Olim deprensa fraus est et locus sumtus ex oratione pro Balbo XXVII. § 61. e Planciana exemtus. In illo loco Codices exhibent: *Non idem aliis videtur. Sunt fortasse in sententia firmiores. Reprehendo neminem, sed assentior non omnibus: neque esse inconstantis puto sententiam [aliquam] tamquam aliquod navigium atque cursum ex rei publicae tempestate moderari.* In lepidissimo dicto vehementer offendit sciolorum additamentum, quo dicti venustas tamquam macula obscuratur. Non dico *aliquam* post *sententiam* insiticium esse, nam consensu omnium aut expungitur importunum vocabulum aut certe a verbis Ciceronis seiungitur. Sed *atque cursum* retineri non potest et sine mora

Digitized by Google

expellendum. Suavissima comparatione dicitur aliquis *sententiam tamquam aliquod navigium ex rei publicae tempestate moderari.* Non poterat elegantius Cicero suam levitatem et inconstantiam quam sic obumbrare et tegere, et sic solent homines ingeniosi, in quibus parum est gravitatis et constantiae, facetissime invidiam a se depellere. Sed additum *atque cursum* corrumpit omnia. Comparatio ut feriat animum ab una re, non a pluribus, sumenda est, aut, si plura coniungere iuvat, ea certe coniungenda sunt quae sunt eiusdem generis. Aliter autem dicitur *navigium* moderari, aliter *cursum*, quorum alterum proprie dicitur, alterum figurate. Quomodo igitur tam diversa a Cicerone inepte coniuncta fuisse putemus? Valeat in talibus quoque quod dixit Cicero in Planciana XIV § 35: *quod quisque dixit, me id dixisse dicunt. Ego autem si quid est quod mihi scitum esse videatur et homine ingenuo dignum atque docto non aspernor: sed stomachor quum aliorum non me digna in me conferuntur.*

Periit, si quid iudico, etiam alius Ciceronis iocus, ubi in Planciana § 95 dicit: *dixisti, dum Plancii in me meritum verbis extollerem, me* arcem *facere ex cloaca lapidemque e sepulcro venerari pro deo.* Semper me offendit illa *arx* quam ex cloaca Cicero exaggerando Plancii meritum arguitur fecisse. Nil salis est in huiuscemodi comparatione, nisi aliqua certe inter utramque rem similitudo intercedit, ut si quis βροντὴν ἐκ πορδῆς ποιεῖν dicitur. Cloacae forma quid habeat cum *arce* commune non reperio, sed correcta una litterula reperisse mihi videor quod in ea re non insulse poni potuit, nempe: *me* arcum *facere ex cloaca.* Perspicua est utriusque rei similitudo: cloaca enim arcuatum opus erat, ut hodieque Romae cernitur in cloaca maxima. Non nescio *arcum* a Cicerone et Livio *fornicem* appellari solere, *arcum* apud sequiores appellari coeptum, ut est apud Tacitum Suetoniumque. Notissimus est Crassi iocus de Memmio, qui sibi ipsi ita magnus videbatur „*ut in forum descendens caput ad fornicem Fabii demitteret*," de Orat. II. 66. quem *fornicem Fabianum* appellat in Planciana cap. VII et in I Actione in Verrem § 19. Eundem Seneca *arcum Fabianum* appellavit, et sic Pseudo-Asconius ad Verrin.

Digitized by Google

l. l. *„Fornix Fabianus* arcus *est iuxta regiam in sacra via.“* Cicero ipse igitur *fornicem* appellaverit: sed in proverbio populi ore trito nihil impedit quominus iam tum fornix a figura *arcus* appellatus fuisse putetur.

Quod legitur in Planciana § 100: *abiecta quaestoria persona comitisque sumta*, multum dubito an recte *quaestoria persona* dicatur pro *quaestoris*. Sic *patris* personam, *accusatoris* personam dicitur quis suscipere, sumere, sustinere, non *paternam* aut *accusatoriam*. Appellantur rectissime *insignia quaestoria*, id est, qualibus quaestores utebantur, sed non item *quaestoria persona*, qualis numquam fuit. Quamobrem verum esse arbitror, *abiecta* quaestoris *persona comitisque sumta*.

Quum Plancianam diligentissime legerem inspexi duos Codices Bibliothecae nostrae publicae, in quibus ea oratio continetur. Alter notatus est in Codd. MSS. Latinis numero 50, alter numero 128. Nullum ferme alium fructum ex utriusque collatione cepi quam ut constaret ad Ciceronis orationem emendandam in iis Codicibus nihil quidquam esse adiumenti. Nihil magnopere in utroque inest quod sit operae pretium referre: nam quid attinet novas dormitantium scribarum hallucinationes veteribus addere aut quisquilias orthographicas sedulo enotare? Omnino Latini Codices multo mendosius descripti sunt quam Graeci et ab hominibus tam stupidis ut Graeci scribae, quos tamen (et hercle non iniuria) graviter insectari solemus, prae istis stipitibus acuti homines et ingeniosi esse videantur. Incredibilis plane est istorum ἀναισθησία: nihil cogitantes litterarum figuras, quas se putant videre, ita depingunt ut omnia temere confundant quae aliquam inter se referant similitudinem. Ubi autem ipsi de suo aliquid comminiscuntur, mirifica et portentosa pariunt. Expromam animi causa huius rei γεῦμα ex Codice 128, qui paulo melior est quam Codex 50. Ad ea quae leguntur § 23: *quibus e municipiis vix iam qui carnem Latinis petant reperiuntur*, annotavit scriba in margine: *carnem hoc loco pro uxore positam arbitror*. Egregium vides Ciceronis interpretem et rerum Romanarum et sermonis peritissimum. Quo pacto

Digitized by Google

putes istiusmodi hominem et nomina propria virorum et locorum et tribuum mulcasse et cuiusque loci sententiam omni errorum genere inquinasse? Itaque non committam ut sterquilinium scripturarum nullius pretii ex aliis libris congestum his sordibus augeam, et satis habeo paucissimis tantum locis quid in Codice 128 legatur indicare. In § 2. exhibet *hominem studiosissimum et diligentissimum salutis mee*, in *diligentissimum* litterae *ligent* a correctore sunt, prima manus dederat *dignissimum*, quod est in Codice 50. In § 7. *quid tu inanem dignitatis.* In § 10: *quid denique ipsi debeant deliberare sepius quam quid cuique a re p. videatur deberi.* In § 13: *malebam vel cur quo plus et populo intererat eo plus aberat a me certe non videbam.* In § 37: *cuiuscumque tribus largitor esset et per consensionemque magistratuum honesteque sodalitas nominaretur.* In § 38: *nam terciam etiam non que.* Quid opus est plura de genere hoc exscribere? Nil isti sentiunt, nil cogitant. In § 34. quum dare deberet *communis ille sensus* in aliis *fortasse latuit*, pro *in aliis* dedit *malus*. Exsculpi e talibus saepissime verum potest sed nihil prorsus reperi ne in his quidem quod novum esset neque aliunde innotuisset. Unicam habet lectionem vulgata meliorem in § 11. ubi est: *nostrum est autem qui in hac tempestate populi iactemur*, omisso post *autem* molesto *nostrum*, quod supra diximus removendum esse videri. Itaque libros istos et ipsi deponimus de manibus et reliquos philologos ne in manus sumant admonemus. Quanto foret melius si ex reliquis quoque libris vetustioribus et integrioribus congesta farrago discrepantium scripturarum minimi aut nullius pretii aut premi posset aut certe a caeteris seiungi ut sine taedio et nausea apparatus, quem vocant, criticus ab omnibus sedulo inter legendum inspiceretur et excuteretur. Quid tandem, quaeso, iuvat identidem admoneri in libris esse *peticionem*, *sicientem*, *plocio*, *vicium*, *negocium*, *ociosum*, *graciosum*, *pocius*, *audicionibus*, aut contra *plantium*, *iuditium*, *provintia*, *pertinatia?* Cui boni est scire in libris scriptum esse *sepe*, *persepe*, *sepius*, *eque*, *eterna*, *equitas*, *quero*, *questor*, *questorium*, *edilis*, *edilitas*, *tribuni erari*, *aline*, aut contra *inaedia*, *quaerela*, *dixit aegere* (pro *dixi tegere*), *aegi*, *aeques*, *aequester*, *aeditio* et *aedicio*, *aederet*, *aedidisset*, *aeditos*, similiaque. Quid

Digitized by Google

attinet scire utrum *ceperas* an *caeperas* an *coeperas* scribae dederint, qui semper *poenae*, *poene*, *paene* et *pene* confundunt. Satis superque est singula errorum genera, quae omnibus libris communia sunt, semel diligenter notavisse iisque observationibus pro re nata scienter et sollerter uti. Nonne putidissimum est admoneri, ubi Cicero dixit § 47 *doce sequestrem Plancium fuisse*, in libris esse *doces equestrem* vel *doces aequestrem?* et omnia alia his similia innumerabilia de genere orthographico, quae nullum omnino usum habent? Quis tandem nescit aut negat librorum testimoniis in tali re stari non posse? Quo magis miror in § 28. *scaenam* pro *scenam* receptum esse ex iis libris, qui tamen paulo post in *scenicos* conspirant. Eodem iure *aeques* et *aequester* recipi possint. Quum sit tam facile in talibus aurum e scoria et ex stercore gemmas colligere, cur non id abiicimus, quod omnes fastidimus et contemnimus?

C. G. Cobet.

HERODOTUS III. 53.

Inepto emblemate liberandus est locus Herodoti III. 53 ubi editur: τὸ τρίτον ὁ Περίανδρος κήρυκα πέμπει βουλόμενος αὐτὸς μὲν ἐς Κέρκυραν ἥκειν, ἐκεῖνον δὲ [ἐκέλευε] ἐς Κόρινθον ἀπικόμενον διάδοχον γενέσθαι τῆς τυραννίδος. Librarii non capiebant quo pacto αὐτὸς μέν et ἐκεῖνον δέ componi possent, itaque huiusmodi locos variis modis interpolabant, ut multis exemplis ostendimus in *Nov. Lectt.* p. 237 sq. Quis admonitus non videt sciolum ἐκέλευε de suo addidisse et sic compositionem loci plane pessumdedisse?

C. G. Cobet.

Digitized by Google

CLEMENS ALEXANDRINUS LOCIS NONNULLIS EMENDATUR.

In Clementis Alexandrini Protreptico pag. 7 Sylb. (p. 21 Potter.) editur: ὁ δὲ (Διαγόρας ὁ Μήλιος) Ἡρακλέα ἐκ ξύλου λαβὼν κατεσκευασμένον (ἔτυχε δὲ ξῶν τι οἶκοι, οἷα εἰκός) εἶα δή, ὦ Ἡράκλεις, εἶπεν· νῦν σοὶ ἤδη καιρὸς ὥσπερ Εὐρυσθεῖ ἀτὰρ δὴ καὶ ἡμῖν ὑπουργῆσαι τὸν τρισκαιδέκατον τοῦτον ἄθλον καὶ Διαγόρᾳ τοῦτον παρασκευάσαι, κἄτ' αὐτὸν εἰς τὸ πῦρ ἐνέθηκεν ὡς ξύλον. Sensu vacuum et corruptum est τοῦτον in verbis Διαγόρᾳ τοῦτον παρασκευάσαι, sed certa emendatione corrigo τοὔψον. Miror id non vidisse Potterum quum ex Epiphanio p. 512 haec verba describeret: ἄγε δή, Ἡράκλεις, τὸν τρισκαιδέκατον ἆθλον ἐκτελῶν πάρελθε τὸ ὄψον ἡμῖν ἐψήσων. In Codicibus antiquioribus littera ψ eam habet formam, ut vix a τ distingui possit, unde factum est ut saepissime ψ et τ confunderentur, praesertim in ψυχή, εὐψυχία, εὐψύχως, εὐψυχεῖν et τύχη, εὐτυχία, εὐτυχῶς, εὐτυχεῖν. Subiiciet rem oculis Bastius in Commentatione Palaeogr. p. 726 et 739. et exempla passim reperiuntur. Hesychius inter Ἀτίσεις et Ἀτίταλλον posuit Ἀτισιλινᾶς, in quibus Bentleius (ad Millium p. 37) agnovit Homerica: Ἀψῖσι λίνου. Paene cernimus oculis unde ατισι sit natum. Sic igitur ΤΟΤΨΟΝ in ΤΟΤΤΟΝ abiit, non tantum apud Clementem, sed etiam apud Alexidem Athenaei p. 379 B. ubi in Marciano et apographis scriptum est:

τὸν ὀψοποιὸν σκευάσαι χρηςῶς μόνον
δεῖ τοῦτον, ἄλλο δ' οὐδέν.

cui Piersonus suum τοὔψον reddidit, ut est apud Philemonem Athenaei p. 288 D:

ὡς ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα.

Digitized by Google

Hoc tantum addo ψ non tantum in τ ea de causa abire, sed nonnumquam in I depravari obscurata lineola transversa quae T et I distinguit. Quod apud Hesychium legitur: Ἔφασεν: εἰψήλαφα sine controversia natum est ex ἐψηλάφα, unde in glossa corrige Ἔφασσεν pro ἤφασεν, ut supra apud Hesychium est Ἀφάσσειν: ψηλαφᾶν.

Eodem modo erratum est apud Phlegontem Trallianum περὶ θαυμασίων cap. X. ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ — υἱαίου καὶ Μάρκου Φουλβίου Φλάκκου: quoniam constat vel ex Fastis Consularibus M. Fulvium Flaccum a. u. c. 628 collegam habuisse M. Plautium HYPSAEUM, apparet υἱαίου natum esse ex Ὑψαίου, quod restituit Meursius.

Hoc ipsum τοὖψον iterum reddendum Clementi est in Paedag. III. p. 104 Sylb. (283 Pott.) in his: ἔτι δὲ αὐτουργικῶς προκομίζειν χρὴ ἐκ τοῦ ταμιείου τὰς γυναῖκας ὧν δεόμεθα καὶ τῷ μύλῳ προσελθεῖν οὐκ αἰσχρὸν αὐταῖς· οὐδὲ μὴν περὶ τὸ ὕψος ἀσχολεῖσθαι ὅπως θυμηρὲς ᾖ τἀνδρὶ ὄνειδος οἰκουρῷ γαμετῇ καὶ βοηθῷ. Restitui δεόμεθα pro δεοίμεθα et αὐταῖς pro αὐτάς, sed restat tertium vitium foedissimum in περὶ τὸ ὕψος ἀσχολεῖσθαι. Requiro hoc loco solitam sollertiam et religionem Reinholdi Klotzii, qui suam infelicem correctiunculam τὸ ὕδωρ pro τὸ ὕψος recepit in textum. Iam tu vides nihil aliud in τὸ ὕψος latere quam τοὖψον. Stultus scriba quum TOTΨON haberet ob oculos neque de crasi cogitaret primum τὸ dedit tum quod supererat TΨON in vocabulum bene Graecum ὕψος convertit. Nil isti ultra singula vocabula sapiunt: sententiam sic absurdam exire ne cogitant quidem. Non est ovum ovo similius quam huic vitio vitium in libris commissum apud Plutarchum in Symposiacis VII. 1. 3. p. 699 E: διὰ τὸ τῶν μορίων ἑκάτῳ σύμφυτον ὑπάρχειν τὴν πρὸς τὸ ὑγρὸν ἐπιθυμίαν. In TOTΓPON latere τοὖργον primus vidit Doehnerus in *Quaestt. Plutarcheis* Part. III. p. 51. Scriba quum τὸ dedisset quod supererat TPΓON in vocabulum bene Graecum ὑγρόν refinxit sententiae securus. Luculenter demonstrant errores huiuscemodi Plutarchum et Clementem crasi usos esse, quam scribae passim resolverunt. De Plutarcho copiose id docuit Doehnerus l. l. Similes apud Clementem partim integrae exstant ut in τοὐλάχιστον, τοὔσχατον, προὔτ

Digitized by Google

τοὔδαφος, sed pleraeque nunc obscuratae sunt et perita manu reponendae.

Duo vocabula eiusdem significationis inter se permutata sunt p. 12 Sylb. (38 Pott.) in his: ἐνταῦθα δὴ τὸ παροιμιῶδες ἐπιφθέγξασθαι ἁρμόττει·

πατὴρ ἀνουθέτητος παῖδα νουθετεῖ.

imo vero:

πατὴρ ἀνουθέτητος υἱὸν νουθετεῖ,

iubente loci sententia et confirmante metro. Scriptum erat, ut opinor, ΤΝΝΟΤΘΕΤΕΙ et deinde ΤΝΟΤΘΕΤΕΙ et amisso semel sic ΤΝ (υἱόν) sciolus aliquis supplevit παῖδα *puerum*, quum *filium* deberet.

Miro errore peccatum est in Clementis Paedagogo p. 72 Sylb. (197 Pott.) in his verbis: τὸ δὲ καὶ φαίνεσθαι καταπληκτικὸν πόρρωθεν τῶν περιόντων ἐστὶ φυγαδευτικόν. Mendosum esse περιόντων apparet. Infeliciter admodum Sylburgius: *„Fortasse rectius παριόντων."* Dabo locum Clementis unde unusquisque statim veram lectionem eliciat p. 108 Sylb. 296 Pott. ἀναστρέφει γὰρ ἐπὶ τὴν δέσποιναν ἡ τῆς θεραπαίνης ἀκολασία ἐπιβαθραίνειν ἐνδιδοῦσα τοῖς πειρῶσι τὰ ἥττονα τὸ μὴ εὐλαβεῖσθαι τὰ μείζονα. Viden pro τῶν περιόντων unice verum esse τῶν πειρώντων? Adscripsi illum potissimum locum, namque οἱ πειρῶντες in tali re passim commemorantur, ut turpe mendum ex eo eluam. Monstrum verbi est ἐπιβαθραίνειν, tu repone ἐπιβάθραν ἐνδιδοῦσα — τοῦ μὴ εὐλαβεῖσθαι τὰ μείζονα.

Hoc quoque non infrequens est vitium quod haesit apud Clementem p. 103 Sylb. 282 Pott. λούειν δεῖ τὸ σῶμα διὰ τὴν ἄσην τὴν ἐπιφυομένην αὐτῷ. Scribae confundunt τὴν ἄσην, id est τὴν ἀηδίαν, τὴν ἀνίαν, et τὴν ἄσιν, id est τὸν ῥύπον, τὴν ἀκαθαρσίαν, idque sine mora reponendum.

C. G. Cobet.

Digitized by Google

THUCYDIDEA.

II.

Scribarum errores et sciolorum emblemata in libro I.

(*Continuantur e Mnemosyne vol.* XI. *p.* 221.)

Multo gravius quam plerique opinantur Thucydideum κτῆμα ἐσαεί et scribae dormitantes et scioli interpolantes corruperunt. Saepius utraque labes coniuncta est et unius aut alterius vocabuli corruptelam interpolatio est consecuta. Ex omni genere specimina quaedam dabo ex primo libro depromta, reliqua ex caeteris libris alio tempore daturus.

Intelligi non potest locus Thucydidis in libri I. cap. 1. his verbis conceptus: τὰ πρὸ αὐτῶν καὶ τὰ ἔτι παλαιότερα σαφῶς μὲν εὑρεῖν διὰ χρόνου πλῆθος ἀδύνατα ἦν· ἐκ δὲ τεκμηρίων ὧν ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι ξυμβαίνει οὐ μεγάλα νομίζω γενέσθαι οὔτε κατὰ τοὺς πολέμους οὔτε ἐς τὰ ἄλλα. Nihil sani et certi affertur ad enucleandam rationem compositionis ὧν σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι ξυμβαίνει, neque apte inter se componuntur haec: *ex argumentis indiciisque*, quibus credo, *exigua fuisse arbitror*. Si quis quid ex indiciis et argumentis collegisse se scribit, inepte addit se iis argumentis *habere fidem*. Quid multa? Dicam breviter quid ipse ex diligenti verborum Thucydidis consideratione collegerim. Veterem scribae errorem secuta est interpolatio: itaque correcto vitio additamentum ultro excidet. Thucydides non dederat ΩΝ ἐπὶ μακρότατον, sed ΩΣ ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι ξυμβαίνει, quo semel reperto simul apparet νομίζω insiticium

Digitized by Google

esse. Σκοπεῖν ὡς ἐπὶ μακρότατον est *res quam maxime a nostra aetate remotas spectare et considerare*, id est *quam maxime fieri potest rerum antiquarum statum et conditionem indagare et perscrutari*, et *quam vetustissimam rerum memoriam inquirendo repetere.* Ἐπὶ μακρότατον quod proprie de loci intervallo dicitur quo quis longissime progressus esse dicitur, transfertur ad rerum praeteritarum inquisitionem, et quemadmodum Thucydides ὡς ἐπὶ μακρότατον σκοπεῖν dixit, sic Herodotus crebro usurpavit ὅσον ἐπὶ μακρότατον ἰσορέειν vel ἀκοῇ ἐξικέσθαι, veluti II. 34: ἐπ' ὅσον μακρότατον ἰσορεῦντα ἦν ἐξικέσθαι, et IV. 16: ὅσον μὲν ἡμεῖς ἀτρεκέως ἐπὶ μακρότατον οἷοί τ' ἐγενόμεθα ἀκοῇ ἐξικέσθαι, et IV. 192: ὅσον ἡμεῖς ἰσορέοντες ἐπὶ μακρότατον οἷοί τ' ἐγενόμεθα ἐξικέσθαι. Rectissime nunc apud Thucydidem inter se opponuntur σαφῶς μὲν εὑρεῖν ἀδύνατα ἦν et ἐκ δὲ τεκμηρίων — σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι ξυμβαίνει οὐ μεγάλα γενέσθαι. *Certum* quod sit reperiri posse negat, sed ex indiciis quibusdam argumentisque *se credere* dicit res Graecorum antiquissimas tenues et exiguas fuisse. Simplicissima sententiae forma haec est: τὸ μὲν σαφὲς οὐκ οἶδα, πιστεύω δὲ ὡς ἐπὶ μακρότατον σκοπῶν οὐ μεγάλα γενέσθαι, sed exquisitius dictum substituit: ὡς ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι ξυμβαίνει οὐ μεγάλα γενέσθαι, quod significat plane idem. Ubi semel ΩC in ΩN corruptum fuit, nescio quis de suo inseruit νομίζω et sic factum est ut locus intelligi prorsus non posset, et nascerentur durissimae et confragosae interpretationes, quibus perinde Thucydides et eruditi interpretes torquebantur.

Non est integra scriptura loci Thucydidei I. 4. fin. ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν στρατείαν θαλάσσῃ ἤδη πλείῳ χρώμενοι ξυνῆλθον, nam nullo iure statuunt homines docti τὴν στρατείαν ξυνῆλθον idem esse atque τὴν στρατείαν ξυνελθόντες ἐποιήσαντο. Verum hoc esset si στρατείαν ἔρχομαι pro ποιοῦμαι Graece dici posset. Certo et frequenti usu verbum ἐξέρχομαι cum suo nomine ἔξοδος usurpatur pro στρατεύομαι et στρατεία. Hinc factum est ut promiscue omnes dicerent ἐξιέναι ἔξοδον, στρατεύεσθαι στρατείαν et ἐξιέναι στρατείαν, quia inter ἔξοδον et στρατείαν nihil prorsus intererat discriminis. Huius rei obser-

Digitized by Google

vatione adiutus unusquisque perinepto additamento liberare poterit locum Demosthenis in oratione περὶ τοῦ στεφάνου pag. 259, 20: μυρία τοίνυν ἕτερα εἰπεῖν ἔχων παραλείπω, ναυμαχίας, ἐξόδους πεζάς, στρατείας καὶ πάλαι γεγονυίας καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν, ἃς ἁπάσας ἡ πόλις τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας πεποίηται. Quoniam certum est ἐξόδους et στρατείας prorsus idem esse, et ἐξόδους omnes esse πεζάς, Graeculo reddemus suum πεζὰς στρατείας, quod olim ad ἐξόδους in ora libri adscripserat. Adscripsi et reliquam loci partem ut contrarii generis mendum eximam. Pro τῶν ἄλλων Ἑλλήνων in omnibus libris praeter egregium Parisinum S legitur τῶν ἄλλων ἕνεχ' ἑλλήνων vel τῶν ἄλλων ἑλλήνων ἕνεκ'. Auctore optimo libro Dindorfius ἕνεχ' expulit, sed sic genitivi τῆς ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας non habent unde pendeant. Periit praepositio, cuius sigla indoctos scribas fefellit. Emendandum est: ἃς ἁπάσας ἡ πόλις (ὑπὲρ) τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας πεποίηται. Dicebant igitur promiscue ἐξελθεῖν ἔξοδον et ἐξελθεῖν στρατείαν, ut apud Aeschinem περὶ παραπρεσβείας § 168: πρώτην δ' ἐξελθὼν στρατείαν — οὕτως ἠγωνισάμην ὥστε ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐπαινεῖσθαι, et apud Demosthenem p. 1353, 25: οὐκ ἐξελθὼν ἐκείνην τὴν στρατείαν γραφεὶς ἀστρατείας ἥλω, et aliis locis. Ex his igitur manifestum est quid scribere debuerit Thucydides quum vellet dicere ταύτην τὴν στρατείαν κοινὴν ἐποιήσαντο, nempe ταύτην τὴν στρατείαν ξυνεξῆλθον pro ξυνῆλθον. Saepe videbis praecedens ξυν sequens εξ absorbere. Nihil addo praeter locum Thucydidis I. 15: ἐκδήμους στρατείας ἐπ' ἄλλων καταστροφῇ οὐκ ἐξήεσαν οἱ Ἕλληνες. οὐ γὰρ ξυνεσήκεσαν πρὸς τὰς μεγίστας πόλεις ὑπήκοοι, οὐδ' αὖ αὐτοὶ ἀπὸ τῆς ἴσης κοινὰς στρατείας ἐποιοῦντο, κατ' ἀλλήλους δὲ μᾶλλον ὡς ἕκαστοι οἱ ἀσυγείτονες ἐπολέμουν. Vides apud Thucydidem quoque promiscue dici ἐξιέναι στρατείαν et στρατείαν ποιεῖσθαι, itaque idem est κοινὴν στρατείαν ποιήσασθαι et στρατείαν ξυνεξελθεῖν. Pro ξυνήεσαν dedisse Thucydidem constanti Atticorum omnium usu ξυνῆσαν paucos hodie superesse arbitror qui negent, et qui olim negabant solis nitebantur Codicum scripturis Graeculorum temeritate corruptis. Praeterea pro κατ' ἀλλήλους — ἐπολέμουν plane necessarium est πρὸς ἀλλήλους emendare,

Digitized by Google

ut est I. 1. ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, et I. 18. ἐπολέμησαν μετὰ τῶν ξυμμάχων πρὸς ἀλλήλους, et ubi non? Praepositionum siglae ab indocto scriba confusae sunt, ut alibi sexcenties.

Vitium simul et emblema apud Thucydidem I. 6. alias iam ostendi. Editur ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες [περὶ τὰ αἰδοῖα] οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυται. Supervacanea verba περὶ τὰ αἰδοῖα expungenda esse et pro πέπαυται corrigendum πέπαυνται admonuimus alibi. Quod post pauca sequitur καὶ διεζωσμένοι τοῦτο δρῶσι, multum me movet Aelii Dionysii auctoritas ἐν τοῖς Ἀττικοῖς Ὀνόμασιν ita annotantis (apud Photium in v. Σέσωται): Σέσωται καὶ σεσωμένος οἱ παλαιοὶ ἄνευ τοῦ σ· καὶ διεζωμένοι φησὶ Θουκυδίδης· οἱ δὲ νεώτεροι σέσωσμαι· ἐπ' ἐνίων ἁπλῶς παραλείπουσι τὸ σ, κεκλειμένον, πεπρημένον. Rectissime haec ab erudito ἀττικισῇ observata esse arbitror, nisi quod κεκλημένον dederat pro κεκλειμένον. Quemadmodum ῥώννυμι ex se format ἔρρωμαι et ϛρώννυμι ἔϛρωμαι, sic ex ζώννυμι nascitur ἔζωμαι, διέζωμαι. Hinc ζῶμα fit ut ϛρῶμα, χρῶμα, χῶμα, et contra ἄζωϛος ut ἄρρωϛος. In hisce omnibus utrum σ addendum sit an non sit ex analogia definiri et sciri non potest, dominatur usus, qui quum diversus fuerit standum est veterum Criticorum testimoniis, ubi scribae formas sibi inauditas ad pervulgatam aequalium consuetudinem accommodaverunt.

De Thucydidis loco I. 10. iam olim apud Veteres male intellecto: καίτοι Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται, τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται καὶ τῶν ἔξω [ξυμμάχων] πολλῶν, dixi ad Hyperidis λόγον ἐπιτάφιον pag. 62. ubi ostendi quam male ipsi Veteres acceperint verba τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας, quasi revera Peloponnesus olim *in partes quinque* divisa fuisset. Praeterea manifestum, si quod aliud, emblema ξυμμάχων expunxi, namque hoc quidem dubium non est quin Spartani τῶν ἔξω ξυμμάχων non πολλῶν sed πάντων habuerint τὴν ἡγεμονίαν, et Thucydides dixerit τῶν ἔξω (τῆς Πελοποννήσου) πολλῶν ἡγοῦνται.

Digitized by Google

Confusa sunt ὁμοίως et ὅμως ut multis aliis locis sic etiam apud Thucydidem I. 20: οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων, καὶ ἢν ἐπιχώρια σφίσιν ᾖ, ὁμοίως ἀβασανίστως παρ' ἀλλήλων δέχονται. Nihil significat h. l. ὁμοίως neque ulla instituitur comparatio, in qua ὁμοίως locum habere possit, namque nihili est quod nonnullis in mentem venit „voce ὁμοίως significare Thucydidem *tam patrias res quam externas perinde* temere credentibus accipi." Thucydides simplicissime et nota orationis forma scripserat καὶ ἢν ἐπιχώρια σφίσιν ᾖ ὅμως ἀβασανίστως — δέχονται. Deinde Thucydides ad hanc sive criminationem sive querelam probandam unum affert exemplum idque non admodum me iudice luculentum. Ἀθηναίων γοῦν τὸ πλῆθος Ἵππαρχον οἴονται ὑφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος τύραννον ὄντα ἀποθανεῖν, nempe in eo errare populares suos criminatur quod Hipparchum *tyrannum fuisse* opinarentur, quum certum sit vim imperii fuisse penes Hippiam, qui Pisistrati filiorum natu maximus patri successisset. Is error utcumque levis Thucydidi tam gravis visus est ut eum non semel sed bis (I. 20 et VI. 54—58) copiose redargueret Errorem vulgarem disertius commemorat VI. 54. Πεισιστράτου γὰρ γηραιοῦ τελευτήσαντος ἐν τῇ τυραννίδι, οὐχ Ἵππαρχος, ὥσπερ οἱ πολλοὶ οἴονται, ἀλλ' Ἱππίας πρεσβύτατος ὢν ἔσχε τὴν ἀρχήν, deinde multis verbis argumentisque demonstrat Hippiam filiorum Pisistrati fuisse natu maximum, in qua re, si quid iudico, nimium diligenter et anxie excussit eam rem, in qua aliquis fortasse erat vulgi error, sed nemo eruditior et historiae peritior erraverat umquam. Herodotus enim illam rem in tam clara luce posuerat, ut nemo neque olim neque nunc de ea ambigere possit. Satis erit vel unum Herodoti locum describere ex libr. V. 55: ἐπεὶ Ἵππαρχον τὸν Πεισιστράτου Ἱππίεω δὲ τοῦ τυράννου ἀδελφεὸν — κτείνουσι Ἀριστογείτων καὶ Ἁρμόδιος — μετὰ ταῦτα ἐτυραννεύοντο Ἀθηναῖοι ἐπ' ἔτεα τέσσερα οὐδὲν ἧσσον ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἢ πρότερον. Fuerit igitur in ea re aliquis vulgi error, de quo queritur Thucydides, at doctiores rem ipsam, ut erat gesta, recte et ordine tenebant. Quamquam ne vulgi quidem is erat error qui tam aspere castigaretur. Fama erat Hipparchum τύραννον ὄντα ab

Digitized by Google

ut est I. 1. ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, et I. 18. ἐπολέμησαν μετὰ τῶν ξυμμάχων πρὸς ἀλλήλους, et ubi non? Praepositionum siglae ab indocto scriba confusae sunt, ut alibi sexcenties.

Vitium simul et emblema apud Thucydidem I. 6. alias iam ostendi. Editur ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες [περὶ τὰ αἰδοῖα] οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυνται. Supervacanea verba περὶ τὰ αἰδοῖα expungenda esse et pro πέπαυνται corrigendum πέπαυνται admonuimus alibi. Quod post pauca sequitur καὶ διεζωσμένοι τοῦτο δρῶσι, multum me movet Aelii Dionysii auctoritas ἐν τοῖς Ἀττικοῖς Ὀνόμασιν ita annotantis (apud Photium in v. Σέσωται): Σέσωται καὶ σεσωμένος οἱ παλαιοὶ ἄνευ τοῦ σ· καὶ διεζωμένοι φησὶ Θουκυδίδης· οἱ δὲ νεώτεροι σέσωσμαι· ἐπ' ἐνίων ἁπλῶς παραλείπουσι τὸ σ, κεκλειμένον, πεπρημένον. Rectissime haec ab erudito ἀττικιϛῇ observata esse arbitror, nisi quod κεκλῃμένον dederat pro κεκλειμένον. Quemadmodum ῥώννυμι ex se format ἔρρωμαι et ϛρώννυμι ἔϛρωμαι, sic ex ζώννυμι nascitur ἔζωμαι, διέζωμαι. Hinc ζῶμα fit ut ϛρῶμα, χρῶμα, χῶμα, et contra ἄζωϛος ut ἄρρωϛος. In hisce omnibus utrum σ addendum sit an non sit ex analogia definiri et sciri non potest, dominatur usus, qui quum diversus fuerit standum est veterum Criticorum testimoniis, ubi scribae formas sibi inauditas ad pervulgatam aequalium consuetudinem accommodaverunt.

De Thucydidis loco I. 10. iam olim apud Veteres male intellecto: καίτοι Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται, τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται καὶ τῶν ἔξω [ξυμμάχων] πολλῶν, dixi ad Hyperidis λόγον ἐπιτάφιον pag. 62. ubi ostendi quam male ipsi Veteres acceperint verba τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας, quasi revera Peloponnesus olim *in partes quinque* divisa fuisset. Praeterea manifestum, si quod aliud, emblema ξυμμάχων expunxi, namque hoc quidem dubium non est quin Spartani τῶν ἔξω ξυμμάχων non πολλῶν sed πάντων habuerint τὴν ἡγεμονίαν, et Thucydides dixerit τῶν ἔξω (τῆς Πελοποννήσου) πολλῶν ἡγοῦνται.

Digitized by Google

Confusa sunt ὁμοίως et ὅμως ut multis aliis locis sic etiam apud Thucydidem I. 20: *οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων, καὶ ἢν ἐπιχώρια σφίσιν ᾖ, ὁμοίως ἀβασανίστως παρ' ἀλλήλων δέχονται.* Nihil significat h. l. ὁμοίως neque ulla instituitur comparatio, in qua ὁμοίως locum habere possit, namque nihili est quod nonnullis in mentem venit „voce ὁμοίως significare Thucydidem *tam patrias res quam externas perinde* temere credentibus accipi." Thucydides simplicissime et nota orationis forma scripserat *καὶ ἢν ἐπιχώρια σφίσιν ᾖ ὅμως ἀβασανίστως — δέχονται.* Deinde Thucydides ad hanc sive criminationem sive querelam probandam unum affert exemplum idque non admodum me iudice luculentum. *Ἀθηναίων γοῦν τὸ πλῆθος Ἵππαρχον οἴονται ὑφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος τύραννον ὄντα ἀποθανεῖν*, nempe in eo errare populares suos criminatur quod Hipparchum *tyrannum fuisse* opinarentur, quum certum sit vim imperii fuisse penes Hippiam, qui Pisistrati filiorum natu maximus patri successisset. Is error utcumque levis Thucydidi tam gravis visus est ut eum non semel sed bis (I. 20 et VI. 54—58) copiose redargueret Errorem vulgarem disertius commemorat VI. 54. *Πεισιστράτου γὰρ γηραιοῦ τελευτήσαντος ἐν τῇ τυραννίδι, οὐχ Ἵππαρχος, ὥσπερ οἱ πολλοὶ οἴονται, ἀλλ' Ἱππίας πρεσβύτατος ὢν ἔσχε τὴν ἀρχήν*, deinde multis verbis argumentisque demonstrat Hippiam filiorum Pisistrati fuisse natu maximum, in qua re, si quid iudico, nimium diligenter et anxie excussit eam rem, in qua aliquis fortasse erat vulgi error, sed nemo eruditior et historiae peritior erraverat umquam. Herodotus enim illam rem in tam clara luce posuerat, ut nemo neque olim neque nunc de ea ambigere possit. Satis erit vel unum Herodoti locum describere ex libr. V. 55: *ἐπεὶ Ἵππαρχον τὸν Πεισιστράτου Ἱππίεω δὲ τοῦ τυράννου ἀδελφεὸν — κτείνουσι Ἁριστογείτων καὶ Ἁρμόδιος — μετὰ ταῦτα ἐτυραννεύοντο Ἀθηναῖοι ἐπ' ἔτεα τέσσερα οὐδὲν ἧσσον ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἢ πρότερον.* Fuerit igitur in ea re aliquis vulgi error, de quo queritur Thucydides, at doctiores rem ipsam, ut erat gesta, recte et ordine tenebant. Quamquam ne vulgi quidem is erat error qui tam aspere castigaretur. Fama erat Hipparchum *τύραννον ὄντα* ab

Digitized by Google

Harmodio et Aristogitone occisum esse, et vulgo in conviviis ad lyram etiam ante Thucydidem ita cantabatur:

ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω
ὥσπερ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων
ὅτε τὸν τύραννον κανέτην
ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.

Negat Thucydides Hipparchum τυραννῆσαι, sed Hippiam: Ἱππάρχῳ δὲ ξυνέβη — τὴν δόξαν τῆς τυραννίδος ἐς τὰ ἔπειτα προσλαβεῖν, ut scribit V. 55. Res omnis ad unius vocabuli interpretationem recidet, unde apparebit Thucydidem σκιαμαχεῖν. Esto enim, vim omnem imperii penes Hippiam fuisse, num dubitabimus quin fratres Hipparchus et Thessalus eadem potentia in multis rebus fuerint usi et abusi? et propterea singuli non minus recte τύραννοι a populo habiti appellatique? Hinc οἱ Πεισιστρατίδαι et ἡ Πεισιστρατιδῶν τυραννίς in illorum temporum historia appellari solet. Alcmaeonidae apud Herodotum V. 62 dicuntur *a Pisistratidis in exilium acti*, φεύγοντες Πεισιστρατίδας, et passim in sqq. qui Athenas imperio regerent et oppugnarentur et expellerentur οἱ Πεισιστρατίδαι appellantur, quamquam summa imperii penes unum Hippiam foret. Iidem communi vocabulo οἱ τύραννοι dicebantur, ut apud Herodotum V. 64: Κλεομένης δὲ ἀπικόμενος ἐς τὸ ἄστυ — ἐπολιόρκεε τοὺς τυράννους, idque post Hipparchi caedem accidit quum solus Thessalus frater cum Hippia communem potentiam tueri satageret. Etiam nunc demonstrari potest Hipparchum haud secus atque Hippiam tyranni artibus ac potestia Athenis esse usum. Audi modo verba Herodoti VII. 6: ἐξηλάθη γὰρ ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηνέων, et post pauca: διὸ ἐξήλασέ μιν ὁ Ἵππαρχος πρότερον χρεόμενος τὰ μάλιστα. Narrat Herodotus Hippiam in Asia rediisse in gratiam cum Onomacrito, quem Hipparchus olim patria eiecisset. Et dubitabimus eum recte τύραννον appellatum a populo fuisse, qui talia sine auctore fratre natu maiore perpetraret? Quid si ex ipso Thucydide ostendero omnes Pisistrati filios ac nepotes olim vulgo τυράννους fuisse dictos? Commemorat Thucydides VI. 59. elogium quod Lampsaci in monumento Archedicae inscriptum erat, quae Hippiae filia Lampsacenorum tyranno nupserat:

Digitized by Google

Ἱππίου Ἀρχεδίκην ἥδε κέκευθε κόνις,
ἣ πατρός τε καὶ ἀνδρὸς ἀδελφῶν τ' οὖσα τυράννων
παίδων τ' οὐκ ἤρθη νοῦν ἐς ἀτασθαλίην.

Si Hippiae filii, Archedicae fratres, omnes appellantur τύραννοι, rectius etiam Hipparchus, frater Hippiae, olim τύραννος appellari poterat et nihil errabat vulgus Atheniensium quum ita perhiberet Ἵππαρχον τύραννον ὄντα ὑφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἀποθανεῖν. Quod non ita dicebant ut eum solum tyrannidem exercuisse aut natu maximum ex Pisistratidis fuisse, aut patri successisse arbitrarentur. Hoc populus curat scilicet. Nil nisi Hipparchum olim iniqua dominatione Athenas opprimentem a fortibus viris Harmodio et Aristogitone de medio sublatum esse praedicabant. Sic cantabant in epulis:

ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω
ὥσπερ Ἁρμόδιος κἀριστογείτων
ὅτ' Ἀθηναίας ἐν θυσίαις
ἄνδρα τύραννον Ἵππαρχον ἐκαινέτην.

et:

ἀεὶ σφῶν κλέος ἔσσεται κατ' αἶαν,
φίλταθ' Ἁρμόδιος κἀριστογείτων
ὅτι τὸν τύραννον κανέτην
ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.

Sic statuae ex aere τοῖς τυραννοκτόνοις publice positae, sic summi honores decreti perpetui ipsis posterisque, quum Atheniensibus per Alcmaeonidas et Lacedaemonios libertatem adeptis occisus Hipparchus praeclarissimum facinus videbatur. Statuas Harmodio et Aristogitoni publice positas constat a Xerxe in Asiam deportatas esse et post longum exilium Athenas iussu Antiochi reportatas, vide Pausaniam in *Atticis* cap. 8. § 5. οὐ πόρρω δὲ ἑστᾶσιν Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων οἱ κτείναντες Ἵππαρχον. — Ξέρξου δὲ ὡς εἶλεν Ἀθήνας ἀπαγαγομένου καὶ τούτους ἅτε λάφυρα κατέπεμψεν ὕστερον Ἀθηναίοις Ἀντίοχος. Et caeteri honores habiti et statuae illae positae sunt τοῖς τυραννοκτόνοις, τοῖς τὸν τύραννον ἀπεκτονόσιν, quod si vulgari sensu acceperis neque ad historicorum severitatem exegeris nihil causae esse videbis cur ex ea re Thucydides tam criminose colligeret ὅτι οἱ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενη-

Digitized by Google

μένων καὶ ἣν ἐπιχώρια σφίσιν ἢ ὅμως ἀβασανίστως παραδέχονται. Venio nunc ad ipsa Thucydidis verba, in quibus aliquid frustra [illegible] suspicor. Thucydides postquam dixit Ἀθηναίων τὸ πλῆθος Ἵππαρχον οἴονται ὑφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος τύραννον ὄντα ἀποθανεῖν, continuo ita pergit: καὶ οὐκ ἴσασιν ὅτι Ἱππίας μὲν πρεσβύτατος ὢν ἦρχε τῶν Πεισιστράτου παίδων, Ἵππαρχος δὲ καὶ Θεσσαλὸς ἀδελφοὶ ἦσαν αὐτοῦ. ὑποπτεύσαντες δέ τι ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ παραχρῆμα Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ἐκ τῶν ξυνειδότων σφίσιν Ἱππίᾳ μεμηνῦσθαι, καὶ μὴ ἀπειληθέντα ὡς προειδότος, βουλόμενοι δὲ πρὶν ξυλληφθῆναι δρᾶσαί τι καὶ κινδυνεῦσαι τῷ Ἱππάρχῳ περιτυχόντες — ἀπέκτειναν. Mirificam oppositionem vides in his ὅτι Ἱππίας μὲν πρεσβύτατος ἦν ἦρχεν, Ἵππαρχος δὲ καὶ Θεσσαλὸς ἀδελφοὶ ἦσαν αὐτοῦ. Saltem addidisset κεὐτέρπει. Nunc dicitur populus Atheniensium vulgo nescivisse Hippiae Hipparchum et Thessalum fratres fuisse. Verum non illa inter sese Thucydidis opponuerat, sed haec: Hippiam natu maximum tyrannidem obtinuisse, sed certa de causa factum esse ut non hunc sed fratrem eorum [illegible] Expunctis igitur verbis [illegible] possit [illegible] Quo- [illegible] [illegible] [illegible]

est in tali re κινδυνεῦσαι? quid aliud quam *de vita, de capite, de salute dimicare?* Suspicantur rem omnem Hippiae patefactam esse et iamiam futurum ut prehendantur et ad supplicium rapiantur. Nolunt perire inulti, itaque capiunt consilium δράσαντές τι καὶ κινδυνεῦσαι et Hipparchum necopinato oppressum trucidant. Ergo in verbo κινδυνεῦσαι inest et τὸ ξυλληφθῆναι et τὸ ἀπολέσθαι et absurdum est coniungere βουλόμενοι πρὶν ξυλληφθῆναι κινδυνεῦσαι. Qui ea addidit et vim verborum δράσαντές τι καὶ κινδυνεῦσαι fregit, sumere id quodammodo potuit ex VI. 57. ἐνόμισαν μεμηνῦσθαί τε καὶ ὅσον οὐκ ἤδη ξυλληφθήσεσθαι. Caeterum notandum est quam invidiose Thucydides et aspere de Harmodii et Aristogitonis facinore scribat haud secus de iis atque de sicariis quibusdam referens, quorum caede veluti laetari videtur: ὁ Ἀριστογείτων ὕστερον ληφθεὶς οὐ ῥᾳδίως διετέθη. Non accuratissime ἀττικισής, quem compilavit Photius v. Οὐ ῥᾳδίως ἀντὶ τοῦ κακῶς. Θουκυδίδης· „Ἀριστογείτων ὕστερον ληφθεὶς οὐ ῥᾳδίως διετέθη. Ἁρμόδιος δ' αὐτοῦ παραχρῆμα ἀπόλλυται." Οὐ ῥᾳδίως διετέθη verbis lenioribus rem atrocem significat, nempe αἰκισθεὶς ἀπέθανεν, idque Thucydide non improbante factum esse apparet.

Thucydides ipse mihi videtur locum Herodoti perperam intellexisse et sic inique historiae parentem carpere ubi scribit I. 20: πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἔτι καὶ νῦν ὄντα καὶ οὐ χρόνῳ ἀμνησούμενα καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες οὐκ ὀρθῶς οἴονται· ὥσπερ τούς τε Λακεδαιμονίων βασιλέας μὴ μιᾷ ψήφῳ προστίθεσθαι ἀλλὰ δυοῖν, καὶ τὸν Πιτανάτην λόχον αὐτοῖς εἶναι, ὃς οὐδ' ἐγένετο πώποτε. Herodoti locus, quem in crimen vocat, legitur VI. 57. ubi enumerans τὰ τῶν βασιλέων apud Spartanos γέρεα ita scribit: καὶ παρίζειν βουλεύουσι τοῖσι γέρουσι ἐοῦσι δυῶν δέουσι τριήκοντα· ἢν δὲ μὴ ἔλθωσι τοὺς μάλιστά σφι τῶν γερόντων προσήκοντας ἔχειν τὰ τῶν βασιλέων γέρεα δύο ψήφους τιθεμένους, τρίτην δὲ τὴν ἑωυτῶν. Nullus fuisset criminationi locus et nemo in illis verbis errare umquam potuisset, si Herodotus ita scripsisset: τὸν μάλιστά σφι τῶν γερόντων προσήκοντα ἔχειν τὰ τῶν βασιλέων γέρεα δύο ψήφους τιθέμενον, τρίτην δὲ τὴν ἑωυτοῦ, idque ipsum eum voluisse dicere arbitror, sed quia non de duobus tantum regibus, quos

Digitized by Google

ipse Spartae viderat, sed περὶ τῶν ἀεὶ ἐν Σπάρτῃ βασιλευόντων haec narrabat, pro *singulari* numero τὸν μάλιστά σφι προσήκοντα dedit pluralem τοὺς μάλιστά σφι προσήκοντας, quia qui duos reges proxima cognatione contingebat aliis regibus alius erat, ut dicuntur οἱ Περσῶν βασιλῆς vel οἱ Ἀθήνησιν ἐπώνυμοι ἄρχοντες aliquo honore uti, nempe singuli suo regno et suo anno utebantur eo honore, qui in Perside aut Athenis τῷ ἀεὶ βασιλεύοντι aut τῷ ἀεὶ ἄρχοντι solebat haberi. Unum tantum exemplum adscribam quod in vicinia huius loci legitur VI. 58: τῶν γὰρ ἂν βαρβάρων οἱ πλεῦνες τῷ αὐτῷ νόμῳ χρέονται κατὰ τοὺς θανάτους τῶν βασιλέων. Qua de causa τοὺς θανάτους plurali numero posuit, eadem de causa supra scripserat τοὺς μάλιστά σφι τῶν γερόντων προσήκοντας de omnibus regibus dicens qui deinceps fuerunt, quum *unum* tantum Regibus proximum cognatum in singulis Regum collegiis esse voluerit, qui utroque rege absente et *pro his duo* suffragia et *suum ipsius tertium* ferret. Nam quomodo, quaeso, in tali re errasse Herodotum in animum inducamus, qui τὰ τῶν βασιλέων γέρεα oculatus testis et ab oculatis testibus accuratissime omnia descripserit, etiam tenuissima quaeque diligenter commemorans? Quod autem criminatur Herodotum non nominatum Thucydides quod dixerit Lacedaemoniis τὸν Πιτανάτην λόχον εἶναι ἐξ οὗ ἐγένετο πάντοτε, sumtum est ex libro IX. 53 ubi est: Ἀμομφάρετος ὁ Πολιάδεω λοχαγέων τοῦ Πιτανήτεω λόχου et post pauca ἀπολιπεῖν τὸν Πιτανήτην λόχον, videtur Thucydides τῇ ὁμωνυμίᾳ deceptus fuisse. Herodotus enim λόχον non posuit eo sensu quo Lacedaemoniorum exercitus totus in quinque, vel, ut alii, in septem λόχους divisus fuisse narratur, de quorum numero et nominibus antiquarii certant et adhuc sub iudice lis est. sed Ionico et Attico more λόχον posuit de manu armatorum, qui eundem ductorem (λοχαγόν) sequebantur, erantque omnes Πιτανάται, ut Romani *cohortem Marsam* aut *Paelignam* appellant. Sed quidquid huius rei est, aliquanto iniquius Thucydides, quum nil nisi tam minuta in Herodoto reprehendere potuisset, addidit: ἄλλως ἀπαλλάσσων τοῦ ἐλέγχου. Multo graviorem in errorem ipse se implicuit quum scriberet de Homero I. 3: τὰ μὲν οὖν πρὸ Τρωικοῦ πολέμου καὶ τὰ μετὰ τοῦτο μέχρι

Digitized by Google

Ἑλληνάς πω ὡς ἐμοὶ δοκεῖ ἀντίπαλον ἐς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι, non enim est recordatus versus Homerici Iliad. B. 867:

Μάσθλης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων.

nam summo iure quaerit Strabo XIV. p. 661: μὴ λεγομένων βαρβάρων πῶς ἔμελλεν εὖ λεχθήσεσθαι τὸ βαρβαροφώνων? Opem ferre voluit Scholiasta qui annotavit: τὸ γὰρ βαρβαροφώνων Καρῶν νενόθευται, sed quia hoc impudenter mentitus est (nemo enim Criticorum huic versui movit ullam controversiam), neminem movebit. Peius etiam erravit Thucydides I. 5. ubi scribit olim in Graecia latrocinium non tantum infame non fuisse, sed etiam laudis aliquid habuisse: δηλοῦσι δὲ τῶν τε ἠπειρωτῶν τινὲς ἔτι καὶ νῦν, οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο δρᾶν καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν τὰς πύσεις τῶν καταπλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες εἰ λῃσταί εἰσιν, ὡς οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τε ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι, οὐκ ὀνειδιζόντων, quem errorem satis refutavit Aristarchus ad Odysseam Γ. 71. rectissime ita admonens, ἄλλως τε καὶ ἐπ τῶν συμφραζομένων δηλοῖ τὴν τοῦ πράγματος μοχθηρίαν. ἀντιτάσσεται γὰρ τῷ "ἦ τι κατὰ πρῆξιν" τὸ

ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε
ψυχὰς παρθέμενοι κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες;

quid est enim alicui exprobrare aliquid si hoc non est? Vel solum ψυχὰς παρθέμενοι rem conficere possit. Ψυχὴν παρθέμενος, ut κινδυνεύων περὶ τῆς ψυχῆς de eo dicitur qui *capital facit*, quod, si deprensus captusve fuerit, *suo capite luat*, ut in Aristophanis *Pluto* vs. 523:

τίς γὰρ πλουτῶν ἐθελήσει
κινδυνεύων περὶ τῆς ψυχῆς τῆς αὑτοῦ τοῦτο ποιῆσαι;

nempe τὸ ἀνδραποδιστὴς εἶναι. Vel hinc igitur satis arguitur (ut Aristarchi verbis utar) ἡ τοῦ πράγματος μοχθηρία. Quod autem scribit Thucydides τὰς πύσεις τῶν καταπλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες, sciendum est unum atque eundem locum esse semel in Odyssea importuno loco repetitum, semel a recentiore cantore in Hymnum ad Apollinem receptum. Sic igitur in ipsum Thucydidem convenerit τό· οὕτως αὐτῷ ἀταλαίπωρος ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας, sed satius est in talibus mitius et clementius iudicare μεμνημένους τῆς κοινῆς τύχης,

Digitized by Google

Interpolatum falso creditur Thucydides I. 24: ὁ δῆμος αὐτῶν (τῶν Ἐπιδαμνίων) ἐξεδίωξε τοὺς δυνατούς· οἱ δὲ ἀπελθόντες μετὰ τῶν βαρβάρων ἐληΐζοντο τοὺς ἐν τῇ πόλει κατά τε γῆν καὶ μετὰ θάλασσαν. οἱ δὲ [ἐν τῇ πόλει ὄντες Ἐπιδάμνιοι] ἐπειδὴ ἐπιέζοντο πέμπουσιν ἐς τὴν Κέρκυραν. Scholion esse ἐν τῇ πόλει ὄντες Ἐπιδάμνιοι idque ex eo genere fatuo et stultissimo, qualia plerique sunt scholia Thucydideis libris addita, attendenti facile perspicuum fiet. Opponuntur *absentes* aut certe alii ἐν τῇ πόλει, ubi nemo addit participium οὖσιν, et οἱ ἐν τῇ πόλει Ἐπιδάμνιοι sic demum recte dicitur si in eadem urbe praeter Epidamnios etiam alterius cuiusdam oppidi cives esse constat.

Mendosa scriptura vitiat locum Thucydidis I. 25: (οἱ Ἐπι- [illegible] Scribere non potuit Thucydides in ea re τι- [illegible] Sententia loci requirit **aliquam opem** [illegible] **sibi**. Nihil [illegible] **esse atque** [illegible] **est** [illegible] **idem** [illegible] **sit idem** [illegible] 55:

Digitized by Google

μάζεσθαι abire potuisse in ποιεῖσθαι. Nihil aliud in ποιεῖσθαι latere arbitror quam πορίζεσθαι. Vides quam sit illud verbum rei eximie accommodatum, et notum est quam saepe ea verba a scribis inter se permisceantur, non tantum in formis πορίσαι et ποιῆσαι, πορίσασθαι et ποιήσασθαι, sed etiam in caeteris. Πορίζεσθαι *comparare sibi* frequentissime dicitur de opibus, πορίζεσθαι χρήματα, βίον, τὰ πρὸς τὸν βίον, τἀπιτήδεια, τἀγαθά, et similia omnia, ut apud Thucydidem I. 142: μέγιστον δὲ δὴ τῇ χρημάτων σπάνει κωλύσονται ὅταν σχολῇ αὐτὰ πορι ζόμενοι διαμέλλωσιν, et I. 83: ἔστιν ὁ πόλεμος οὐχ ὅπλων τὸ πλέον ἀλλὰ δαπάνης. — πορισώμεθα οὖν πρῶτον αὐτήν. Deinde πορίζεσθαι δύναμιν dicebatur atque hinc ὠφέλειαν sive βοήθειαν sive ἐπικουρίαν sive τιμωρίαν τινὰ πορίζεσθαι.

Pertinaciter retinent homines eruditi importunum aoristum χρήσασθαι I. 26: προεῖπον Ἐπιδαμνίων τε τὸν βουλόμενον ἀπιέναι καὶ τοὺς ξένους ἀπαθεῖς ἀπιέναι, εἰ δὲ μή, ὡς πολεμίοις χρήσασθαι, pro χρήσεσθαι. Non est alius error in Codd. MSS. frequentior; quin igitur reponimus ubique id quod ipsa rei natura postulat?

Impeditus molestis additamentis et mendosus est locus Thucydidis I. 27: Κορίνθιοι δ' ὡς αὐτοῖς ἐκ τῆς Ἐπιδάμνου ἦλθον ἄγγελοι ὅτι πολιορκοῦνται παρεσκευάζοντο στρατιάν, καὶ ἅμα ἀποικίαν ἐς τὴν Ἐπίδαμνον ἐκήρυσσον ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τὸν βουλόμενον ἰέναι· εἰ δέ τις τοπαραυτίκα μὲν μὴ ἐθέλοι ξυμπλεῖν, μετέχειν δὲ [βούλεται] τῆς ἀποικίας, πεντήκοντα δραχμὰς καταθέντα [Κορινθίας] μένειν. Unde pendet accusativus ἀποικίαν? Editores locum ita diviserunt ut e verbo ἐκήρυσσον pendere videatur. Sed neque ἐκήρυσσον ἀποικίαν recte dicitur, neque, si quam maxime illud recte diceretur, simul ex eo verbo pendere poterit et accusativus ἀποικίαν et verba ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τὸν βουλόμενον ἰέναι. Verba καὶ ἅμα ἀποικίαν e verbo παρεσκευάζοντο suspensa fuerunt et importunum ἀσύνδετον, natum ex illorum errore, qui καὶ ἅμα ἀποικίαν ad sequentia traxerunt, ita removendum est ut verbo finito ἐκήρυσσον participium κηρύσσοντες substituatur. Itaq

Digitized by Google

liaec erit sana et integra loci forma: Κορίνθιοι δὲ — παρεσκευάζοντο στρατιὰν καὶ ἅμα ἀποικίαν, κηρύσσοντες ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τὸν βουλόμενον ἰέναι. Simillima orationis conformatio est in cap. 26: Κορίνθιοι ἔπεμπον ἐς τὴν Ἐπίδαμνον ἄνδρα τὸν ἀφέλειαν, οἰκήτορά τε τὸν βουλόμενον ἰέναι κελεύοντες καὶ Ἀμπρακιωτῶν καὶ Λευκαδίων καὶ ἑαυτῶν φρουρούς. Praeterea expunge abusonum βούλεται, quo omnis verborum concinnitas corrumpitur, et quia satis perspicuum est Corinthios, quum a civibus suis drachmas quinquaginta exigerent, non Atticas vel Aeginenticas exegisse sed Corinthias, supervacuum et male collocatum Κορινθίας e verbis Thucydidis eximendum esse censeo.

Pugnat cum Graecitatis ingenio et usu quod editur I. 27. [illegible] Fieri non potest ut [illegible] sed [illegible] humanum quidquid factum [illegible] [illegible] [illegible]

phanem, Thucydidem, Platonem, Aeschinem cum Polybio, Diodoro Siculo, Luciano, Dione Cassio, Libanio et omnium deterrimo Zosimo ita componit ut nihil minus his credat quam illis. Hos ego omnes in tali quidem causa contemno et reiicio. Saepius in plerisque demonstravi quam imperite et negligenter et vitiose loquantur, et quamquam video eos quoque scribarum magis vitio quam suo in iis peccare videri, nihil istos omnes moror et eorum testimonio neque utor neque moveor. Facessant mihi οἱ ἀττικῶς γράφοντες, negotium est mihi cum iis qui ἀττικιεῖ loquuntur, quos apud me constat neque illo modo scribere potuisse umquam et, sicubi istud componendi genus nunc in illorum scriptis compareat, non ipsis sed hallucinantibus librariis id esse imputandum. Nego primum sanum scriptorem ita verba componere posse. Contra philosophatur Lobeckius ad Phrynichum p. 747 his verbis: *Qui vult aliquid fieri, id vel nunc vel simulac res et locus tulerit fieri cupit.* Nemo dissentiet, nam solemus homines id *fieri* velle quod nondum *factum est*. Pergit Lobeckius: *Sed quum idem cogitat rem* nondum coeptam nedum perfectam esse, *atque hoc etiam verbis exprimere vult, aoristo futurum substituit.* Est haec prava philosophandi subtilitas qua rectum iudicium obtunditur et hebescit sanae mentis acies, quo facto id quod absurdum est potest veri speciem adipisci. Quae quis se facere velle dicit aut fieri ea semper *nondum coepta nedum perfecta* sunt. Miles vult mercator fieri, foenerator rusticus. Pauperes volunt fieri divites. Omnes volunt ad senectutem pervenire. Haec omnia *nondum coepta nedum perfecta* sunt: itaque dicendum erit ὁ στρατιώτης βούλεται ἔμπορος γενήσεσθαι. οἱ πένητες πλουτήσειν βούλονται. ἅπαντες εἰς τὸ γῆρας βούλονται ἀφίξεσθαι. Sed nemo mortalium sic umquam est locutus, sed γενέσθαι, πλουτεῖν, ἀφικέσθαι omnes eadem constantia dicebant qua Romani *esse* non *fore*, *pervenire* non *perventuros esse* in talibus ponebant. Lepidus est locus Aristophanis apud Plutarchum in *Nicia* cap. 8.

ἐθέλω γεωργεῖν. Β. εἶτα τίς σε κωλύει;
Α. ὑμεῖς. ἐπεὶ δίδωμι χιλίας δραχμάς,
ἐάν με τῶν ἀρχῶν ἀφῆτε.

taedet hominem reip. et honorum, rusticus vult fieri. Ea res

Digitized by Google

nondum coepta nedum perfecta est, ut vides. Poteratne igitur dicere ἐθέλω γεωργήσειν? Sed fortasse id *verbis exprimere non vult.* Quasi vero res ipsa non satis semper loquatur. Agamemnon quum dicit:

βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι,

cogitat, credo, secum rem *nondum coeptam nedum perfectam* esse. Poteratne ergo Graece dicere σωθήσεσθαι μᾶλλον βούλομαι ἢ ἀπολεῖσθαι. Absurdum id quidem est. Itaque nihil aliud superest nisi ut dicas *illius rei exempla in libris reperiri,* id quod nemo negat, sed si perges dicere *illorum locorum scripturas certas et indubitatas esse,* nemo te sequetur ac tu tibimet ipsi non credes. Affert Lobeckius ex Andocide περὶ μυστηρίων verba, ἐβουλήθησαν με ἀπολεῖν (τὰ θεά). Itaque Ceres et Proserpina quum impium Andocidem perdere vellent et cogitarent eam rem *nondum coeptam* esse *nedum perfectam* propterea recte dicuntur βουλήθηναι ἀπολέσαι αὐτόν. Legitur locus § 114 nunc ex optimis libris sic emendatus: εἰ γὰρ ἐβουλεύσαντο με ἀπολλύναι τὰ ἱερά κτέ. Reliqua testimonia ad eundem modum aut correcta iam sunt aut corrigenda. In Aristophanis Pluto vs. 573 Lobeck et Schaefer tuentur librorum lectionem ζητεῖς τοῦτ' ἀπαιτεῖσθαί νιν, sed omnium consensu nunc ἀπαιτεῖσθ' editur. Ζητεῖν locis innumerabilibus cum praesenti tempore coniunctum hoc uno loco contra rei naturam futurum habere quis sanus credet unquam? Apud Sophoclem in *Philocteta* vs. 1394 item *nondum* male invertur in his:

τί δῆτ' ἂν ἡμᾶς δεῖλαιον, εἴ τις γ' ἦν λιπεῖν
τοιοῦτον ἀνηκεστοπήμονα μόχθον ἐν βροτοῖς;

Verbum δεῖλαιον, εἰ δὲ τις ἦν εἰ δεῖλαιος ἦν εἰ ἀδεκτὸς sive ἀδόκητος ἦν, semper natura praesens imperfecti requirit et futurum respicit, eamque rem ex sensu ipso necessariam et rerum omnium et perpetuum imperfecti usum exemplis innumerabilibus stabilivit. Itaque si uno alterove loco scriptus praesens semper suspectus fuerit, verum mihi certe scriptum nondum esse videtur ac si quod huic non possit factum esse negat credere. Nunquamne illos haec mihi se scire pernegare volumus? Hoc vero sequentibus nullo dubitamus. Legimus igitur omnes Sophocli τοιοῦτον ἀνηκεστοπήμονα

Digitized by Google

δυνησόμεσθα, ut Aristophani dudum suum ἀναπείθειν est redditum. Affertur porro ex Theognide χαιρήσειν δύναμαι, quod bellissimum est. Edebatur sic olim vs. 991 (apud Bergkium in *Poëtt. Lyr.*)

ἄλλοτέ τοι πάσχων ἀνιήσεαι, ἄλλοτε δ' ἔρδων.
χαιρήσειν δύνασαι ἄλλοτέ τ' ἄλλος ἀνήρ.

sed ex optimo Codice Mutinensi prodiit χαιρῆισι δύνανται ἄλλοτε δ' ἄλλος, unde eruta est tandem poëtae manus: ἄλλοτε δ' ἔρδων χαιρήσεις· δύναται δ' ἄλλοτε ἄλλος ἀνήρ, et absurda compositio δύναμαι χαιρήσειν tenues dilapsa in auras luculento exemplo nos docet libris non temere credere ubi incredibilia portenta loquuntur. E Lobeckianis unum addam: e Dinarcho profert κωλύσειν καταπλεύσειν ut doceat verba *prohibendi* quoque commode cum futuro componi. Ergo vel barbarum καταπλεύσειν concoquere potuit! Credebam Veteres πλεύσεσθαι dixisse. Inspiciamus locum ipsum. Legitur in exordio orationis κατὰ Φιλοκλέους, ubi Bekkerus edidit φάσκων κωλύσειν Ἅρπαλον εἰς τὸν Πειραιᾶ καταπλεῦσαι in subiecta notula admonens in libris esse καταπλεύσειν, sed Bekkerus recte foedissimam barbariem devorare noluit. Meminerat, ut opinor, et in aliorum libris et apud Oratores sexcenties praesentium, futurorum et aoristorum formas a librariis confundi. In iis quae proxime praecedunt exemplum est cui similia ubique reperiuntur. In exitu orationis Dinarcheae κατ' Ἀριστογείτονος Bekkerus recte edidit τί ἂν οἴεσθε ποιῆσαι ἐκείνους τοὺς ἄνδρας, sed admonet pro ποιῆσαι in alio libro ποιήσειν exhiberi, quod manifesto mendosum est ut καταπλεύσειν. Si in libro aliquo τὰς ἄνδρας aut τοὺς γυναῖκας legeretur non esset id minus certum evidensque mendum quam sunt istae futurorum formae verbis additae, *quibus futurum addi non potest.* Alios locos aut corruptos aut spurios aut artificiosius compositos collegit Matthiae, quorum unum attingam. Deceptus est homo doctus scriptura loci apud Isocratem κατὰ τῶν Σοφιστῶν § 2 ubi apud Bekkerum est ἡμῖν ἐνδείξεσθαι βουλόμενος. Serio credidit verbo βούλομαι apud Isocratem caeteris omnibus locis praesens aut aoristum addi, hoc uno loco nulla de causa rhetorem maluisse futurum scribere. Hodie unanimi consensu ἐνδείξασθαι repo-

Digitized by Google

situm est. Sed propero ad locos Thucydideos, quos collegit Poppo in *Prolegom.* I. 1. p. 159. quorum ego nullum sanum esse mihi persuasissimum habeo. Δύναμαι futurum per ipsam rei naturam admittere non potest. Ergo corruptum est quod apud Thucydidem scribitur III. 28: γνόντες — οὔτ' ἀποκωλύσειν δυνατοὶ ὄντες et invitis libris omnibus ἀποκωλύειν rescribendum, et in Niciae epistola VII. 11. ubi libri dissentiunt in χρήσασθαι, χρήσεσθαι et χρῆσθαι, unice verum videtur δυναίμεθ' ἂν χρῆσθαι. Quod affertur ex VII. 21. ξυναν-έπειθε — μὴ ἀθυμεῖν ἐπιχειρήσειν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους non uno modo mendosum est: neque enim ἀθυμῶ cum infinitivo iungi potest neque ἐπιχειρῶ cum πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. Latet in his ulcus gravius a quo nunc quidem abstineo manum. Mendosum est VIII. 55. οἱ δὲ διενοοῦντο βοηθήσειν, quoniam quo minus verbum διανοεῖσθαι cum futuro coniungatur et constans omnium usus et ipsa rei natura prohibet. Repetitum est idem vitium VIII. 74. διανοοῦνται — εἴρξειν, sed quem movebit futilium scribarum auctoritas, qui penitus senserit verbis huiuscemodi διανοεῖσθαι, ἐνθυμεῖσθαι, ἐν νῷ ἔχειν, παρασκευάζεσθαι nullo pacto *futuri* temporis formam a sano scriptore addi posse. Constanter dicitur παρασκευάζομαι ὥς τι ποιήσων, sed παρασκευάζομαι ποιεῖν τι, et quam certum est in tali re ποιῶν pro ποιήσων substituere non licere, tam certum est ποιεῖν in ποιήσειν convertere ius non esse. Si in scriptore Latino verbis *paro* vel *in animo est mihi* futurum additum legeretur nemo ferret, et aequo animo credemus Graece sic recte dici quia in infinita multitudine locorum, ubi illa verba leguntur, unus et alter est a scribis contaminatus idque tralaticio vitio et apud omnes pervulgato? Βούλομαι non magis quam *volo* cum futuri temporis forma componi potest. Dederunt id quidem scribae nonnumquam sed qui sapiunt absurdas lectiones istis reddent, ut apud Thucydidem VI. 57: ἐβούλοντο — προτιμωρήσεσθαι, et VI. 101: βουλόμενοι ἀποκλήσεσθαι. Si verbum βούλομαι revera Graece cum futuri temporis forma componi potuisset, num tu putas illius usus in tanta locorum multitudine vix duo aut tria exempla superfutura fuisse? et numquam aut in poëta aliquo aut in ea forma futuri quae multum a praesentis et aoristi

Digitized by Google

forma discrepet, veluti in λήψεσθαι, δήξεσθαι, ἀποδράσεσθαι, γνώσεσθαι, μαθήσεσθαι, πεύσεσθαι similibusque permultis vel unum aliquod certum exemplum elapsurum fuisse? Nae ille imperitus litterarum homo est cui persuaderi possit utrum — εσθαι an — ασθαι genuinum sit, et — σειν an — σαι, ex libris MSS. sciri et constitui posse. Sed nondum omnes de genere hoc sordes exhausimus. Concoquunt docti homines et probant VI. 6. ἐφιέμενοι ἄρξειν, quasi vero ullum verbum istiusmodi aut ἐπιθυμῶ aut γλίχομαι, ὀρέγομαι, ἱμείρω aut simile quoddam umquam futurum admitteret. Non negant, credo: sed hoc uno loco Thucydidem ab omnium perpetuo usu descivisse faciles credunt. Προθυμεῖσθαι eodem modo futurum respuit, sed nihilo minus eruditi homines opinantur recte dedisse Thucydidem VIII. 2. ξυμπροθυμηθέντες ἀπαλλάξεσθαι. Libri ut solent dissident in ἀπαλλάξεσθαι et ἀπαλλάξασθαι, sed nunc quidem nulla datur optio, *quia* ἀπαλλάξασθαι *barbarum est* haud secus atque ἀπολαύσασθαι, ἐνδύσασθαι, ἀποδράσασθαι, πλεύσασθαι, φεύξασθαι aliaque multa ex futuris temere reficta quum aoristi sit longe diversa forma ἀπολαῦσαι, ἐνδῦναι, ἀποδρᾶναι, πλεῦσαι, φυγεῖν. Sic igitur futurum ἀπαλλάξεσθαι habet aoristum ἀπαλλαγῆναι, et ἀπαλλάξασθαι foeda est barbaries. Ergo nunc quidem haeres, dixerit aliquis, namque ipse vides ac fateris formam ἀπαλλάξεσθαι unice veram esse. Video ac fateor, sed nihil ea res proderit iis qui ξυμπροθυμεῖσθαι somniant recte cum futuro componi. Inspiciamus locum paulo diligentius, nam est operae pretium et multum faciet ad crisin Thucydidei operis adiuvandam si quis hunc memorabilem locum penitus introspexerit. Thucydides VIII. 2. ita scribit: *post gravem Atheniensium in Sicilia cladem* εὐθὺς οἱ Ἕλληνες πάντες ἐπηρμένοι ἦσαν, οἱ μὲν μηδετέρων ὄντες ξύμμαχοι — νομίσαντες κἂν ἐπὶ σφᾶς ἕκαστοι ἐλθεῖν αὐτοὺς εἰ τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ κατώρθωσαν καὶ ἅμα [ἡγούμενοι] βραχὺν ἔσεσθαι τὸν λοιπὸν πόλεμον οὗ μετασχεῖν καλὸν εἶναι· οἱ δ' αὖ τῶν Λακεδαιμονίων ξύμμαχοι ξυμπροθυμηθέντες ἐπὶ πλέον ἢ πρὶν ἀπαλλάξεσθαι διὰ τάχους πολλῆς ταλαιπωρίας. In his primum ἡγούμενοι unanimi omnium consensu damnatur. Rectissime admonet Goellerus: "*solent correctores talia additamenta fulciendae orationis causa substernere.*" Scilicet

Digitized by Google

nunc libri veluti aves addixerunt: in uno Vaticano importunum ἡγούμενοι omissum est. Ni ita esset quotus quisque aequo animo sibi esset passus eripi? Considera nunc mihi reliqua: magnum in tota Graecia animorum motum excitatum esse refert Thucydides et omnes ad bellum summa vi gerendum esse inflammatos. Deinde addit quid potissimum moverit atque incenderit eos qui adhuc neutras partes essent secuti, tum quid Lacedaemoniorum socios impulerit maxime. Dicam idem quod Thucydides dixit alia orationis forma, quia sic optime vulgatae interpretationis error apparebit. εἰ μὲν μηδέτεροι ὄντες ξυμμαχοι ἐπήεσαν ἤτοι ἐς τὸν πόλεμον παρεσκευασμένοι ἦσαν καὶ ἐπὶ σφᾶς ἄλλοι εἰ Ἀθηναῖοι εἰ τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ καταφρονοῦντες καὶ ἅμα ξυμπαντες ἐπὶ ξυμαχοὺς ἔσαν ἢ λιπεῖν πόλεμον. Transit deinde ad Lacedaemoniorum socios de quibus (ut manifestum est) hoc dixit: εἰ δ' αὖ τῶν Λακεδαιμονίων ξυμμαχοι ἐς τὸν πόλεμον ἐπῆσαν ἤτοι παρεσκευασμένοι) ἐπὶ δὲ ταχεῖ πόλει πόλεμος παλαιστὴς ἀπαλλάξαι ἐν ἐπὶ πόλει ἢ πόλι ξυμπεσόντα. Iam ea vides, ut opinor, quae sit loci compositio, et quid erraverint Interpretes. Futurum ἀπαλλάξαι pendet a παρεσκευασμένοι, quod ita de more orationi bipartitae praepositum est ut utraque pars ex eo sit suspensa, et ξυμπεσόντα resolvendum est in ἐν ξυμπεσόντα id est ἐν μιᾷ πόλει γενόμενα. Falax igitur species decepit eos qui verba ξυμπεσόντα ἀπαλλάξαι coniungenda esse opinati sunt, et sic non tantum Graecitati vim intulerunt sed simul omnem loci sententiam veluti humeri exstinxerunt. Si horum sciolus aliquis suum ἐπῆσαν inseruisset, salvum vera loci constitisset sententia ἐπῆσαν ἀπαλλάξαι πόλει πόλεμον. Ergo habemus nunc quidem ex libris mendorum cohorrem ac habitum orationis Thucydideae hunc: εἰ δ' αὖ τῶν Λακεδαιμονίων ξυμμαχοι ἐς τὸν πόλεμον ἐπῆσαν ἤτοι παρεσκευασμένοι ἦσαν — παλαιστὴς δὲ ἐν τάχει ἄλλοι εἰ Ἀθηναῖοι εἰ τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ καταφρονοῦντες καὶ ἅμα ξυμπαντες ἐπὶ ξυμαχοὺς ἔσαν ἢ λιπεῖν πόλεμον. εἰ δ' αὖ τῶν Λακεδαιμονίων ξυμμαχοι ἐς τὸν πόλεμον ἐπῆσαν ἤτοι παρεσκευασμένοι ἦσαν ἢ τῶν ἀπαλλάξαι ἐν ταχεῖ πόλει πόλεμον. sed in his primum Graecum corruperunt post ea ἅμα inutile ἐπῆσαν interpolando. Iamne Lectores et Interpretes quae fugit

Digitized by Google

compositionis ratio, unde natum est illud commentum, quod refutavimus. Ergo ne προθυμεῖσθαι quidem credemus sat commode futurum adsciscere posse. Sequitur πείθω, quod doctis hominibus videtur recte infinitivum futuri adiunctum sibi habere, veluti apud Thucydidem II. 29: τὸν ἐπὶ Θράκης πόλεμον ὑπεδέχετο καταλύσειν· πείσειν γὰρ Σιτάλκην πέμψειν στρατιὰν [Θρᾳκίαν] Ἀθηναίοις ἱππέων τε καὶ πελταστῶν, de quo loco ita philosophatur Poppo ex Hermanno *„ubi in principali verbo futuri significatio insit etiam infinitivum futuri id verbum sibi adiungere,"* quae si de *pollicendi* aut *minandi* verbis dicuntur, recte dicta sunt, sed de πείθειν idem dicere non licet. Itaque πείθω semper et ubique infinitivum praesentis vel aoristi adiungit sibi praeterquam *hoc uno* Thucydidis loco, ubi pars librorum exhibet vitiosam lectionem πέμψειν, caeteri servant veram πέμπειν. Superest verbum δέομαι et locus Thucydidis unde ad haec digressi sumus I. 27. ἐδεήθησαν δὲ καὶ τῶν Μεγαρέων ναυσὶ σφᾶς ξυμπροπέμψειν. Ratio et omnium perpetuus usus demonstrant verbum δέομαι aut praesens infinitivi aut aoristum admittere, ut omnia verba *petendi, iubendi* et *imperandi*. Itaque quemadmodum absurdum est dicere ἐκέλευσά σε vel προσέταξά σοι τοῦτο ποιήσειν, sic absurdum est ἐδεήθησαν ξυμπροπέμψειν pro ξυμπροπέμψαι. Sed ecce video esse nonnullos qui verbo κελεύω quoque optime futurum addi posse opinantur. Nituntur, ut in re tam absurda erat exspectandum, *unico* loco, qui legitur apud Euripidem in Iphigen. Taur. vs. 913:

ΙΦΙΓ. τί γάρ ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπόρθμευσας πόδα;
ΟΡΕΣΤ. Φοίβου κελευσθεὶς θεσφάτοις ἀφικόμην.
ΙΦΙΓ. τί χρῆμα δράσειν; ῥητὸν ἢ σιγώμενον;

Scilicet hinc colligunt τί χρῆμα δράσειν κελευσθείς Euripidem habere auctorem. Unice verum est quod Elmsleius olim reperit τί χρῆμα δράσων; namque haec usitatissima in talibus forma est.

Non minus turpem quam hic est errorem scribarum futuro praesens tempus aoristum substituentium homines eruditi et alibi passim et apud Thucydidem aequissimo animo ferunt, excusant aut omnino erratum esse negant. Nihil eos offen-

Digitized by Google

dit scriptura loci Thucydidei II. 44: *διόπερ καὶ τοὺς τῶνδε νῦν τοκέας ὅσοι πάρεσε οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον ἢ παραμυθήσομαι*, pro *ὀλοφυροῦμαι* manifesto errore scriptum. Nihil Popponem offendit (*Prolegom.* I. 1. p. 274) V. 47. *ἐμμένω τῇ ξυμμαχίᾳ καὶ οὐ παραβήσομαι*, et V. 38: *ὀμόσαι ὅρκους ἀλλήλοις ἢ μὴν ἔν τε τῷ παρατυχόντι ἀμύνειν τῷ δεομένῳ καὶ μὴ πολεμήσειν τῳ μηδὲ ξυμβήσεσθαι ἄνευ κοινῆς γνώμης*, ubi vel caecus videat *ἐμμενῶ* et *ἀμυνεῖν* verum esse. Nemo negare audebit ex antiqua scriptura ЄMMЄNΩ et AMTNЄIN nobis ipsis constituere licere, utrum *ἐμμένω* an *ἐμμενῶ*, *ἀμυνεῖν* an *ἀμύνειν* verum sit, et Graeculorum in talibus opiniones iure contemni. Nihil offendit idem IV. 120. in verbis: *οὐ πρὸς τὸ ἔλασσον νομίζων τρέψασθαι ἀλλ' ἐπὶ τὴν ναῦν, καὶ ἐν τούτῳ αὐτὸν διασώσειν*, ubi non cogitavit quid inter *τρέψασθαι* et *τρατέσθαι* interesset, quod qui reputaverit sine mora necessarium *τρέψεσθαι* revocabit. Ne omnia percurram continebo me nunc intra unum caput libri VI ubi saepius scribae et editores peccaverunt. Editur VI. 24: *ὁ μὲν Νικίας τοσαῦτα εἶπε νομίζων τοὺς Ἀθηναίους τῷ πλήθει τῶν πραγμάτων ἢ ἀποτρέψειν ἢ εἰ ἀναγκάζοιτο στρατεύεσθαι μάλιστα οὕτως ἀσφαλῶς ἐκπλεῦσαι*, nempe "*valde usitata est* (si Popponi credimus) *in infinitivo coniunctio futuri et praesentis sive aoristi.*" Est illa quidem satis usitata, verum non antiquis scriptoribus, sed sequioris aetatis librorum descriptoribus. Veteres coniungunt futurum et aoristum cum vocula *ἄν* ita compositum ut futuri temporis notionem induat, ut in hoc ipso capite *ὡς ἢ καταστρεψομένους ἐφ' ἃ* (lege *τὰ ἐφ' ἃ*) *ἔπλεον ἢ οὐδὲν ἂν σφαλεῖσαν μεγάλην δύναμιν*, ubi *ἂν σφαλεῖσαν* planissime idem valet atque *σφαλησομένην*. Itaque Thucydides paulo ante dederat *μάλιστ' ἂν οὕτως ἀσφαλῶς ἐκπλεῦσαι*, quod prorsus idem est atque *μάλιστα οὕτως ἀσφαλῶς ἐκπλεύσεσθαι*. Praeterea expunge prius *ἤ* in verbis *τῷ πλήθει τῶν πραγμάτων* [*ἢ*] *ἀποτρέψειν*. Tum demum *ἤ* illa sede collocari potuisset si post alterum *ἤ* verbum transitivum esset positum, ex quo *τοὺς Ἀθηναίους* perinde penderet atque ex *ἀποτρέψειν*, veluti *νομίζων τοὺς Ἀθηναίους ἢ ἀποτρέψειν ἢ ἀσφαλεστέρους ποιήσειν*, ut in Atheniensium carmine ithyphallico apud Athenaeum VI. p. 253 F.

Digitized by Google

Οἰδίπουν τιν' εὑρέ
τὴν Σφίγγα ταύτην ὅσις ἢ κατακρημνιεῖ
ἢ σπίνον ποιήσει.

et eadem compositionis forma ubique frequens est. Vide nunc quid apud Thucydidem sequatur: *εὐέλπιδες ὄντες σωθήσεσθαι· ὁ δὲ πολὺς ὅμιλος καὶ στρατιώτης ἔν τε τῷ παρόντι ἀργύριον οἴσειν καὶ προσκτήσασθαι δύναμιν ὅθεν ἀΐδιον μισθοφορὰν ὑπάρξειν.* Mordicus video homines eruditos absurdum illud *προσκτήσασθαι* retinentes, quum nihil esse possit certius quam *προσκτήσεσθαι* a Thucydide esse scriptum. Quum toties videris scribas formas in *-ασθαι* pro *-εσθαι* vel cum soloecismo aut barbarismo invehentes, ut *τρέψασθαι*, *ἀπαλλάξασθαι*, *ἀπολαύσασθαι*, dubitabis etiam quin idem h. l. deliquerint? Sed revertor unde huc digressus sum ad Thucydidis librum I.

Recte apud Thucydidem I. 28. in verbis: *πόλεμον δὲ οὐκ εἴων ποιεῖν· εἰ δὲ μὴ καὶ αὐτοὶ ἀναγκασθήσεσθαι [ἔφασαν] ἐκείνων βιαζομένων φίλους ποιεῖσθαι οὓς βούλονται*, Atticam compositionis formam restituit vir eleganter doctus, qui ante hos paucos annos Thucydidem Cantabrigiae edidit, I. G. Donaldson, quo auctore expungendum est *ἔφασαν*. Solemne est Atticis in tali re zeugmate uti, ubi praecedit *οὐκ ἐῶ*, *κωλύω* et sequitur vel *ἤ* vel *εἰ δὲ μή*. Nemo enim in talibus verbum *λέγειν* vel *φάναι* addit, sed ex praecedentibus cogitatione supplendum lectori vel auditori relinquit, sed sedulo ista explent Graeculi, quos passim alibi *ἔφη* et *ἔφασαν* de suo interponentes deprehendi, de qua re dicam propediem ad Xenophontis *Hellenica*.

In Scholiis ad Thucydidem nonnisi perraro inest aliquid quod non sit lectu indignum. Pleraque omnia tam puerilia sunt et futilia, aut tam inepta ac stulta ut turpe sit tales quisquilias proferri in lucem et Thucydidem lecturis apponi. Notabile igitur est sicubi in istis aliquid legitur bonae frugis. Ad librum I. 33: *ἦν ὑμεῖς ἂν πρὸ πολλῶν χρημάτων καὶ χάριτος ἐτιμήσασθε δύναμιν ὑμῖν προσγενέσθαι*, annotatur: *ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς ἐλέσθαι νομ*

Digitized by Google

quae Demosthenis verba sunt, quibus primam Olynthiacam exorditur. Apte haec Graeculus, quisquis fuit, cum illo Thucydidis loco composuit unde Demosthenem colorem duxisse veri est simillimum.

Expellenda est ex Thucydidis oratione I. 34. forma Macedonica *μαθόντων*. Graeci veteres summa constantia omnes *μαθόντων* et sim. dixerunt.

Coreyraeorum legati Athenis in Corinthios ita dicunt I. 34: *προκληθέντες γὰρ περὶ Ἐπιδάμνου ἐς κρίσιν πολέμῳ μᾶλλον ἢ τῷ ἴσῳ ἐβουλήθησαν τὰ ἐγκλήματα μετελθεῖν*. Spuria sunt verba *ἢ τῷ ἴσῳ*. Opponuntur inter se *κρίσις* et *πόλεμος*, ut *δικαζεσθαι* et *πολεμεῖν* et *δίκας δοῦναι καὶ λαβεῖν* et *πολεμεῖν*. Deletis verbis *ἢ τῷ ἴσῳ* oppositio apparet: *προκληθέντες ἐς κρίσιν πολέμῳ μᾶλλον ἐβουλήθησαν*, neque *τὸ ἴσον* id significat quod locus postulat.

Pertenuis error non leviter sententiae officit I. 35. ubi Coreyraeorum legati his verbis Athenienses adversus Corinthios instigant: [illegible] Ἑλλάδα [illegible] ἥκιστα [illegible] ἐς τὸν πόλεμον [illegible] ἐς τὸν πόλεμον [illegible] ἐς τὸν πόλεμον

C. καὶ γὰρ ἂν δεινὰ ποιοίην εἰ Ὀλυμπίασι μὲν — παρέχω ἐμαυτὸν — ἀποκρινόμενον τῷ βουλομένῳ ὅ τι ἄν τις ἐρωτᾷ, νῦν δὲ τὴν Σωκράτους ἐρώτησιν Φύγοιμι, et in Platonis *Apologia* p. 28 E. ἐγὼ οὖν δεινὰ ἂν εἴην εἰργασμένος εἰ — τότε μὲν ἔμενον καὶ ἐκινδύνευον, — ἐνταῦθα δὲ — λίποιμι τὴν τάξιν, et in *Cratylo* p. 391 C: ἄτοπος μέντἂν εἴη μου ἡ δέησις εἰ τὴν μὲν ἀλήθειαν τὴν Πρωταγόρου ὅλως οὐκ ἀποδέχομαι, τὰ δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀληθείᾳ ῥηθέντα ἀγαπῴην ὥς του ἄξια, quo loco quum μου ab optimis libris absit suspicor Platonem dedisse: ἄτοπος μέντἂν εἴην, ὦ Σώκρατες, εἰ τὴν μὲν ἀλήθειαν κτἑ. et postquam ϵIHN in εἴη corruptum esset, sciolum aliquem de suo ἡ δέησις inseruisse. Thucydides igitur eodem modo iam facta a futuris ita discreverat ut poneret δεινὸν εἰ τοῖσδε μὲν ἔξι πληροῦν τὰς ναῦς, ἡμᾶς δὲ εἴρξουσι κτἑ.

Labem et vitium conceperunt verba Corcyraeorum I. 36: γνώτω τὸ μὲν δεδιὸς αὐτοῦ ἰσχὺν ἔχον τοὺς ἐναντίους μᾶλλον φοβῆσον, τὸ δὲ θαρσοῦν [μὴ δεξαμένου] ἀσθενὲς ὂν πρὸς ἰσχύοντας τοὺς ἐχθροὺς ἀδεέςερον ἐσόμενον. Quamquam verba satis perplexa sunt tamen quid dicant Corcyraei optime intelligitur: τὸ δεδιός refertur ad eos qui omnibus modis caventes sibi augent potentiam adversus futuros hostes, τὸ θαρσοῦν autem ad eos qui praesentibus opibus copiisque confidentes nihil alieno auxilio indigere se putant. Itaque τὸ δεδιός est *oblatam societatem accipientium*, τὸ θαρσοῦν *non accipientium*. Cur igitur additur μὴ δεξαμένου, quod multo melius ex ipsa sententiae conformatione intelligitur quam praeter verborum concinnitatem inutiliter adiicitur?

Criminantur Corcyraeos Corinthii cum nullis societatem iungere voluisse οὐχ ἵνα μὴ ξυναδικήσωσιν ἑτέροις ἀλλ' ὅπως κατὰ μόνας ἀδικῶσι καὶ [ὅπως] ἐν ᾧ μὲν ἂν κρατῶσι βιάζωνται, οὗ δ' ἂν λάθωσι πλέον ἔχωσιν. Alterum ὅπως spurium est et expungendum. Non enim *duplex* Corcyraeorum consilium exponitur, sed quid sit τὸ κατὰ μόνας ἀδικεῖν explicatur.

Negant Corinthii apud Thucyd. I. 39. oportere τὸν προὔχοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς προκαλούμενον λέγειν τι δοκεῖν

Digitized by Google

ἀλλὰ τὸν ἐς ἴσον τά τε ἔργα [ὁμοίως] καὶ τοὺς λόγους πρὶν διαγωνίζεσθαι καθιςάντα. Omnia habebunt optime, si molestum ὁμοίως expunxeris, nempe ὁ τά τε ἔργα καὶ τοὺς λόγους ἐς ἴσον καθιςάς rectissime dicitur is *οὗ οἱ λόγοι τοῖς ἔργοις ὁμολογοῦσιν, cuius verba factis respondent*, id est qui quae se dicit facere velle ita dicit, ut eum id bona fide dicere ex eius factis appareat. Quomodo tandem huiusmodi sententia admittat additum ὁμοίως quaero qui me doceat. Ὁμοίως enim ponitur de iis, quae separata esse possunt, quod in Thucydidis locum non cadit.

Interstrepit sciolus apud Thucydidem I. 41. in his: καὶ ἡ εὐεργεσία αὕτη τε καὶ ἡ ἐς Σαμίους [τὸ δι' ἡμᾶς Πελοποννησίους αὐτοῖς μὴ βοηθῆσαι] παρέσχεν ὑμῖν Αἰγινητῶν μὲν ἐπικράτησιν, Σαμίων δὲ κόλασιν. Paulo ante multis verbis Corinthii illud suum meritum praedicaverant cap. 40: οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς Σαμίων ἀποςάντων ψῆφον προσεθέμεθα ἐναντίαν ὑμῖν κτἑ. Itaque nunc satis erat dicere ἡ ἐς Σαμίους, pueri autem et hominis puerilis addere istam admonitionem, quae hodie apud Thucydidem circumfertur.

Vide mihi Graeculorum temeritatem apud Thucydidem I. 42. ἀξιούτω τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι, ubi Scholiastes: ἀμύνεσθαι ἀντὶ τοῦ ἀμείβεσθαι. μόνος δὲ Θουκυδίδης ἐνταῦθα κέχρηται τῇ ἐναλλαγῇ τῆς λέξεως, ὡς καί τινας ἐναλλάττειν τὴν γραφὴν καὶ γράφειν ΑΜΘΙΒΘCΘΑΙ, οὐκ ἔςι δέ. Et fertur hoc ipsum ἀμείβεσθαι in nonnullis Codicibus. Nesciebant enim ἀμύνεσθαι esse *par pari referre*, de quo usu multi Veteres annotarunt, ut erudite docuit Valckenaerius ad Schol. Eurip. *Phoen.* vs. 695. Thucydides iterum IV. 63: αὐτοκράτορες ὄντες τὸν εὖ καὶ κακῶς δρῶντα ἐξ ἴσου ἀμυνούμεθα. Olim crebro usu dicebatur ἀμύνεσθαι ὧν τις εὖ ἔπαθεν et ὧν τις κακῶς. Deinde (ut solent verba media) in alteram partem vergere coepit et significare ἀντὶ κακῶς ποιεῖν, ut apud Thucydidem I. 96. πρόσχημα γὰρ ἦν ἀμύνασθαι ὧν ἔπαθον δηοῦντας τὴν βασιλέως χώραν: et ne sciebant quidem Graeculi interpolatores olim in utramque partem accipi illud verbum esse solitum.

Digitized by Google

Manifestum tenemus scioli additamentum I. 43: ἡμεῖς δὲ περιπεπτωκότες οἷς ἐν τῇ Λακεδαίμονι αὐτοὶ προείπομεν [τοὺς σφετέρους ξυμμάχους αὐτόν τινα κολάζειν] νῦν παρ' ὑμῶν τὸ αὐτὸ ἀξιοῦμεν κομίζεσθαι. Non Thucydides ipse, sed magistellus adiecit ista: τοὺς σφετέρους ξυμμάχους αὐτόν τινα κολάζειν, sumta ex cap. 40: φανερῶς δὲ ἀντείπομεν τοὺς προσήκοντας ξυμμάχους αὐτόν τινα κολάζειν. Assentientem habeo Dobraeum, qui adscripsit *"valde suspecta habeo."* Ne quis autem confugiat ad solemnem epexegeseos excusationem, admoneo illa verba gravissimo mendo laborare, quod unusquisque deprehendet qui cum his composuerit nota verba Herodoti I. 8: πάλαι δὲ τὰ καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ· ἐν τοῖσι ἓν τόδε ἐσί, σκοπέειν τινὰ τὰ ἑωυτοῦ. Quid diceres si istic pro τὰ ἑωυτοῦ legeretur τὰ σφέτερα? Nempe orationem soloecam esse et Alexandrinis quam Herodoto digniorem. Idem igitur vitium inest in loco Thucydideo: τοὺς ἑαυτοῦ ξυμμάχους dicere poterat, τοὺς σφετέρους non item.

In capite 44 ad verba ἀκούσαντες ἀμφοτέρων Scholiastes annotavit: μηδὲ δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, qui notus est versiculus proverbialis:

μηδὲ δίκην δικάσῃς πρὶν (ἂν) ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

non admodum apte ad rem praesentem accommodatus.

In eodem capite 44 vide an hanc mirificam verborum compositionem ab ipso Thucydide profectam esse in animum inducere possis. Editur: ἐν δὲ τῇ ὑσεραίᾳ μετέγνωσαν Κερκυραίοις ξυμμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι ὥςε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν, (εἰ γὰρ ἐπὶ Κόρινθον ἐκέλευον σφίσιν οἱ Κερκυραῖοι ξυμπλεῖν, ἐλύοντ' ἂν αὐτοῖς αἱ πρὸς Πελοποννησίους σπονδαί), ἐπιμαχίαν δὲ ἐποιήσαντο τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν ἐάν τις ἐπὶ Κέρκυραν ἴῃ ἢ Ἀθήνας ἢ τοὺς τούτων ξυμμάχους. Quamquam enim complura in medio sunt interposita, tamen Thucydides semel institutam sententiae formam tenuit absolvitque in hunc modum: μετέγνωσαν Κερκυραίοις ξυμμαχίαν μὲν ποιήσασθαι, — ἐπιμαχίαν δέ, quae verba quum paulo lor

Digitized by Google

a ποιήσασθαι remota essent, Graeculus aliquis fulcrum ἐποιήσαντο supposuit et omnem loci concinnitatem corrupit. Multa sunt apud Thucydidem et Platonem et alios ἀνακόλουθα, in quibus est simulata quaedam componendi negligentia, qua fit tota oratio elegantior gratiorque accidit ad aures. Nihil huiusmodi est in loco Thucydideo, ubi inficete oratio variatur inserto eo fulcro quo sublato fit venustior. Expuncto igitur ἐποιήσαντο revoca necessarium ὥστε: nihilo enim magis ab his vocula ὥστε abesse potuit atque supra in verbis ξυμμαχίαν ποιήσασθαι ὥστε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν, quamobrem ita scribendum esse censeo: ἐπιμαχίαν δὲ, ὥστε τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν. Eadem orationis forma reperitur V. 27: πρὸς Ἀργείους ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι ὥστε τῇ ἀλλήλων ἐπιμαχεῖν, quod plane idem est atque ἐπιμαχίαν ποιεῖσθαι ὥστε τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν. Praeterea repetita praepositione opus est ἐάν τις ἐπὶ Κέρκυραν ἴῃ ἢ (ἐπ') Ἀθήνας.

Superest leve vitium in loci initio ἐν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ μετέγνωσαν et reddendum est Thucydidi: ἐν δὲ τῇ ὑστέρᾳ. Satis enim constat ὑστεραία dici omisso ἡμέρα, ut προτεραία. Quemadmodum igitur ἡ προτεραία ἐκκλησία pro ἡ προτέρα dici nequit, sic neque ἡ ὑστεραία ἐκκλησία pro ἡ ὑστέρα. Confundunt ista perpetuo scribae dormitantes, sed ubi semel de certa utriusque formae notione constat facillimum est ubique quae vera lectio sit constituere.

Designasse aliquid videntur scioli I. 45 in verbis: προεῖπον δὲ ταῦτα τοῦ μὴ λύειν ⟨ἕνεκα⟩ τὰς σπονδάς. Atticorum est, et praesertim Thucydideum, in talibus ἕνεκα non addere, veluti I. 4: τοῦ τὰς προσβολὰς μᾶλλον ἰέναι αὐτῷ. Ἕνεκα h. l. sede tam incommoda collocatum est, ut ex margine irrepsisse sit veri simillimum. Rectissime legitur I. 23: τὰς αἰτίας — ἔγραψα τοῦ μή τινας ζητῆσαί ποτε ἐξ ὅτου τοσοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέσχε, similiterque aliis locis. Consentiunt in eo omnes et Veteres et recentiores ut in talibus ἕνεκα omissum esse existiment. Ad Platonis *Gorgiam* p. 457. E. μή με ὑπολάβῃς τὸ πρὸς τὸ πρᾶγμα ὀλιγωροῦντα λέγειν, τοῦ κατηγορὸς γενέσθαι, ἀλλὰ πρὸς σέ, annotavit Heindorfius: „τοῦ κατηγορὸς γενέσθαι *scilicet* ἕνεκα." et similia apposuit,

Digitized by Google

e Xenophonte τοῦ μὴ διαφεύγειν, ex Isocrate τοῦ μὴ δοκεῖν ἀμελεῖν, alia. Eodem modo Scholiastes ad Thucyd. I. 23. τοῦ μή τινας ζητῆσαι annotavit: „λείπει τὸ ἕνεκεν." Itaque quum dedisset Thucydides τοῦ μὴ λύειν τὰς σπονδάς, adscripsit olim nescio quis ἕνεκα, quod postea ex ora libri irrepsit in textum. Arguitur maxime emblema, ut diximus, importuna sede.

Deprehenditur librorum *optimorum*, qui dicuntur, sublesta et Punica fides I. 46. in verbis ἔξεισι δὲ παρ' αὐτὴν Ἀχερουσία λίμνη ἐς θάλασσαν, ubi *optimi* libri ἔξεισι, *deteriores* ἐξίησι servant. Non cogitarunt illi, quos „*optimorum tantum librorum verecundia prohibuit*" quo minus ἐξίησι revocarent, Graece non dici ἡ λίμνη, ὁ ποταμὸς ἐξέρχεται ἐς θάλασσαν, et quam absurdum sit in tali re *futurum* ἔξεισι ponere.

In cap. 47 rescribe Μικιάδης pro Μεικιάδης, quod natum est ex vetere consuetudine scribendi ΕΙ pro ι producto, quam quum nemo amplius sequatur non magis Μεικιάδης ius est scribere quam νείκη, τειμή similiaque. Idem error pervagatus est in Μικίων, et Μικύλος, quae sunt originis eiusdem.

Male latet sciolorum additamentum I. 47. Thucydides scripserat: ἐπὶ δὲ τῇ Λευκίμμῃ αὐτοῖς ὁ πεζὸς ἦν, ad quae verba annotatur: ἀκρωτήριον Κερκύρας ἡ Λευκίμμη. Facile erat id scire ex ipso Thucydide I. 30: τροπαῖον στήσαντες ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ τῆς Κερκύρας ἀκρωτηρίῳ. Itaque in caeteris ut notam rem commemorat I. 51. τοῖς Κερκυραίοις δὲ στρατοπεδευομένοις ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ. In libris tamen est: ἐπὶ δὲ τῇ Λευκίμμῃ αὐτοῖς [τῷ ἀκρωτηρίῳ] ὁ πεζὸς ἦν, quod mirabor si quis concoquere poterit. Neque diu dubitandum de alio loco III. 79: ἐπὶ δὲ τὴν Λευκίμμην [τὸ ἀκρωτήριον] ἀποβάντες ἐπόρθουν τοὺς ἀγρούς. Hoc quoque emblema arguit importuna et inepta sedes. Fac Thucydidem τῷ ἀκρωτηρίῳ addere voluisse. Num tu putas id eum inter αὐτοῖς et ὁ πεζὸς ἦν fuisse collocaturum?

Non est integer locus Thucydidis I. 48. ubi dicuntur C

Digitized by Google

cyraei pugnam navalem iniisse τρία τέλη ποιήσαντες τῶν νεῶν, ἦν ἦρχε τριῶν στρατηγῶν ἑκάστου εἷς. Si tota classis in tres partes erat divisa et singulis partibus singuli duces praeerant nil opus erat adnotare *tres* fuisse στρατηγούς. Revocatus ex fuga articulus restituet omnia. Thucydidem scripsisse arbitror: ἦν ἦρχε (τῶν) τριῶν στρατηγῶν ἑκάστου εἷς. Articulus additus declarat Corcyrae *tres* praetores fuisse, ut Athenis decem. Hac ipsa de causa classis tripartito divisa erat ut singulis partibus praeessent singuli.

Mirum in modum confusus et perturbatus est Thucydidis locus I. 49: μάλιστα δὲ τὸ δεξιὸν κέρας τῶν Κορινθίων ἐπόνει, inquit, namque a Corcyraeis fusi fugatique sunt castraque eorum in continente capta et incensa opesque direptae. Deinde ita pergit: τοιαύτῃ μὲν οὖν οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἡσσήθησάν τε καὶ οἱ Κερκυραῖοι ἐπεκράτουν. ἦ δὲ αὐτοὶ ἦσαν οἱ Κορίνθιοι, ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ, πολὺ ἐνίκων. Vide mihi quantis haec molestiis sint implicita. Ferri nequit τε in ἡσσῶντό τε, quia non sequitur verbum alterum quod ad idem subiectum οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι referatur: sed hoc leve est et nullo negotio molestum τε tolli posset. Aliquanto est gravius quod Corinthii dicuntur in dextro cornu fusi fugatique esse, et ipsi Corinthii in cornu sinistro fuisse superiores. Sunt enim, ut opinor, iidem αὐτοὶ οἱ Κορίνθιοι et οἱ Κορίνθιοι. Accedit alia difficultas haec: *nulli* erant in dextro cornu Corinthii. Audi modo Thucydidem I. 48: Κορινθίοις δὲ τὸ μὲν ἐπὶ κέρως τὸ πρὸς Μεγαρέας νῆες εἶχον καὶ αἱ Ἀμπρακιώτιδες· αὐτοὶ δὲ οἱ Κορίνθιοι καὶ ἄλλοι ξύμμαχοι ὡς ἕκαστοι· εὐώνυμον δὲ ἐπὶ τῷ Ἀκτίῳ οἱ Κορίνθιοι — εἶχον. Itaque nemo Corinthiorum in dextro cornu erat neque ulli Corinthii in ea parte illi fugatique fuerunt. Hinc factum est ut Corinthii quum victoriam vicerent imprudentes suos ipsi socios atque amicos vincerent, ut scribit Thucydides I. 50: τούς τε αὐτῶν φίλους οὐκ ἐπιγνόντες ἐδίωκον ἐπὶ πολὺ καὶ ἡσσηταὶ οἱ ἐπὶ τῷ δεξιῷ κέρᾳ ἀγνοοῦντες ἐγένοντο. Erant hi omnes Megarenses et Ambraciotae, et mirum in hac re erat Corinthius. Non est difficile ex his difficultatibus exitum reperire. Αὐτοὶ οἱ Κορίνθιοι ita demum recte dicuntur ut Corinthii τοῖς ξυμμάχοις opponantur. Itaque si

Digitized by Google

Thucydides scripsit: ἦ δ' αὐτοὶ ἦσαν οἱ Κορίνθιοι [ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ] πολὺ ἐνίκων, consequitur eum in praecedentibus de Corinthiorum sociis dixisse, idque palam est quia de dextro cornu victo loquitur et constat hos omnes socios fuisse. Iam emergit vera lectio, vel potius arguitur ineptum emblema, quo deleto omnia clara luce splendent: ταύτῃ μὲν οὖν [οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἡσσῶντό τε καὶ] οἱ Κερκυραῖοι ἐπεκράτουν. ἦ δὲ αὐτοὶ ἦσαν οἱ Κορίνθιοι [ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ] πολὺ ἐνίκων. Noles autem retinere, ut opinor, ista ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ, quasi non modo dixisset Thucydides: εὐώνυμον δὲ κέρας αὐτοὶ οἱ Κορίνθιοι εἶχον, et res vel sic satis esset perspicua.

Nondum me poenitet ex Thucydide I. 50: οὐ ῥᾳδίως τὴν διάγνωσιν ἐποιοῦντο [ὁποῖοι ἐκράτουν ἢ ἐκρατοῦντο] eiecisse semibarbarum additamentum ὁποῖοι ἐκράτουν ἢ ἐκρατοῦντο. Miror quo pacto istud ὁποῖοι Criticos non adverterit. Sero nati Graeculi pro ὅστις dicere coeperunt ὁποῖος, et apud Thucydidem ne οἵτινες quidem satisfacit namque res ipsa ὁπότεροι requirit. Deinde ieiune et contra Veterum morem copulantur ἐκράτουν ἢ ἐκρατοῦντο. Resecto emblemate omnia rectissime procedunt.

Offendes iterum in cap. 51. Paulo ante dixerat Thucydides: οἱ Κορίνθιοι ἐξαπίνης πρύμναν ἐκροῦοντο κατιδόντες εἴκοσι ναῦς Ἀθηναίων προσπλεούσας retuleratque quo consilio has viginti naves Athenienses submisissent. De iisdem post pauca ita scripserat: τοῖς Κερκυραίοις δὲ στρατοπεδευομένοις ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ αἱ εἴκοσι νῆες αὗται κατέπλεον, satis, credo, perspicue. Graeculis tamen non est satis, sed ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν vel ἐκ τῶν Ἀθηνῶν adiecerunt, quod bellissimum additamentum ut apte caeteris adglutinaretur, homines docti inseruerunt articulum hodieque Thucydides scripsisse creditur: αἱ εἴκοσι νῆες (αἱ) ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν αὗται κατέπλεον.

Vitiosissime abundat vocabulum apud Thucydidem I. 52: οἱ δὲ — ἡσύχαζον ναυμαχίας οὐ διανοούμενοι ἄρχειν [ἑκόντες]. Quia nemo potest per rei naturam ἄρχειν ἄκων consequitur ἑκόντες locum suum tueri non posse. Quomodo autem inv

Digitized by Google

cyraei pugnam navalem iniisse *τρία τέλη ποιήσαντες τῶν νεῶν, ὧν ἦρχε τριῶν στρατηγῶν ἑκάστου εἷς.* Si tota classis in tres partes erat divisa et singulis partibus singuli duces praeerant nil opus erat adnotare *tres* fuisse *στρατηγούς.* Revocatus ex fuga articulus restituet omnia. Thucydidem scripsisse arbitror: *ὧν ἦρχε (τῶν) τριῶν στρατηγῶν ἑκάστου εἷς.* Articulus additus declarat Corcyrae *tres* praetores fuisse, ut Athenis decem. Hac ipsa de causa classis tripartito divisa erat ut singulis partibus praeessent singuli.

Mirum in modum confusus et perturbatus est Thucydidis locus I. 49: *μάλιστα δὲ τὸ δεξιὸν κέρας τῶν Κορινθίων ἐπόνει,* inquit, namque a Corcyraeis fusi fugatique sunt castraque eorum in continente capta et incensa opesque direptae. Deinde ita pergit: *ταύτῃ μὲν οὖν οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἡσσῶντό τε καὶ οἱ Κερκυραῖοι ἐπεκράτουν. ᾗ δὲ αὐτοὶ ἦσαν οἱ Κορίνθιοι, ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ, πολὺ ἐνίκων.* Vide mihi quantis haec molestiis sint implicita. Ferri nequit *τε* in *ἡσσῶντό τε,* quia non sequitur verbum alterum quod ad idem subiectum *οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι* referatur: sed hoc leve est et nullo negotio molestum *τε* tolli posset. Aliquanto est gravius quod *Corinthii* dicuntur in dextro cornu fusi fugatique esse, et *ipsi Corinthii* in cornu sinistro fuisse superiores. Sunt enim, ut opinor, iidem *αὐτοὶ οἱ Κορίνθιοι* et *οἱ Κορίνθιοι.* Accedit alia difficultas haec: *nulli* erant in dextro cornu Corinthii. Audi modo Thucydidem I. 48: *Κορινθίοις δὲ τὸ μὲν δεξιὸν κέρας αἱ Μεγαρίδες νῆες εἶχον καὶ αἱ Ἀμπρακιώτιδες· κατὰ δὲ τὸ μέσον οἱ ἄλλοι ξύμμαχοι ὡς ἕκαστοι· εὐώνυμον δὲ κέρας αὐτοὶ οἱ Κορίνθιοι — εἶχον.* Itaque nemo Corinthiorum in dextro cornu erat neque ulli Corinthii in ea parte fusi fugatique fuerunt. Hinc factum est ut Corinthii quum naufragos caederent imprudentes suos ipsi socios atque amicos occiderent, ut scribit Thucydides I. 50: *τούς τε αὐτῶν φίλους οὐκ αἰσθόμενοι ὅτι ἥσσηντο οἱ ἐπὶ τῷ δεξιῷ κέρᾳ ἀγνοοῦντες ἔκτεινον.* Erant hi omnes Megarenses et Ambraciotae, et nemo in his inerat Corinthius. Non est difficile ex his difficultatibus exitum reperire. *Αὐτοὶ οἱ Κορίνθιοι* ita demum recte dicitur ut Corinthii *τοῖς ξυμμάχοις* opponantur. Itaque si

Digitized by Google

Thucydides scripsit: ἦ δ' αὐτοὶ ἦσαν οἱ Κορίνθιοι [ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ] πολὺ ἐνίκων, consequitur eum in praecedentibus de Corinthiorum sociis dixisse, idque palam est quia de dextro cornu victo loquitur et constat hos omnes socios fuisse. Iam emergit vera lectio, vel potius arguitur ineptum emblema, quo deleto omnia clara luce splendent: ταύτῃ μὲν οὖν [οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἡσσῶντό τε καὶ] οἱ Κερκυραῖοι ἐπεκράτουν. ἦ δὲ αὐτοὶ ἦσαν οἱ Κορίνθιοι [ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ] πολὺ ἐνίκων. Noles autem retinere, ut opinor, ista ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ, quasi non modo dixisset Thucydides: εὐώνυμον δὲ κέρας αὐτοὶ οἱ Κορίνθιοι εἶχον, et res vel sic satis esset perspicua.

Nondum me poenitet ex Thucydide I. 50: οὐ ῥᾳδίως τὴν διάγνωσιν ἐποιοῦντο [ὁποῖοι ἐκράτουν ἢ ἐκρατοῦντο] eiecisse semibarbarum additamentum ὁποῖοι ἐκράτουν ἢ ἐκρατοῦντο. Miror quo pacto istud ὁποῖοι Criticos non adverterit. Sero nati Graeculi pro ὅστις dicere coeperunt ὁποῖος, et apud Thucydidem ne οἵτινες quidem satisfacit namque res ipsa ὁπότεροι requirit. Deinde ieiune et contra Veterum morem copulantur ἐκράτουν ἢ ἐκρατοῦντο. Resecto emblemate omnia rectissime procedunt.

Offendes iterum in cap. 51. Paulo ante dixerat Thucydides: οἱ Κορίνθιοι ἐξαπίνης πρύμναν ἐκρούοντο κατιδόντες εἴκοσι ναῦς Ἀθηναίων προσπλεούσας retuleratque quo consilio has viginti naves Athenienses submisissent. De iisdem post pauca ita scripserat: τοῖς Κερκυραίοις δὲ στρατοπεδευομένοις ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ αἱ εἴκοσι νῆες αὗται κατέπλεον, satis, credo, perspicue. Graeculis tamen non est satis, sed ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν vel ἐκ τῶν Ἀθηνῶν adiecerunt, quod bellissimum additamentum ut apte caeteris adglutinaretur, homines docti inseruerunt articulum hodieque Thucydides scripsisse creditur: αἱ εἴκοσι νῆες (αἱ) ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν αὗται κατέπλεον.

Vitiosissime abundat vocabulum apud Thucydidem I. 52: οἱ δὲ — ἡσύχαζον ναυμαχίας οὐ διανοούμενοι ἄρχειν [ἑκόντες]. Quia nemo potest per rei naturam ἄρχειν ἄκων consequitur ἑκόντες locum suum tueri non posse. Quomodo autem invi-

Digitized by Google

tus ac nolens aliquis possit *prior* et *ultro* inire proelium? Τὸ ἄρχειν suapte natura est ἐκούσιον, ἄκοντες δέ τινες ἀμύνονται. Itaque nemo Graecorum verbo ἄρχειν huiuscemodi quid addit. Loquuntur omnes ut Pericles apud Thucyd. I. 144: πολέμου δὲ οὐκ ἄρξομεν, ἀρχομένους δὲ ἀμυνούμεθα, et Corinthii I. 53: ἀδικεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πολέμου ἄρχοντες, et Athenienses ibid. οὔτε ἄρχομεν πολέμου, ὦ ἄνδρες Πελοποννήσιοι, οὔτε τὰς σπονδὰς λύομεν, et alii passim.

Male habitus est locus Thucydidis I. 53: εἰ δ' ὑμῖν γνώμη ἐστὶ κωλύειν τε ἡμᾶς ἐπὶ Κέρκυραν πλεῖν — καὶ τὰς σπονδὰς λύετε, ἡμᾶς τούσδε λαβόντες πρῶτον χρήσασθε ὡς πολεμίοις. Quis non sentit quam molestum sit τε verbo κωλύειν additum? Ubi dicitur κωλύειν τε necessario alter infinitivus et ipse pendens e γνώμη ἐστὶν ὑμῖν sequi debet. Quamobrem Thucydidem suspicor ΛΥΕΙΝ scripsisse pro λύετε. Omnia enim habebunt optime sic scripta: εἰ δ' ὑμῖν γνώμη ἐστὶ κωλύειν τε — καὶ τὰς σπονδὰς λύειν κτέ.

De multiplice interpolatione capitis 54 in superiore parte diximus.

Notabilis est scribarum error in libris Thucydidis I. 57, ubi pro Δ (id est τεσσάρων) dederunt δέκα in hisce: Ἀρχεστράτου τοῦ Λυκομήδους μετ' ἄλλων δέκα στρατηγοῦντος. *Undecim* iam hi sunt Atheniensium στρατηγοί, quibus quinque alii accedunt cap. 61. Ἀθηναῖοι πέμπουσι — Καλλίαν τοῦ Καλλιάδου πέμπτον αὐτὸν στρατηγόν. Datur igitur optio minime dubia et anceps, utrum statuere malis illo anno pro decem στρατηγοῖς Athenis minimum fuisse *sedecim*, an corruptos esse libros et pro δέκα rescribendum esse Δ, id est τεττάρων.

Rectissime viri docti confoderunt emblema I. 58: in verbis: Ποτιδαιᾶται δὲ πέμψαντες μὲν καὶ παρ' Ἀθηναίους πρέσβεις, — ἐλθόντες δὲ καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα μετὰ Κορινθίων [ἔπρασσον] ὅπως ἑτοιμάσαιντο τιμωρίαν, — τότε δὴ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀφίστανται. Pessumdat omnem loci compositionem absurde interpositum verbum ἔπρασσον, quo remoto omnia aptissime

Digitized by Google

decurrunt. Fulcrum est orationi paulo longius protractae a Graeculis suppositum ex eo genere de quo supra saepius diximus. Sed non erat satis ineptum verbum ἔπρασσον expungere et parcere turpi additamento in verbis τότε δὴ [κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον] ἀφίσανται. Aptissime scripserat Thucydides τότε δὴ ἀφίσανται. Mirabor si quis inficeta verba κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον defendere et tueri conabitur.

Perveterem librorum Thucydidis corruptelam I. 61. palmaria emendatione Pluygersius sanavit. In omnibus libris est: ἀπανίσανται ἐκ τῆς Μακεδονίας καὶ ἀφικόμενοι ἐς Βέροιαν κἀκεῖθεν ἐπισρέψαντες καὶ πειράσαντες πρῶτον τοῦ χωρίου καὶ οὐχ ἑλόντες ἐπορεύοντο κατὰ γῆν πρὸς τὴν Ποτίδαιαν. Latere in ΕΠΙCΤΡΕΨΑΝΤΕC nomen oppidi, quod frustra Atheniensibus in eo itinere tentaverint, acutissime Pluygersius sensit repperitque Thucydidis manum: κἀκεῖθεν ἐπὶ Στρέψαν καὶ πειράσαντες κτἑ. de qua re diximus in *Nov. Lectt.* pag. 382.

Exime formam Ionicam ex Thucydide I. 71: ταχὺ παυθήσεται ὁ πόλεμος ἢν τὴν γῆν αὐτῶν τάμωμεν, namque Thucydides et Attici omnes constanter dicebant τέμωμεν. Τάμνω et ἔταμον cum compositis Herodotea sunt et Homerica.

Interpolatum est ἐβούλοντο apud Thucydidem I. 72. in his ἔδοξεν αὐτοῖς — δηλῶσαι περὶ τοῦ παντὸς — καὶ ἅμα τὴν σφετέραν πόλιν [ἐβούλοντο] σημῆναι ὅση εἴη δύναμιν. Nihil eo tibicine indigebat oratio apud Graecos, apud Graeculos ista nascebantur. Similiter in vicinia quum scripsisset Thucydides: νομίζοντες μᾶλλον ἂν αὐτοὺς ἐκ τῶν λόγων πρὸς τὸ ἡσυχάζειν τραπέσθαι, multis post Thucydidem saeculis futilis Graeculus de suo addidit ἢ πρὸς τὸ πολεμεῖν. Multis aliis locis μᾶλλον similes Graeculorum interpolationes elicuit, cuius rei unum exemplum ex prooemio huius libri expromam. Legitur I. 13: δυνατωτέρας δὲ γιγνομένης τῆς Ἑλλάδος καὶ τῶν χρημάτων τὴν κτῆσιν ἔτι μᾶλλον [ἢ πρότερον] ποιουμένης τὰ πολλὰ τυραννίδες ἐν ταῖς πόλεσι καθίσαντο. Nihil aliud dixit Thucydides quam hoc: δυνατωτέρας δὲ τῆς Ἑλλάδος γι-

Digitized by Google

γνομένης καὶ πλουσιωτέρας, sed pro πλουσιωτέρας exquisitius posuit τῶν χρημάτων τὴν κτῆσιν ἔτι μᾶλλον ποιουμένης, quibus pueriliter admodum adiicitur ἢ πρότερον. Eodem modo statim subiungit καὶ τῆς θαλάσσης μᾶλλον ἀντείχοντο, et eodem modo rem eandem retulerat I. 8: οἱ παρὰ θάλασσαν ἄνθρωποι μᾶλλον ἤδη τὴν κτῆσιν τῶν χρημάτων ποιούμενοι βεβαιότερον ὤκουν. Quis aequo animo ferat additum hisce inficetum μᾶλλον [ἢ πρότερον], μᾶλλον ἤδη [ἢ πρότερον]? Μᾶλλον cum verbo τραπέσθαι arctissime coniungendum est, quemadmodum legitur I. 77: βουλόμενος αὐτοὺς ἐς τὸ πολεμεῖν μᾶλλον ὁρμῆσαι. Adde his ἢ εἰς τὸ ἡσυχάζειν et ridicula res erit non minus atque illic πρὸς τὸ ἡσυχάζειν μᾶλλον ἢ πρὸς τὸ πολεμεῖν.

Manifesto mendosa est Thucydidis oratio I. 74: ναῦς μέν γε ἐς τὰς τετρακοσίας ὀλίγῳ ἐλάσσους τῶν δύο μοιρῶν (παρεσχόμεθα), neque ulla est controversia quin τριακοσίας pro τετρακοσίας Thucydides scripserit, cuius rei et alia quaedam argumenta sunt et testimonia, quae attulit Donaldson in Praefat. p. VII. et quod τὰς δύο μοίρας Thucydides dixit praebuisse Atheuienses. Nempe αἱ δύο μοῖραι, ut Latine *duae partes*, ita dicitur ut si *unam* addideris totum habeas, id est *duae partes* significat duas *tertias* ($\frac{2}{3}$), *quinque partes* quinque *sextas* ($\frac{5}{6}$), *novem partes* novem *decimas* ($\frac{9}{10}$), et sic in similibus omnibus. Sic dixit Plinius *Hist. Nat.* XXXIII. 3: *Librae autem pondus aeris imminutum bello Punico primo quum impensis resp. non sufficeret constitutumque ut asses sextantario pondere ferirentur. Itaque* quinque partes *factae lucri.* Asses qui *librales* fuerant (unciarum duodecim) facti sunt *sextantarii* (duarum unciarum), itaque *quinque partes* ($\frac{5}{6}$) factae lucri. Sic apud Cornelium Nepotem est in Timotheo cap 3: *damnatur Timotheus lisque eius aestimatur* centum talentis. — *Huius post mortem quum populum iudicii sui poeniteret multae* novem partes *detraxit et* decem talenta *Cononem filium eius ad muri quamdam partem reficiendam iussit dare.* Vides *novem partes* esse novem *decimas* ($\frac{9}{10}$), id est nonaginta talenta. Eodem modo loquitur Cicero in Verr. III. 19. § 49: *quid habet populare ratio tua quum ex provincia populi Romani*

Digitized by Google

aequam partem ($\frac{1}{2}$) *tu tibi sumseris atque populo Romano miseris? Quid, si* duabus partibus ($\frac{2}{3}$) *doceo te amplius frumenti abstulisse quam populo Romano misisse?* Verres *duas partes* sibi sumsisse arguitur, *tertiam* partem misisse populo. Iam olim talia non intelligebantur. Argumento esto locus Livii XXI. 40: *nisi creditis qui exercitu incolumi pugnam detrectavere, eos* duabus partibus *peditum equitumque in transitu Alpium amissis* [cum plures paene perierint quam supersunt] *plus spei nactos esse.* Perspicuum est nugatorem qui de suo addiderit, *cum plures paene perierint quam supersunt*, nesciisse quo sensu Latine *duae partes* peditum equitumque amissae esse dicerentur. Iam vero quum eodem sensu Graece *αἱ δύο μοῖραι* et *τὼ δύο μέρη* dicantur, apertum est haec poni in eo numero qui *in tres partes aequales dividi possit.* Itaque *ἐς τὰς τριακοσίας ὀλίγῳ ἐλάσσους τῶν δύο μοιρῶν* rectissime dicitur pro *ferme ducentas*, sed absurdum est dicere *ἐς τὰς τετρακοσίας*, id est *paulo pauciores quam naves* $266\frac{2}{3}$.

Nunc mihi compara locum Demosthenis *περὶ τοῦ στεφάνου* p. 306, 22: *τῶν ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων ἐκείνων ἀγωνισαμένων τριήρων τριακοσίων οὐσῶν τῶν πασῶν τὰς διακοσίας ἡ πόλις παρέσχετο καὶ οὐκ ἐλαττοῦσθαι νομίζουσα ἐπὶ τούτοις ἐωρᾶτο* (*αἰσχρὸν γάρ*) *ἀλλὰ τοῖς θεοῖς ἔχουσα χάριν εἰ κοινοῦ κινδύνου τοῖς Ἕλλησι περισάντος αὐτὴ διπλάσια τῶν ἄλλων εἰς τὴν ἁπάντων σωτηρίαν παρέσχετο*, cuius rei notitiam Demosthenem ex illo ipso Thucydidis loco traxisse, mihi quidem Donaldson facile persuadet, quamquam submiror eundem Luciano credere (*adversus indoctum* cap. 4) Demosthenem octies libros Thucydideos sua manu descripsisse. Est haec *παρεφθαρμένη* et *ἐψευσμένη* historiola, quales plurimae apud sequiores et impudenter fingebantur et temere inveniebant fidem.

Agnosces interstrepentem sciolum apud Thucydidem I. 87. in his: *ὅτῳ μὲν ὑμῶν — δοκοῦσι λελύσθαι αἱ σπονδαὶ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἀδικεῖν ἀναςήτω ἐς ἐκεῖνο τὸ χωρίον, — ὅτῳ δὲ μὴ* [*δοκοῦσιν*]*ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα.* Recipiet locus Graecum colorem sic rescriptus: *ὅτῳ δὲ μή, ἐς τἀπὶ θάτερα.* Non tantum elegans, sed necessaria est apud Veteres haec ellipsis ex certa omnium loquendi consuetudine. Sciolus ne recte quidem

Digitized by Google

ellipsin explevit, namque ὅτῳ δὲ μή ita dicitur ut ex praecedentibus cogitando sit repetendum: ὅτῳ δὲ (δοκοῦσι) μὴ (λελύσθαι αἱ σπονδαὶ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι μὴ ἀδικεῖν).

In mendo cubat locus Thucydidis I. 90: ὁ μὲν ταῦτα διδάξας καὶ ὑπειπὼν τἆλλα ὅτι αὐτὸς τἀκεῖ πράξοι ᾤχετο. Unde pendet τἆλλα? Non potest aliunde quam ex πράξοι pendere. Verum sic neque suo loco collocatum est neque cum τἀκεῖ ullo modo componi potest. Dicendum enim sic necessario fuerat ὅτι αὐτὸς τἆλλα ἐκεῖ πράξοι. Suspicor veterem scripturam AMA primum in ΑΛΛΑ depravatam esse, deinde correctorem addidisse articulum. Optime habebit locus sic rescriptus ταῦτα διδάξας καὶ ὑπειπὼν ἅμα ὅτι αὐτός κτἑ.

Receptum in verba Thucydidis scioli additamentum I. 96. sanam loci compositionem corrupit. In libris est: καὶ Ἑλληνοταμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέση ἀρχή, οἳ ἐδέχοντο τὸν φόρον. In ora libri annotatum ἀρχή ad Ἑλληνοταμίαι postquam in textum irrepsit perdidit omnia. Dici poterat ἡ τῶν Ἑλληνοταμιῶν ἀρχὴ κατέση, sed quod nunc vulgatur nil habet Graecae compositioni simile. Expuncto semel ἀρχή reliqua sponte recipiunt pristinam formam: Ἑλληνοταμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέσησαν, οἳ ἐδέχοντο τὸν φόρον.

Irrepsit frigida et inficeta annotatiuncula in verba Thucydidis I. 100: διεφθάρησαν ὑπὸ τῶν Θρᾳκῶν ξυμπάντων, οἷς πολέμιον ἦν τὸ χωρίον [αἱ Ἐννέα ὁδοὶ] κτιζόμενον. Talibus ne in margine quidem concedendus locus erat.

Compendium male expletum turpe mendum Thucydidi I. 110. affricuit in his: τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἐφθάρη ἓξ ἔτη πολεμήσαντα. Quod est hoc loquendi genus τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα πολεμεῖ? Scriptum erat olim de more tachygraphorum πολεμησἆν, in quo inerat τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἓξ — ἔτη πολεμησάντων. Simillimum vitium in libris est I. 120. ubi in τυχόντα et τυχόντων dissentiunt.

Digitized by Google

Duo verba spuria impediunt et onerant orationem Corinthiorum apud Thucydidem I. 120: ὅ τε γὰρ δι' ἡδονὴν ὀκνῶν τάχις' ἂν ἀφαιρεθείη τῆς ῥᾳθυμίας τὸ τερπνόν, δι' ὅπερ ὀκνεῖ [εἰ ἡσυχάζοι]. Ὀκνεῖν dicitur is qui pacis dulcedine captus *bellum et arma sumere non vult:* itaque idem plane est ὀκνεῖν et ἡσυχάζειν. Unde consequitur verba εἰ ἡσυχάζοι vitiose abundare.

Simul vitium scripturae et additamentum deformant verba Thucydidis I. 120 haecce: πολλὰ μὲν κακῶς γνωσθέντα ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων τυχόντων κατωρθώθη, καὶ ἔτι πλείω, ἃ καλῶς δοκοῦντα βουλευθῆναι ἐς τοὐναντίον αἰσχρῶς περιέσῃ. Primum ex aliis libris recipienda fuerat verissima scriptura ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων τυχόντα pro τυχόντων (*nacta* adversarios inconsultiores), deinde delendum pronomen ἅ, ut sit: καὶ ἔτι πλείω καλῶς δοκοῦντα βουλευθῆναι ἐς τοὐναντίον περιέσῃ, nam αἰσχρῶς quoque utpote cum rei natura pugnans locum tueri non potest. Opponuntur inter se κατορθωθῆναι et ἐς τοὐναντίον περισῆναι. Quae prudenti consilio suscepta sunt possunt *successu carere*, sed nullam umquam *turpitudinem* suis auctoribus afferre possunt.

Evidens scioli emblema irrepsit apud Thucydidem I. 126: καθεζομένους δέ τινας καὶ ἐπὶ τῶν σεμνῶν θεῶν [ἐν τοῖς βωμοῖς] ἐν τῇ παρόδῳ διεχρήσαντο. Quicumque meminerit notissimi loci apud Aristophanem in *Equitibus* vs. 1311 sq.

ἦν δ' ἀρέσκῃ ταῦτ' Ἀθηναίοις καθῆσθαί μοι δοκεῖ.
εἰς τὸ Θησεῖον πλεούσας ἢ 'πὶ τῶν σεμνῶν θεῶν,

non dubitabit quin spuria sint verba ἐν τοῖς βωμοῖς, quae primus omnium Dobraeus, deinde Donaldson expungenda esse perspexerunt.

Nullo modo abesse potest ἄν apud Thucydidem I. 127: νομίζοντες ἐκπεσόντος αὐτοῦ ῥᾷον σφίσι προχωρεῖν τὰ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων. In deterioribus libris προχωρήσειν correctum est, sed Attici προχωρήσεσθαι solebant dicere, itaque leniore usus remedio scribe ῥᾷον (ἂν) σφίσι προχωρεῖν. Ἄν non minus necessarium est quam in iis quae continuo sequuntur: οὐ μέντοι ἤλπιζον παθεῖν ἂν αὐτὸν τοῦτο.

Digitized by Google

Pueriliter interpolata sunt verba Thucydidis I. 128: Βυζάντιον γὰρ ἑλὼν — (εἶχον δὲ Μῆδοι αὐτὸ καὶ βασιλέως προσήκοντές τινες καὶ ξυγγενεῖς, οἳ ἑάλωσαν ἐν αὐτῷ) τότε τούτους οὓς ἔλαβεν ἀποπέμπει βασιλεῖ. Proponam locum quemadmodum mihi a Thucydide profectus esse videtur: εἶχον δὲ Μῆδοι αὐτὸ καὶ βασιλέως προσήκοντες καὶ ξυγγενεῖς εἰσὶν οἳ ἑάλωσαν ἐν αὐτῷ. Perperam dicitur: *„tenebant Byzantium Persae et Regis quidam cognati."* Thucydides nil nisi hoc dicere potuit: *„cepit Pausanias Byzantium, quam urbem barbari tenebant, et cognati quidam regis in ea capti sunt."* E vera lectione ξυγγενεῖς εἰσὶν οἵ pro ξυγγενεῖς τινές proclivi errore excidit εἰσίν. Hinc nata vulgata lectio est. Quis nunc ferre poterit verba οὓς ἔλαβεν inepte addita? Perinde est quasi Latine dicas: *Regis cognatos quosdam cepit Pausanias quos* [a se captos] *ad Regem remisit.*

De verbis interpolatis in regia ad Pausaniam epistola I. 129 ἐκ Βυζαντίου diximus ad Hyperidis λόγον ἐπιτάφιον. Regis erat scribere τῶν ἀνδρῶν οὓς μοι πέραν θαλάσσης ἔσωσας κεῖταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος, ludi magistri autem addere post πέραν θαλάσσης verba ἐκ Βυζαντίου, sed utrumque coniungere πέραν θαλάσσης ἐκ Βυζαντίου nemini umquam in mentem potuit venire.

Non est Graeca oratio quae legitur I. 131. de Pausania: καὶ καθίσησιν ἑαυτὸν ἐς κρίσιν τοῖς βουλομένοις περὶ αὐτὸν ἐλέγχειν. Ut Graeca fiat facili negotio efficies inserto articulo τοῖς βουλομένοις (τὰ) περὶ αὐτὸν ἐλέγχειν.

Interpretamentum genuinae lectioni appositum est apud Thucydidem I. 136. in verbis Themistoclis ad Admetum: ἐκεῖνον δ' ἂν εἰ ἐκδοίη αὐτὸν — σωτηρίας ἂν [τῆς ψυχῆς] ἀποσερῆσαι. Utrumque rectissime dicitur ἀποσερεῖν τινὰ σωτηρίας et τῆς ψυχῆς ἀποσερεῖν τινά, sed non possunt haec coalescere in unum.

In sequenti cap. 137. vitiosa forma attendentem offendet in his: πειθομένῳ δ' αὐτῷ χάριν ἀπομνήσεσθαι ἀξίαν. For-

Digitized by Google

ma μνήσομαι, ut aoristus ἐμνησάμην, μνῆσαι, μνησάμενος cet., Epicis poëtis relinquenda. Attici dicebant μεμνήσομαι, ut πεπράσομαι, βεβλήσομαι, κεκλήσομαι, τετμήσομαι, εἰρήσομαι, multaque eiusdemmodi, quamobrem Thucydidi ἀπομεμνήσεσθαι est restituendum.

Ineptissimum Graeculi additamentum vitiat locum Thucydidis I. 137: γράψας τὴν ἐκ Σαλαμῖνος προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως καὶ τὴν τῶν γεφυρῶν [ἣν ψευδῶς προσεποιήσατο] τότε δι' αὐτὸν οὐ διάλυσιν. Memini me de eo loco annotasse ad Hyperidem. Fraus undique perpluit: neque enim προσποιεῖσθαι recte in ea re dicitur, multoque etiam minus ψευδῶς προσποιεῖσθαι, ut illic admonuimus. Accedit quod, etiamsi oratio nihil reprehensionis haberet, res ipsa scioli fraudem arguit. Revera enim Themistocles auctor fuerat Graecis ne pontes in Hellesponto rescinderent, ἀποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι ἐς τὸν Πέρσεα, ἵνα, ἢν ἄρα τί μιν καταλαμβάνῃ πρὸς Ἀθηναίων πάθος, ἔχῃ ἀποσροφήν· τάπερ ὦν καὶ ἐγένετο, ut scribit Herodotus VIII. 109. fin. Itaque Themistocles non *simulavit*, non *mentitus est* sua opera factum esse ne pontes in Hellesponto rescinderentur, sed illa ipsa re demonstraverat esse se τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖσον τοῦ γενησομένου ἄρισον εἰκασήν (Thucyd. I. 138). Dederat enim operam ut verissime id ipsum ad regem scribere posset.

Semper mihi vehementer de vitio suspecta fuit vulgata Thucydidis scriptura I. 138. de Themistocle: ταύτης γὰρ ἦρχε τῆς χώρας δόντος βασιλέως αὐτῷ Μαγνησίαν μὲν ἄρτον (ἣ προσέφερε πεντήκοντα τάλαντα τοῦ ἐνιαυτοῦ), Λάμψακον δὲ οἶνον (ἐδόκει γὰρ πολυοινότατον τῶν τότε εἶναι), Μυοῦντα δὲ ὄψον. Quae sit horum verborum sententia neminem fugere potest. Vertit Latine Cornelius Nepos in Themistocle cap. 10: „*Namque hanc urbem* (Magnesiam) *ei rex donarat his quidem verbis, quae ei panem praeberet* (*ex qua regione quinquaginta talenta quotannis redibant*); *et Lampsacum unde vinum sumeret; et Myunta, ex qua obsonium haberet.*" Sed quis sanus in animum inducat Graece dici βασιλεὺς τῷ Θεμιστοκλεῖ ἔδωκε Μαγνησίαν ἄρτον eo sensu, *rex Themistocli dedit Ma-*

Digitized by Google

gnesiam unde panem sumeret? Si nullus alius superesset locus unde certo cognosceremus qua forma loquendi in hac ipsa re Graeci uterentur perfacile id ex communi analogia rei eiusdem in privata Graecorum vita colligi et reperiri potuisset, veluti e loco qualis est Aristophanis in *Pluto* vs. 982:

ἀλλ' ἀργυρίου δραχμὰς ἂν ᾔτησ' εἴκοσιν
εἰς ἱμάτιον, ὀκτὼ δ' ἂν εἰς ὑποδήματα.

Constat autem hac ipsa forma Graecos constanter uti de oppidorum et agrorum fructibus reditibusque a rege Persarum in certum usum alicui donatis, διδόναι εἰς οἶνον, εἰς ἄρτον similiaque, quod dicendi genus retinuit Cicero de eadem re dicens in Verrem III. 33: *solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorum — uxoribus civitates attribuere hoc modo: haec civitas mulieri redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crines.* Comparandus cum his Xenophontis locus in *Anabasi* I. IV. 9: αἱ δὲ κῶμαι ἐν αἷς ἐσκήνουν Παρυσάτιδος ἦσαν εἰς ζώνην δεδομέναι. De ipso Themistocle civitatibusque ei attributis audi Athenaeum I. p. 29 F: Θεμιστοκλῆς ὑπὸ βασιλέως ἔλαβε δωρεὰν τὴν Λάμψακον εἰς οἶνον, Μαγνησίαν δ' εἰς ἄρτον, Μυοῦντα δ' εἰς ὄψον, Περκώτην δὲ καὶ τὴν Παλαίσκηψιν εἰς στρωμνὴν καὶ ἱματισμόν, et Plutarchum in Themistocle cap. 29: Πόλεις δ' αὐτῷ τρεῖς μὲν οἱ πλεῖστοι δοθῆναι λέγουσιν εἰς ἄρτον καὶ οἶνον καὶ ὄψον Μαγνησίαν καὶ Λάμψακον καὶ Μυοῦντα· δύο δ' ἄλλας προστίθησιν ὁ Κυζικηνὸς Νεάνθης καὶ Φανίας Περκώτην καὶ Παλαίσκηψιν εἰς στρωμνὴν καὶ ἀμπεχόνην. Antiquissimum huius locutionis exemplum apud Herodotum reperitur II. 98: ἡ Ἄνθυλλα ἐοῦσα λογίμη πόλις ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετος δίδοται τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου τῇ γυναικί. Non erat autem haec Aegyptiaca consuetudo, sed Persica, quamobrem Herodotus continuo addidit: τοῦτο δὲ γίγνεται ἐξ ὅσου ὑπὸ Πέρσῃσι ἐσὶ Αἴγυπτος. Miscet omnia memoriter haec referens Athenaeus p. 33 F. ubi commemorat Ἀντυλλαν πόλιν οὐ μακρὰν οὖσαν Ἀλεξανδρείας, ἧς τοὺς φόρους οἱ τότε βασιλεῖς Αἰγύπτιοί τε καὶ Πέρσαι ταῖς γαμεταῖς ἐδίδοσαν εἰς ζώνας. Reddendum est eadem loquendi forma Diodoro Siculo I. 52: τὴν δὲ ἐκ τῆς λίμνης ἀπὸ τῶν ἰχθύων γινομένην πρόσοδον ἔδωκε τῇ γυναικὶ πρὸς μύρα καὶ τὸν ἄλλον καλλωπισμόν, ubi εἰς μύρα verum videtur. Ergo Thucydides quoque

Digitized by Google

sic scripserat Μαγνησίαν μὲν (ἐς) ἄρτον — Λάμψακον δ' (ἐς) οἶνον — Μυοῦντα δ' (ἐς) ὄψον, et nescio quo pacto necessaria praepositio intercidit. Ne quid dissimulem Strabo in suo libro non videtur ἐς additum vidisse; nam sine controversia e Thucydide sumsit quae refert p. 636 Cas. Μυοῦς μία τῶν Ἰάδων τῶν δώδεκα —. ταύτην ὄψον λέγεται Θεμιστοκλεῖ δοῦναι Ξέρξης, ἄρτον δὲ Μαγνησίαν, οἶνον δὲ Λάμψακον, sed ne dicam hanc componendi rationem cum Graecitatis usu pugnare, uni Straboni plures opponas alios, qui omnes sua a Thucydide sumserunt et recte εἰς ἄρτον cet. servaverunt. Vidimus iam Plutarchi testimonium et Athenaei. Tertium illis accedit e perdocto Scholio ad Aristophanis *Equites* vs. 84. Φυγὼν (Themistocles) ἦκε πρὸς Ἀρταξέρξην καὶ Μηδικὴν φωνὴν μαθὼν ἐδίδαξεν αὐτὸν πῶς ἔσωσε τὸν πατέρα Ξέρξην μὴ συγχωρήσας τοῖς Ἕλλησι διαλῦσαι τὰ ἐπὶ Σηστοῦ καὶ Ἀβύδου διαζεύγματα. ἐφ' οἷς εὐχαριστήσας ὁ βασιλεὺς δωρεῖται αὐτῷ τρεῖς πόλεις, Μαγνησίαν εἰς σῖτον, Λάμψακον εἰς οἶνον, Μυοῦντα εἰς ὄψα, ὡς δὲ Νεάνθης καὶ Περκώτην εἰς στρωμνὴν καὶ Παλαίσκηψιν εἰς στολήν, quae praeter ultima ex Thucydide omnia depromta esse vides. Eadem ab eodem sumsit fabulosis quibusdam aliunde admixtis Diodorus Siculus XI. 57: ἐδωρήσατο δ' αὐτῷ καὶ πόλεις τρεῖς πρὸς διατροφὴν καὶ ἀπόλαυσιν εὐθέτους· Μαγνησίαν μὲν τὴν ἐπὶ τῷ Μαιάνδρῳ πλεῖστον τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεων ἔχουσαν σῖτον εἰς ἄρτους· Μυοῦντα δὲ εἰς ὄψον ἔχουσαν θάλατταν εὔιχθυν· Λάμψακον δὲ ἀμπελόφυτον ἔχουσαν χώραν πολλὴν εἰς οἶνον. Totus etiam in ea re a Thucydide pendet Plutarchus in libello περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς p. 328 F. ita scribens: εἶπε Θεμιστοκλῆς ὀπηνίκα Φυγὼν ἔτυχε δωρεῶν μεγάλων παρὰ βασιλέως καὶ τρεῖς πόλεις ὑποφόρους ἔλαβε τὴν μὲν εἰς σῖτον, τὴν δ' εἰς οἶνον, τὴν δ' εἰς ὄψον Ὦ παῖδες, ἀπωλόμεθ' ἂν εἰ μὴ ἀπωλόμεθα. His omnibus in locis ut nemini umquam venerit in mentem praepositionem εἰς commode posse omitti, sic apud Thucydidem quoque, unde omnia haec manaverunt, praepositionem abesse non posse apertum est.

Notavimus verbo iam antea apud Thucydidem I. 140. in verbis: ὑμῶν δὲ μηδεὶς νομίσῃ περὶ βραχέος ἂν πολεμεῖν, εἰ τὸ

Digitized by Google

Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν, ὅπερ μάλιστα προὔχονται [εἰ καθαιρεθείη μὴ ἂν γίγνεσθαι τὸν πόλεμον], expungenda esse illa verba quae uncinis inclusimus: ὅπερ μάλιστα προὔχονται referantur ad ea quae proxime praecedunt. Si ὅπερ ad solum τὸ Μεγαρέων ψήφισμα fuisset referendum Thucydides necessario alia verborum compositione uti debuisset neque inter ὅπερ εἰ καθαιρεθείη absurdissime interposuisset μάλιστα προὔχονται. Annotatiuncula manavit e vicino loco cap. 139 ἐνδελέστατα προὔλεγεν τὸ περὶ Μεγαρέων ψήφισμα καθελοῦσι μὴ ἂν γίγνεσθαι πόλεμον, ubi rectissime πόλεμον, non τὸν πόλεμον, scriptum est. Est operae pretium audire quid de illo Thucydidis loco ex antiqua λέξει descripserit Photius in v. Προὔχοντο: πρεύβαλλον· οὕτως καὶ Θουκυδίδης ἐχρήσατο ἐν ἀ ἱστορίᾳ λέγων εἰ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν, ὅπερ μάλιστα προὔχονται· ἀντὶ τοῦ προβάλλουσιν, προτείνουσιν. Manifesto non legit in suo libro verba insiticia et ὅπερ μάλιστα προὔχονται recte interpretatus est. Caeterum scribe Προὔχοντο: προέβαλλον, est enim glossa Homerica προὔχοντο ex Odyss. Γ. 8, Attici προεῖχοντο vel προεῖσχοντο dicebant.

Manifesta tenetur interpolatio in Periclis oratione apud Thucydidem I. 143: τὰ δὲ ἡμέτερα (ἔρρωγε δὲ ἐκεῖ) τοιόνδε τε ἔσπερ ἐκείνοις ἐμεμψάμην ἀπηλλαχέναι καὶ ἄλλα οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου [μεγάλα] ἔχειν. Noto usu οὐκ ἰμαίας, οὐδὲν ἰμᾶσι, οὐκ ἰμαίας, οὐκ ἐξ ἴσου, οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου accipiuntur sic ut non similis in Virgiliano:

Post mihi non simili *poena commissa* hostis.

ubi non *simili* est *multo graviore* poena. Itaque οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου ἔχειν est πλείω καὶ μείζω ἔχειν, unde consequitur non tantum μεγάλα supervacuum esse et inepte abundare sed salva Graecitate ne addi quidem potuisse. Miror Interpretes, qui apte conferentes vicina οὐκέτι ἐκ τοῦ ἰσαίου ἔχει rectissime interpretantur μείζω μᾶλλον ἔχει, et οὐκ ἴσον (IV. 87.) pro μείζον positum agnoscunt, tamen μεγάλα additum retineri posse arbitrantur.

Nihil esse quod stomachum moveat iis quibus Codicum

Digitized by Google

lectiones utcumque defendere aut excusare mos est, luculenter ostendit locus Thucydidis I. 144. ubi Pericles civibus suis auctor est ut Lacedaemoniorum legatis in hunc modum respondeant: *τάς τε πόλεις ὅτι αὐτονόμους ἀφήσομεν — ὅταν κἀκεῖνοι ταῖς αὑτῶν ἀποδῶσι πόλεσι μὴ σφίσι* [*τοῖς Λακεδαιμονίοις*] *ἐπιτηδείως αὐτονομεῖσθαι.* Spernitur prudentissimum Valckenaerii iudicium ad Herod. V. 92. fin. absurdum additamentum expungentis, namque sic *„sexcenta alia eiusmodi apud Thucydidem delenda esse."* Ergo inficetae Graeculorum interpolationes singulis locis servandae erunt et fovendae, quoniam passim alibi eadem grassata labes contaminavit scripta antiquorum. Satius aliquanto me iudice erit singulos locos excutere *μή τι σαθρὸν φθέγγονται* et sicubi quid legatur quod non tantum summis illis scriptorum ingeniis indignum sit sed etiam in mediocri scriptore non ferendum, commode recordari quam pessime corruptis et interpolatis Codicibus utamur. Ecquis aequo animo ferre posset si apud Thucydidem legeretur: *ὅταν κἀκεῖνοι οἱ Λακεδαιμόνιοι ταῖς αὑτῶν ἀποδῶσι πόλεσι κτἑ.*? Nemo hercle. Atqui minus etiam pronomen *σφίσιν* admittit hanc nominis adiectionem quam praecedens pronomen *ἐκεῖνοι.* Facile senties, si esset ullus nomini locus, illi pronomini, non huic, adiiciendum nomen fuisse. Nunc absurdum est illi addere istud, et absurdius etiam quod vulgatur. Quid, si ne Graeculus quidem vulgatae scripturae ineptias devorare potuit. Laudavit iam Valckenaerius hoc Scholion: *οἶμαι τὸ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἁμάρτημα τοῦ γραφέως ἐνθέντος τῷ κειμένῳ ὅπερ ἦν ἑρμηνεία τοῦ σφίσιν ἔξωθέν τινι πρότερον ἐπιτεθεῖσα.* Rectissime, quisquis fuit, ita iudicavit. Praeclarum vero Interpretum genus illud fuit, quibus istiusmodi *ἑρμηνεῖαι* debentur, quique ubi *οἱ μέν* aut *οἱ δέ* legebatur aut *ὑμεῖς* aut *σφίσι* sedulo annotabant eorum nomina, quo ea pronomina referebantur, et sic Thucydidem (si Musis placet) interpretabantur! Scatent hodieque Scholia quae circumferuntur in Thucydidem annotatiunculis eiusdem farinae, quarum compluscula, ut ille ait, *ἐνετέθησαν τῷ κειμένῳ ἁμαρτήματι τοῦ γραφέως*, et reperiunt etiamnunc vindices et assertores. Hoc ipsum absonum emblema *τοῖς Λακεδαιμονίοις* impigre a nonnullis ab omni Criticorum iniuria

Digitized by Google

defenditur. Composuit Poppo in *Prolegomenis* ad Thucydidem I. p. 205. locos quosdam Thucydidis ubi *„pronominibus explicandi causa subiiciuntur nomina propria, de quibus illa dicta sunt."* et in his primum posuit hunc ipsum: μὴ σφίσι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιτηδείως αὐτονομεῖσθαι. Non modo istis nihil offenditur, sed *„propius etiam ad Homeri sermonem accedere"* talia iudicat. Non sunt nobis, qui foedas librorum interpolationes concoquere non possumus, huiusmodi dissensiones aut magnopere extimescendae aut ferendae iniquius. Qui talia sentire non possunt, iis semper surdis fabulam narrabimus. Apud Posidippum Athenaei p. 661 F. coquus coquum reprehendit ὡς οὐκ ἔχει ῥῖνα κριτικὴν πρὸς τοὖψον. Eodem modo homines eruditos reprehendas ὡς οὐκ ἔχουσι ῥῖνα κριτικὴν πρός τε τὰ τῶν γραφέων ἁμαρτήματα καὶ τὰ τῶν σχολιαστῶν παρεμβλήματα. Sed nihil est quod istis id vitio vertas. Calamitas est homini erudito, non culpa, si minus iudicio valet καὶ κρίνειν οὐκ ἐπίσταται. Itaque nolim inclementius accipere si qui ad claram lucem mihi caecutire videntur. In his quoque suo quisque utatur iudicio. Quod verum est praevalebit, postquam longa dies opinionum commenta deleverit. Memini quum me talia vehementius commoverent. Non poenitet me eorum quae nonnumquam aetate fervidior paulo calidius pronuntiavi; neminem enim laedere aut vexare umquam mihi fuit propositum, sed nunc me aliquanto placidiorem sentio esse et impense mihi placent quae Peerlkampius et Eichstaedius inter se scripserunt, nuperrime repetita in secunda Horatii Peerlkampiani editione. Imprimis mihi vehementer probantur quae scripsit Peerlkampius pag. XXXII. *„ipse expertus cognovi quam difficile sit in scribendo semper esse tam facilem, moderatum et amicum, ut numquam postea aliquid mutatum velles. Mitius profecto omnes sentimus quam interdum scribimus, disputandi calore incensi: eoque minus huic calori resistimus, quia quasi soli loquimur, nec vocem adversarii praesentem veremur."* Haec omnia planissime ex animi mei sententia scripta sunt faciamque quantum potero ut eorum semper in scribendo disputandoque meminerim, sed quamquam propterea dissentientes a me et etiam acrius acerbiusque me oppugnantes lenissimo animo feram, neque ipse facile quid-

Digitized by Google

quam in eos asperius dicam aut iniquius de iis existimabo, tamen nihilo minus quam antea eorum opiniones improbabo reiiciamque. Nihil me iudice minus verum est quam quod Poppo affirmat Thucydidem *„propius etiam ad Homeri sermonem accedere"* ubi otiosa et frigida et insulsa additamenta offendunt et enecant eos qui aurem habent elegantissimae Veterum compositioni assuefactam et longo legendi usu exercitatam et subactam. Quemadmodum illo loco, de quo diximus, τοῖς Λακεδαιμονίοις ad σφίσι pueriliter est interpolatum, sic in Brasidae oratione IV. 114: οὐδ' ἂν σφῶν πειρασαμένους αὐτοὺς [τῶν Λακεδαιμονίων] δοκεῖν ἧσσον — εὔνους ἂν σφίσι γενέσθαι, sine ulla dubitatione τῶν Λακεδαιμονίων ex ora libri irrepsit idque in alienissimam sedem. Non minus certum et manifestum est in Alcibiadis ad Tissaphernem oratione VIII. 46. οὐκ εἰκὸς εἶναι Λακεδαιμονίους ἀπὸ μὲν σφῶν [τῶν Ἑλλήνων] ἐλευθεροῦν νῦν τοὺς Ἕλληνας, ἀπὸ δ' ἐκείνων [τῶν βαρβάρων] — μὴ ἐλευθερῶσαι, ubi futurum repone ἐλευθερώσειν. Primus omnium Valckenaerius ad Herod. l. l. eiecit τῶν Ἑλλήνων et τῶν βαρβάρων, cuius iudicium alii sequuntur, alii improbant. Nemo omnium cogitasse videtur quam absurde dicerentur Lacedaemonii ἐλευθεροῦν τοὺς Ἕλληνας ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων. Σφῶν est τῶν Ἀθηναίων, ut res ipsa loquitur et loquendi consuetudo confirmat. Alcibiades ipse cum Tissapherne ita egerat: οὐκ εἰκὸς Λακεδαιμονίους ἀπὸ μὲν ἡμῶν ἐλευθεροῦν νῦν τοὺς Ἕλληνας, ἀπὸ δὲ ὑμῶν μὴ ἐλευθερώσειν. Ubi haec in orationem indirectam convertuntur necessario ἡμεῖς in σφεῖς convertitur et ὑμεῖς in ἐκεῖνοι. Quomodo igitur emblema tueberis quod non tantum insulsissimum est, sed etiam aperte cum loci sententia pugnat? Praeterea tollitur difficultas, quam acute movit Bauerus, caeteri verbis elevarunt magis quam removerunt. Quomodo enim Alcibiades cum Tissapherne sic agens Persas potuit τοὺς βαρβάρους appellare? Respondent, omnes, qui Graeci non sint, *etiam sine reprehensione* barbaros dici. Esto: careat nomen reprehensione, sed non caret contemtu ac despectione, et si quis credit Alcibiadem comiter et benigne cum Tissapherne agentem dicere potuisse ὑμεῖς οἱ βάρβαροι, nondum satis urbanitatem Atticam cognovit.

Digitized by Google

Addam unum locum ex iis qui Popponi videntur *„ad Homeri sermonem propius accedere,"* sed mihi ex verbis Thucydidis et sciolorum conflati contaminatique esse. Nicias dicitur VII. 8. misisse Athenas nuntios cum litteris: *καὶ οἱ μὲν ᾤχοντο Φέροντες οὓς ἀπέστειλε τὰ γράμματα καὶ ὅσα ἔδει αὐτοὺς εἰπεῖν.* Numquam dubitavi quin aliquid in iis verbis Graeculi designaverint, et vix capio quomodo quis ea sic ab ipso Thucydide scripta esse possit inducere in animum. Simplicissimum olim visum est molesta verba *οὓς ἀπέστειλεν* eliminare, sed meliora me nuper Pluygersius meus docuit, qui olim obliteratam veram lectionem *ἅ τ' ἐπέστειλε* sollerter elicuit, qua semel reperta perspicuum est quomodo quis *τὰ γράμματα* de suo addiderit.

Revertor ad Thucydidis locum unde huc degressus sum I. 144. ubi in Periclis oratione vetus mendum delitescit in his: *νῦν δὲ τούτοις ἀποκρινάμενοι ἀποπέμψωμεν κτἑ.* Requirit enim loquendi usus ut *τούτους* pro *τούτοις* substituatur: *„nunc* hosce (Spartanorum legatos) *responso dato dimittamus,"* non *hisce.* Namque in talibus pronomen *bis* addendum, semel verbo, semel participio, semel tantum ponitur omittiturque necessario illud in quo minus est ponderis. Dicendum erat *νῦν δὲ τούτους ἀποπέμψωμεν ἀποκρινάμενοι αὐτοῖς ὅτι κτἑ.* Sed omittitur omni vi destitutum *αὐτοῖς*, quo facto scribae quum *τούτους ἀποκρινάμενοι ἀποπέμψωμεν* non satis caperent pronomen vicino participio accommodarunt.

Unum locum ex ultimo libro primo addam. Legitur I. 146: *ἐπεμίγνυντο δ' ὅμως ἐν αὐταῖς καὶ παρ' ἀλλήλους ἐφοίτων ἀκηρύκτως μέν, ἀνυπόπτως δ' οὔ.* Ecquid discriminis esse dices inter *ἐπεμίγνυντο* et *ἐφοίτων παρ' ἀλλήλους*? Nihil, ut opinor, namque est prorsus idem, nisi quod *ἐπιμίγνυσθαι* (et nonnumquam *ἐπιμιγνύναι*) et *ἐπιμίσγειν* et *ἐπιμίσγεσθαι* et *ἐπιμιξία* et *ἐπιμιξίᾳ χρῆσθαι πρὸς ἀλλήλους* propria in ea re verba sunt, et *φοιτᾶν* commune verbum est et tralaticium. Thucydides I. 2: *οὐδὲ ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις οὔτε κατὰ γῆν οὔτε διὰ θαλάσσης*, et IV. 118: *μὴ ἐπιμισγομένους μήτε ἡμᾶς πρὸς αὐτοὺς μήτε αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς*, et I. 13: *τῶν*

Digitized by Google

Ἑλλήνων — παρ' ἀλλήλους ἐπιμισγόντων, et aliis locis. Suspicor igitur dedisse Thucydidem ἐπεμίγνυντο δ' ὅμως ἐν αὐταῖς παρ' ἀλλήλους κτἑ. et in ora libri adscriptum olim ἐφοίτων insinuasse sese in orationem contextam, quo facto καί adglutinatum est. Prorsus eodem modo locutus est Thucydides in libri II. initio: Ἄρχεται δὲ ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἤδη, — ἐν ᾧ οὔτε ἐπεμίγνυντο ἔτι ἀκηρυκτὶ παρ' ἀλλήλους καταςάντες τε ξυνεχῶς ἐπολέμουν.

Ad eundem modum reliquos Thucydidis libros ubi quid dabitur otii scribarum mendis et sciolorum emblematis liberare conabor.

C. G. Cobet.

AD CLEMENTEM ALEXANDRINUM.

(*Continuantur e Mnemosynes vol.* XI. *p.* 336.)

Notare iuvat pervulgatum in libris MSS. errorem, cuius exemplum video apud Clementem p. 87 Sylb. (235 Pott.): τοὺς δὲ λευκοὺς καὶ οὐ νόθους τὰ ἔνδον λευκαῖς καὶ ἀπεριέργοις ἁρμοδιώτατον ἐσθήσεσι χρῆσθαι. Verum est ἐσθῆσι pro ἐσθήσεσι, sed solent scribae dativum ἐσθῆσι sic depravare, unde multorum natus error est ἔσθησιν pro ἐσθῆτα Graecum esse opinantium. In eorum numero est Thomas (qui Magister dicitur, sed fere semper magistro ipse indiget) p. 370: ἐσθὴς εὕρηται παρὰ λογογράφοις καὶ ἔσθημα, τὸ δὲ ἔσθησις παρὰ ποιηταῖς. Magister ille etiamnunc a discipulis meliora docendus est: ἐσθής legitur apud scriptores omne genus, ἔσθημα Tragicorum est, et ἔσθησις pro ἐσθής nemo dixit umquam neque poëta neque alius quisquam. Scribae identidem probae formae dativi ЄCΘHCI vitiosam ἐσθήσεσι substituunt de su

Digitized by Google

ut apud Hesychium v. Ἰσριανά: — *ποικίλαις ἐσθήσεσι χρῶνται*, quod eiusdem farinae est atque Hesychianum Προχθήσεσι: *ταῖς εἰς τὴν θάλασσαν προχύσεσιν*. Nemo enim punctum temporis dubitabit quin Προχθήσεσι vitio natum sit ex Προχοῇσι, quod sumtum est ex praeclarissimo Homeri loco:

ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προχοῇσι διιπετέος ποταμοῖο
βέβρυχεν μέγα κῦμα ποτὶ ῥόον, ἀμφὶ δέ τ' ἄκραι
ἠϊόνες βοάωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω.

Postquam proclivi errore O in Θ abiit ΠΡΟΧΘΗCΙ conversum est in *προχθήσεσι*. Nihilo autem sanius est *ἐσθήσεσι* quam *προχθήσεσι*. Est quidem ἔσθησις vocabulum Graecum, sed inter *ἐσθής* (ἔσθημα) et ἔσθησις idem interest atque inter *ὑπόδημα* et *ὑπόδεσις*, ἔνδυμα et ἔνδυσις, οἴκημα et οἴκησις similiaque sexcenta, ut ἔσθησις non de *vestimento* dicatur sed de *vestitu*, id est de vestiendi modo quodam aut more aut consuetudine. Recte igitur apud Athenaeum se habet p. 18 E: *ἡ περὶ τὰς ἐσθήσεις καὶ ὑποδέσεις ἐπήκμασε πολυτέλεια*, sed non magis *ἐσθήσεις* significat *ἐσθῆτας* quam *ὑποδέσεις* denotat *ὑποδήματα*, aut ὅπλισις (ut hoc utar) poni potest pro ὅπλα. Mirabitur aliquis ubi viderit summa constantia dici apud omnes *ἐσθής*, *ἐσθῆτος*, *ἐσθῆτι*, *ἐσθῆτα*, et *ἐσθῆτες*, *ἐσθήτων*, *ἐσθῆτας*, sed in solo *dativo* plurali aliam formam *ἐσθήσεσι* pro *ἐσθῆσι* repente apparere. Clemens paulo ante scripserat *ἡ ἀβροδίαιτος ἐσθής*, *ἡ τοιαύτη ἐσθής*, *τῆς ἐσθῆτος τὰς βαφάς*, *παρὰ τὴν ἄλλην ἐσθῆτα*, et sic ubique summa constantia, sed continuo post *λευκαῖς ἐσθήσεσι* legitur. Nempe librario ista forma debetur, non Clementi. Sic apud Strabonem III. p. 155 male edidit Kramerus: *αἱ γυναῖκες δ' ἐν ἐνδύμασι καὶ ἀνθιναῖς ἐσθήσεσι διάγουσιν*, spreta vera lectione *ἐσθῆσι*, quam libri suppeditabant. Est genus hoc erroris pervetus, nam vitiosum ЄCΘHCЄCI iam in antiquissimis Novi Testamenti Codicibus reperitur, nempe in Actis Apostolorum I. 10: *ἄνδρες δύο παρειςήκεισαν αὐτοῖς ἐν* ЄCΘHCЄCI *λευκαῖς*, et in Lucae Euangelio XXIV. 4: *ἄνδρες δύο ἐπέςησαν αὐταῖς ἐν* ЄCΘHCЄCIN *ἀστραπτούσαις*, ubi in aliis libris est *ἐν* ЄCΘHTI *λευκῇ* et *ἐν* ЄCΘHTI *ἀστραπτούσῃ*, sed probatur *ἐσθήσεσι* ab iis qui in constituenda librorum sacrorum scriptura *ἀκρίτως πάνυ vetustissimos scribarum errores* potissimum

Digitized by Google

amplexantur. Qui mecum veritatem vel antiquissimo errori anteponunt et illic et ubicumque *ἐσθήσεσι* pro *vestimentis* usurpatur, manifestum scribarum errorem non dubitabunt tollere.

Quod post pauca apud Clementem sequitur *ἡ πορφύρα καὶ τὰ ἀργυρώματα, ὥς φησιν ὁ Κωμικός,*

εἰς τοὺς τραγῳδοὺς χρήσιμα κοὐκ εἰς τὸν βίον.

emendatius legitur apud Stobaeum Floril. 56, 15:

τὰ δ' ἀργυρώματ' ἐστὶν ἥ τε πορφύρα
εἰς τοὺς τραγῳδοὺς εὔθετ', οὐκ εἰς τὸν βίον.

Clemens dederat *χρήσιμ', οὐκ εἰς τὸν βίον.*

Sciolus interpolato stulte vocabulo effecit ut Clemens ineptire videretur p. 88 Sylb. (239 Pott.) *τὸ μὲν σῶμα αὐταῖς εἰ πιπράσκοιτο οὐκ ἄν ποτε χιλίας εὕροι Ἀττικάς, μίαν δέ που ἐσθῆτα μυρίων [ταλάντων] ὠνούμεναι σφᾶς αὐτὰς — ἀτιμοτέρας τῶν ὑφασμάτων ἐλέγχουσιν.* Non intellexit homuncio *χιλίας* et *μυρίων* dici omisso *δραχμάς* et *δραχμῶν*, et quod in buccam venit de suo addidit. Potuitne stolidius quidquam dare quam *μίαν ἐσθῆτα μυρίων ταλάντων ὠνούμεναι* et vestem vel sic satis pretiosam *sexies millies* pretio augere?

Frequens in libris vitium maculat verba Clementis p. 99 Sylb. (269 Pott.) *περιφέρονται δὲ αὗται ἀνὰ τὰ ἱερὰ ἐκθυούμεναι καὶ μαντευόμεναι ἀγύρταις καὶ μητραγύρταις καὶ γραίαις βωμολόχοις οἰκοφθορούσαις ὀσημέραι συμπομπεύουσαι.* Manifestus error est in *περιφέρονται*. Dici non possunt homines qui circa templa deorum versantur *περιφέρεσθαι*. Facilis et certa emendatio est *περιφθείρονται*. Notum est quo sensu quis dicatur *φθείρεσθαι, προσφθείρεσθαι, ἐκφθείρεσθαι, περιφθείρεσθαι*, ut *ἔρρειν* et *περιέρρειν*, quae omnia contemtim dicuntur et in rebus turpibus ac foedis certam sedem habent. *Περιφθείρεσθαι* eo sensu legitur apud Isocratem et Lycurgum. Isocrates dixit in Epist. IX. 10: *ὥστε ὁρᾶσθαι ἐνίας αὐτῶν ἐν βάκεσι περιφθειρομένας δι' ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων.* Lycurgus in *Leocratea* p. 153, 5: *τῶν δὲ ἀνδρῶν τοὺς μὲν — ἰδεῖν ἦν καθ' ὅλην τὴν πόλιν ἐπὶ γήρως ὀδῷ περιφθειρομένους,*

Digitized by Google

quam eximiam lectionem servavit Suidas quum in libris sine sensu διαφθειρομένους legeretur. Scribae φ et φθ confundere solent, unde factum est ut φθείρειν et φέρειν saepe permisceantur et sic vetus et genuinum περιφθείρονται apud Clementem labem contraxit.

In praepositione peccatum est apud Clementem p. 99 Sylb. (270 Pott.) εἰς γέλωτας ἐκκαλούμενοι πορνείας παράδρομον. Res ipsa ducit ad πρόδρομον.

Peccarunt scribae p. 104 Sylb. (284 Pott.) in his: Πιττακὸς ἐκεῖνος ἤλθεν ὁ Μιτυληναίων βασιλεύς. Dare debuerant ἤληθεν *molebat*. Quod apud Veteres est ἀλεῖν, apud sequiores in ἀλήθειν producitur, ut νῆν in νήθειν.

Laborat proverbium Doricum p. 108 Sylb. (296 Pott.) οἷα γὰρ δέσποινα, φασὶν οἱ παροιμιαζόμενοι, τοιάδε χὴ κύων. Genuina proverbii forma haec est:

οἷαπερ ἁ δέσποινα τοία χὰ κύων.

Plato in *Rep.* VIII. p. 563 C: ἀτεχνῶς γὰρ αἵ τε κύνες κατὰ τὴν παροιμίαν οἵαίπερ αἱ δέσποιναι γίγνονται.

Foedissimis erroribus inquinatus est locus Clementis p. 109 Sylb. (296 Pott.) ὑπογράφειν ὁ Κιτιεὺς ἔοικε Ζήνων εἰκόνα νεανίδα καὶ οὕτως αὐτὸν ἀνδριαντουργεῖ. Ἔσω (φησὶ) καθαρὸν τὸ πρόσωπον, ὀφρὺς μὴ καθειμένη μηδὲ ὄμμα ἀναπεπταμένον μηδ' ἀνακεκλασμένον, μὴ ὕπτιος ὁ τράχηλος μηδὲ ἀνιέμενα τὰ τοῦ σώματος μέλη ἀλλὰ τὰ μετέωρα ἐντόνοις ὅμοια, ὀρθόνους πρὸς τὸν λόγον, ὀξύτης καὶ κατοχὴ (alii κατακωχή) τῶν ὀρθῶς εἰρημένων καὶ σχηματισμοὶ καὶ κινήσεις μηδὲν ἐνδιδοῦσαι τοῖς ἀκολάστοις ἐλπίδος· αἰδὼς μὲν ἐπανθείτω καὶ ἀρρενωπία, ἀπέστω δὲ καὶ ὁ ἀπὸ τῶν μυροπωλείων καὶ χρυσοχοείων καὶ ἐριοπωλείων ἅλυς καὶ ὁ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐργαστηρίων, ἔνθα καὶ ἑταιρικῶς κεκοσμημέναι ὥσπερ ἐπὶ τέγους καθεζόμεναι διημερεύουσιν. In hoc eximio loco stolida librariorum natio *adolescentes* in *adolescentulas* convertit, et quos *discipulos* suos Zeno descripserat eos in *puellas* mutavit. Primum mendosum est ὑπογράφειν εἰκόνα νεάνιδα, quod reddunt: „*adolescentulae* imaginem

Digitized by Google

describere." Novum et inauditum *puellarum* genus est, quibus αἰδὼς ἐπανθεῖ et ἀρρενωπία, quaeque in officinis per totos dies desident. Rescribe εἰκόνα νεανίου, nam unusquisque admonitus statim perspiciet non *puellas* a Zenone, sed *iuvenes*, auditores suos, describi. Itaque κεκοσμημέναι et καθεζόμεναι in virilem sexum refingantur: ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐργαστηρίων ἔνθα καὶ ἑταιρικῶς κεκοσμημένοι ὥσπερ ἐπὶ τέγους καθεζόμενοι διημερεύουσιν. Si haec ulteriorem demonstrationem requirerent proferrem verba καὶ οὕτως αὐτὸν ἀνδριαντουργεῖ, quae de *viro* dicuntur, ut opinor. Sed res est perspicua et superest ut reliqua scripturae vitia eluamus. Ex ΟΡΘΟΝΟΤϹ ne littera quidem mutata erui ὀρθὸν οὗς πρὸς τὸν λόγον, quae in auditore eximia res est. Adiectivum ὀρθόνους absurdum et vitio natum e Graecitatis gaza expellendum est. In librorum scriptura κατακωχή pro κατοχή male latet forma Attica κατοκωχή, quae sic vitiari solet ut et ἀνοκωχή, διοκωχή, παροκωχή, de quibus alias diligenter egimus. Unum vitium superest in μηδὲ ὄμμα ἀναπεπταμένον μηδὲ ἀνακεκλασμένον, ubi διακεκλασμένον emendandum est. Quidquid enim molle et effeminatum est διακεκλάσθαι dici solet, et sicuti ἀναπεπταμένον ὄμμα est hominis *protervi* et *petulantis*, sic ὄμμα διακεκλασμένον *mollis* est et *impudici*.

Una vocalis corrupta prorsus obscuravit sententiam Clementis pag. 85 Sylb. (230 Pott.) in his: καίτοι τό γε πειρᾶσθαι λανθάνειν ἐφ' οἷς πράττει τις ὁμολογούντως ἁμαρτάνειν ἐστίν. Ad ὁμολογούντως olim sciolus annotavit: ἀντὶ τοῦ ὁμολογουμένως. Non potuit infelicius quisquis id temere de suo commentus est. Neque enim ὁμολογούντως Graecum est et ὁμολογουμένως sententiae loci non convenit. Clemens ὁμολογοῦντος scripserat sensu perspicuo admodum et plano. Perinde est enim dicere, τὸ πειρᾶσθαι λανθάνειν ὁμολογοῦντος ἁμαρτάνειν ἐστίν, atque, ὁ λανθάνειν πειρώμενος ἁμαρτάνειν ὁμολογεῖ, quod verissimum est.

Narrat Clemens in Paedagogo p. 180 Sylb. (p. 212 Pott.) antiquitus in Graecorum ludis in usu non fuisse ut victoribus coronae darentur: ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσί πρῶτον ἡ τῶν ἀθ

Digitized by Google

τῶν δόσις ἦν, δεύτερον δὲ ὁ ἐπεγερμός, τρίτον ἡ Φυλλοβολία, τελευταῖον ὁ στέφανος ἐπίδοσιν λαβούσης εἰς τρυφὴν τῆς Ἑλλάδος μετὰ τὰ Μηδικά. Sed primum non *athletae*, credo, sed *praemia* dabantur, quamobrem corrige ἡ τῶν ἄθλων δόσις pro ἀθλητῶν, praeeunte Ferrario, sed quod idem ἐπαγερμός pro ἐπεγερμός reponit non est id satis, nam duo in eodem vocabulo commissi sunt errores: confusa sunt de more εγ et αγ, quae in Codd. antiquioribus oculis discerni non possunt, et praeterea επ et π̄, nam vera lectio est περιαγερμός, quia περιαγείρεσθαι proprium et signatum verbum est de victoribus qui *ambientes* dona et munuscula colligebant. Notissimum hoc verbum est ex Platonis loco *de Rep.* X. p. 621 D. καὶ ἐπειδὰν τὰ ἆθλα — κομιζώμεθα ὥσπερ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι — εὖ πράττωμεν, de quo verbo pererudita est annotatio Boëthi apud Photium, quam qui contulerit cum scholio ad Euripidis Hecubam vs. 569. Boëthum sua magnam partem Eratostheni debere videbit. Dicebant Veteres in ea re aut ἀγείρειν (Ruhnk. ad Tim. v. Ἀγείρουσαν) aut περιαγείρειν: itaque et ἀγερμός et περιαγερμός. Ἐπαγερμός ex unico hoc Clementis loco prodiit, in quo olim a scribis peccatum esse suspicamur. Ex ipsa enim rei natura ut dicuntur victores περιιέναι et περιπορεύεσθαι et περινοστεῖν, sic et περιαγείρεσθαι dicuntur, unde περιαγερμός natum est. *Circumibant* autem per ipsum stadium, ut colligitur ex verbis Eratosthenis l. l. οἱ μὲν ἐγγὺς καθήμενοι στεφάνους ἐπετίθεσαν, οἱ δ' ἀνωτέρω, τοῦτο ὅπερ ἦν λοιπόν, ἔβαλλον τοῖς ἄνθεσι καὶ φύλλοις. dicuntur haec de spectatoribus in theatri gradibus adhuc sedentibus, namque athletae ut primum a praecone victores erant renuntiati statim per ipsam arenam *ambientes* περιηγείροντο. Video Boëthum, cuius esse eruditissimas annotationes de locis Platonicis apud Photium alibi diligenter demonstravimus, saepius Eratosthenis testimoniis utentem, veluti in Ἡ δ' ὅς: οἱ μὲν περὶ Ἐρατοσθένην ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ ὅς κτέ. et in v. Εὐθὺ Λυκείου: τὸ εἰς Λύκειον· ὅθεν Ἐρατοσθένης καὶ διὰ τοῦτο ὑποπτεύει τοὺς Μεταλλεῖς. καὶ Εὐριπίδης οὐκ ὀρθῶς·

τὴν εὐθὺς Ἄργους καπιδαυρίας ὁδόν.

Est haec docta Boëthi annotatio, sed non integra, facile ta-

Digitized by Google

men aliunde supplenda. Controversia olim erat rectene diceretur *εὐθύς* pro *εὐθύ*, ubi cum genitivo loci coniunctum significaret *recta ad*. Quaerebatur igitur utrum apud Platonem in *Lyside* p. 203 B. legendum esset *εὐθὺς Λυκείου* an *εὐθύ*. Describam locum ipsum non uno mendo laborantem: *ὦ Σώκρατες, ἔφη, ποῖ δὴ [πορεύει] καὶ πόθεν; Ἐξ Ἀκαδημείας, ἦν δ' ἐγώ, [πορεύομαι] εὐθὺ Λυκείου. Δεῦρο δή, ἦ δ' ὅς, εὐθὺ ἡμῶν. οὐ παραβάλλεις; ἄξιον μέντοι.* Expungenda sunt *πορεύει* et *πορεύομαι*, et pro *παραβάλλεις* rescribendum futurum est *οὐ παραβαλεῖς*; Boëthus igitur docet *εὐθὺ Λυκείου*, non *εὐθὺς Λυκείου* dici et Eratosthenem refert hoc quoque indicio esse usum ad demonstrandum *τοὺς Μεταλλέας*, quae fabula Pherecratis nomine circumferebatur, sequiore aetate a Nicomacho scriptam esse (Cf. Harpocrationem v. *Μεταλλεῖς*), quia in ea fabula *εὐθύς* perperam pro *εὐθύ* positum legeretur. Itaque Boëthus huiusmodi quid annotaverat *Εὐθὺ Λυκείου (χωρὶς τοῦ σ, οὐκ εὐθὺς Λυκείου): εἰς Λύκειον.* Boëthus igitur quemadmodum in *Ἦ δ' ὅς* et *Εὐθὺ Λυκείου* Eratosthenis testimonio usus erat, sic etiam in voce *Περιαγειρόμενοι* Eratosthenis locum descripserat, sed non videtur illius nomen omisisse; unde mihi subnata suspicio est apud Photium ita olim scriptum fuisse: *λέγει γὰρ (Ἐρατοσθένης) ὅτι τὸ μὲν ἐξαρχῆς ἆθλα προὐτίθεσαν τοῖς ἀγωνιζομένοις κτἑ.* pro vulgata: *λέγεται γὰρ ὅτι τὸ μὲν ἐξαρχῆς κτἑ.*

De iis qui cibo vinoque ingurgitati dormiunt scribens Clemens p. 186 Sylb. (219 Pott.) haec verba posuit: *ἐρυγαὶ δὲ οἰνοβαρούντων καὶ τῶν ἀποσεσαγμένων ταῖς τροφαῖς οἱ ῥωχμοὶ καὶ τὸ βέγχειν τοῖς σρώμασιν ἐνειλημμένον γασέρων τε σενοχωρουμένων βορβορυγμοὶ τὸ διορατικὸν τῆς ψυχῆς κατέχωσαν ὄμμα.* Tralaticium vitium vides in *ἐνειλημμένον*. Exemta altera labiali rescribe *ἐνειλημένον* ac scito scribis solemne esse sic depravare verborum *ἐνειλεῖν* et *κατειλεῖν* et *περιειλεῖν* formas perfecti passivi, ut *ἐνείλημμαι* scribant et *κατείλημμαι* et *περιείλημμαι*. Pervulgati erroris duo tantum exempla proferam ex Polluce, ubi Bekkerus edidit IV. 154: *μίτρᾳ ποικίλῃ τὴν κεφαλὴν κατείληπται*, et IV. 191. *ἔσωθεν μυξώδει σαρκὶ κατειλημμένον* pro *κατείληται* et *κατειλημένον*.

Digitized by Google

Scitum Clementis dictum e Platonis imitatione natum scribae obscurarunt p. 5 Sylb. (13 Pott.): *τὰ σύμβολα τῆς μυήσεως ταύτης — οἶδ' ὅτι κινήσει γέλωτα κἂν μὴ γελάσαι ἔπεισιν ὑμῖν.* Haec est librorum Clementis depravata scriptura. Ipsa Clementis manus apud Eusebium servata est, *κινήσει γέλωτα καὶ μὴ γελασείουσιν ὑμῖν.* Imitatur Clemens locum Platonis in Phaedone p. 64 B. *καὶ ὁ Σιμμίας γελάσας Νὴ τὸν Δία, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐ πάνυ γέ με νῦν γελασείοντα ἐποίησας γελάσαι.*

Violatur Graecitas apud Clementem p. 9 Sylb. (28 Pott.) in his: *εἰς ὅσον διελήλακεν ἀσελγείας ὁ Ζεὺς ἐκεῖνος.* Quemadmodum Graeci omnes dicebant *εἰς τοσοῦτον ἀφίκετο, ἦλθεν, ἦκεν ἀσελγείας, ἀναισχυντίας*, similiaque, sic omnes in ea re usurpabant verbum *ἐλαύνειν*, sed nemo umquam *διελαύνειν* sic posuit. Mendum lenissima correctione tolli potest rescribendo *εἰς ὅσον δὴ ἐλήλακεν.*

Celebratum Demosthenis locum scite adhibuit Clemens quum scriberet p. 16 Sylb. (48 Pott.) *τὸν Μακεδόνα τὸν ἐκ Πέλλης τὸν Ἀμύντορος Φίλιππον ἐν Κυνοσάργει νομοθετοῦντες προσκυνεῖν τὸν τὴν κλεῖν κατεαγότα καὶ τὸ σκέλος πεπηρωμένον, ὃς ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμόν.* Sumta haec sunt ex oratione *περὶ τοῦ στεφάνου* § 67. (p. 247, 11): *ἑώρων δ' αὐτὸν τὸν Φίλιππον, πρὸς ὃν ἦν ἡμῖν ὁ ἀγών, ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυνασείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον κτέ.* de quo loco confer Gellium in N. A. II. 27. Turpe est apud Clementem nondum esse emendatum vitium *τὸν Ἀμύντορος Φίλιππον* pro *τὸν Ἀμύντου.*

Mendosa sunt quae Clemens p. 21 Sylb. (61 Pott.) de Xenophonte scripsit: *Ξενοφῶν δὲ ὁ Ἀθηναῖος διαρρήδην ἂν καὶ αὐτὸς περὶ τῆς ἀληθείας ἀναγράφει τι μαρτυρῶν ὡς Σωκράτης, εἰ μὴ τὸ Σωκράτους ἐδεδίει φάρμακον.* Requiritur *διαρρήδην ἂν καὶ αὐτὸς περὶ τῆς ἀληθείας ἐγεγράφει, diserte scripsisset.* Plusquamperfecto enim est opus neque verbo composito *ἀναγράφειν* locus est. Quae continuo velut Xenophontea a

Digitized by Google

Clemente afferuntur partim exstant in Memorab. IV. III. 14: *ἐννόει δ' ὅτι καὶ ὁ πᾶσι φανερὸς δοκῶν εἶναι ἥλιος οὐκ ἐπιτρέπει τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτὸν ἀκριβῶς ὁρᾶν ἀλλ' ἐάν τις αὐτὸν ἀναιδῶς ἐγχειρεῖ θεᾶσθαι τὴν ὄψιν ἀφαιρεῖται*, ubi pro *ὁ πᾶσι φανερὸς δοκῶν εἶναι ἥλιος* verum et genuinum esse arbitror quod apud Clementem scrvatum est: *ὁ παμφαὴς δοκῶν εἶναι ἥλιος*. Quod autem ea *παρὰ τῆς τῶν Ἑβραίων προφήτιδος* (Sibylla) sumsisse Xenophontem Clemens confidenter affirmat, quae ita cecinerit:

ἀλλ' οὐδ' ἀκτίνων κατεναντιον ἠελίοιο
ἄνθρωποι σῆναι δυνατοὶ θνητοὶ γεγαῶτες

referendum est ad ea commenta ac deliramenta theologorum, quae sanior aetas sine risu audire non potest.

Lepidus error est, in quem se scribae implicuerunt apud Clementem p. 27 Sylb. (77 Pott.): *ἄγαμαι τοίνυν τὸν θεῖον σοφιστὴν, Θεόκριτος ὄνομα αὐτῷ· μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἐπισκώπτων ὁ Θεόκριτος τὰς δόξας τὰς κενὰς τῶν ἀνθρώπων ἃς εἶχον περὶ θεῶν, πρὸς τοὺς πολίτας, Ἄνδρες, εἶπεν, θαρρεῖτε ἄχρι ἂν ὁρᾶτε τοὺς θεοὺς πρότερον τῶν ἀνθρώπων ἀποθνήσκοντας.* Quid causae esse dices cur Clemens Theocritum dicacem magis quam bonum virum *θεῖον σοφιστὴν* appellaverit? Absurdum est *divinum* sophistam Theocritum dicere. Quid multa? In ΘΕΙΟΝ latet ΧΕΙΟΝ, id est *τὸν Χῖον σοφιστήν*, ut Theocritus appellatur ab omnibus. Caeterum impeditissima loci Clementini compositio est quam sic expediveris ut rescribas: *Θεόκριτος ὄνομα αὐτῷ, (ὃς) μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἐπισκώπτων τὰς δόξας τὰς κενὰς τῶν ἀνθρώπων κτἑ.*

Quemadmodum Theocritum dixit *τὸν Χῖον σοφιστήν*, sic Prodicum Clemens appellat pag. 87 Sylb. (236 Pott.) *τὸν Κεῖον σοφιστήν* in his: *ταύτῃ καὶ τὸν Κεῖον ἀποδέχομαι σοφιστὴν τὰς οἰκείας καὶ καταλλήλους Ἀρετῆς καὶ Κακίας εἰκόνας ὑπογράφοντα.*

Ludificatur nos vetus sigla male a librariis accepta apud Clementem p. 16 Sylb. (48 Pott.) in his: *τί με δεῖ καταλέγειν Ἀλέξαρχον; γραμματικὸς οὗτος τὴν ἐπιστήμην γεγονὼς αὐτὸν κατεσχημάτιζεν εἰς Ἥλιον.* Difficile est excogitare quo

Digitized by Google

cultu ornatuque homo stolidus id assecutus fuerit ut *Solem* referre videretur. Vera lectio est: *αὐτὸν κατεσχημάτιζεν εἰς Ἀπόλλωνα*. Quae causa sit cur *ἥλιος* et *Ἀπόλλων* tam saepe inter se confundantur ostendi in Praefatione *Variarum Lectionum* p. XVI et XVII.

Emendate scriptus locus Clementis prodesse poterit ad emendandum eiusdem locum vitiosum. Recte et ordine scriptum est p. 20 Sylb. (58 Pott.): *ἀθεότητα τὴν πρὸς τῶν δοκησισόφων δὴ τούτων καταγγελλομένην*, sed mendose p. 135 Sylb. (370 Pott.) *σοφοὺς δὲ αὐτοὺς λέγουσα ἡ γραφὴ οὐ τοὺς ὄντως σοφοὺς διαβάλλει, ἀλλὰ τοὺς δοκήσει σοφούς*. Dubitasne quin *δοκησισόφους* genuinum sit? *Δοκησίσοφος* ab Aristophane sumtum (*Pac.* 44.) saepius usurpavit Clemens. Similiter formata sunt *δοκησίνους* et *δοκησιδέξιος*. In Clementis quoque libris passim I et ΕΙ inter se permiscentur et confunduntur *μέτιμεν* et *μέτειμεν*, *ἐτίων* et *ἐτείων*, *πίσμα* et *πεῖσμα*, *ἀνδρίκελα* et *ἀνδρείκελα*, *μαυσώλια* et *μαυσώλεια*, et passim *καθάριος* et *καθάρειος*, *καθαριότης* et *καθαρείοτης*, in quibus omnibus utra scriptura vera sit dubitatio nulla esse potest.

Clemens quamquam perdoctus homo est et pererudito sermone utitur tamen aetatis et popularium vitio non abstinet verbis formisque plebeiis et corruptis qualibus illo tempore unusquisque de populo utebatur. Dabo pauca quaedam exempla. Pag. 11 Sylb. (34 Pott.) dedit: *Αἰγύπτιοι κατὰ τὰς θρησκείας τὰς σφῶν ἐσκέδανται*. Nihili forma est *ἐσκέδανται*, ut vides, nam *σκεδάννυμι* apud omnes habet *ἐσκέδασμαι*, *κατεσκέδασμαι*, non *ἐσκέδαμαι*, quam formam pariter analogia respuit et usus. Eiusdemmodi est quod dedit p. 28 Sylb. (80 Pott.) *γεώργει εἰ γεωργὸς εἶ καὶ πλῆθι ὁ τῆς ναυτιλίας ἐρῶν*. Vitiosissimum est *πλῆθι* pro *πλεῖ* positum ut *ζῆθι* pro *ζῇ*. Gravis est Clementis error p. 69 Sylb. (188 Pott.) in verbis: *ἐρρέτων τοίνυν Θηρίκλειοί τινες κύλικες καὶ Ἀντιγονίδες*, namque *ἐρρέτων* ne Graecum quidem est pro *ἐρρόντων*. Ex ore popularium sumsit formas futuri temporis, quales sunt *γνωρίσω*, *θερίσομεν*, *σοφίσονται*, *ἐκκαλέσεται*, simi-

Digitized by Google

lesque complures. Plebeiae sunt apud eum formae aoristorum κατέλειψα pro κατέλιπον, ἐπάξαι pro ἐπαγαγεῖν, aliaeque id genus veteribus inauditae. Ridiculum est quod legitur p. 20 Sylb. (59 Pott.) ἐν τῷ βάθει τοῦ νοῦ [καὶ τοῦ νοὸς] αὐτοῦ. Faex Graeculorum coepit dicere νοῦς, νοός, νοί, ut βοῦς, βοός, βοί. Itaque nunc quidem culpa est in eos transferenda qui veteres libros interpolarunt. Idem quum necessario saepe alibi factum sit diligenter ubique cavendum ne Clementi imputes quae scribae peccaverunt, cuius rei unum exemplum expromam in uno eodemque verbo variis modis inter scribarum manus inquinato. Editur p. 5 Sylb. (14 Pott.) ὑπὸ τὸν παχὺν ὑπέδυον, sed ὑπέδυον nihil est, dederat Clemens aoristum ὑπέδυν. Simile mendum est p. 99 Sylb. (270 Pott.) in verbis ἄλλος ἄλλοθεν παρεισδύοντες, ubi inserta litterula corrigendum παρεισδύνοντες. Quis enim nescit eodem sensu δύομαι et δύνω cum compositis omnibus promiscue poni solita apud sequiores quum olim δύνω cum compositis pro δύομαι solis Ionibus esset in usu? Alio modo peccatum est p. 96 Sylb. (262 Pott.): ἡγοῦνται γὰρ καθάπερ ὄφις τῆς κεφαλῆς ἀπεκδύσασθαι τὸ γῆρας, namque etiamsi Clemens non abstinuit forma plebeia δύσασθαι pro δῦναι, hoc quidem loco res ipsa clamat *futurum* ἀπεκδύσεσθαι a Clementis manu profectum. Addo locum ex epistola Paulina ad Ephesios IV. 26 laudatum a Clemente p. 113 Sylb. (308 Pott.): ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. Si fieri non potest ut ὁ ἥλιος δύει, καταδύει, ἐπιδύει umquam Graecis usitata fuisse credamus, superest ut mendum tralaticium tralaticio remedio tollamus rescribentes ἐπιδυνέτω.

C. G. Cobet.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CRITICAE

AD

THEMISTII ORATIONES.

(Continuantur e Mnemosyne Vol. XI. p. 266.)

Vidimus supra ad p. 10 A. ἐξερεῖν et ἐξευρεῖν inter se confundi. Idem error iterum in libris commissus est p. 110 D. in verbis: σφόδρα ἂν ἀπίστους νομίσαι τοὺς ἐξευρόντας τὰ μεταξὺ συμβεβηκότα. Pro ἐξευρόντας ferebatur alia lectio ἐξαίροντας, quae perinde absurda est. Veram scripturam reperit Iacobsius, quae est ἐξεροῦντας, *eos* qui narrarent *sibi quae interea accidissent*. Nemo Veterum in tali re futurum posuisset, sed Themistius et aequales talia non sentiebant et credebant percommode dici posse, σφόδρ' ἂν ἀπίστους νομίσειέ τις τοὺς ἐξεροῦντας, pro εἴ τινες ἐξείποιεν, sive διηγήσαιντο, τὰ μεταξὺ συμβεβηκότα.

Inconsultam Agamemnonis iram commemorans p. 111 D. ita scribit: τοιγαροῦν ἤσθετο οὐκ εἰς μακρὰν ὁ γεννάδας ἐπὶ πολλῶν χαλεπήνας. Nihil significat ἐπὶ πολλῶν hoc loco. Themistius dederat ἐπὶ πολλῷ *magno constitisse* Agamemnoni eam rem significans, ut apud Demosthenem est p. 13, 22: δέδοικα — μὴ ἐπὶ πολλῷ Φανῶμεν ἐρραθυμηκότες, et p. 103, 1: δέδοιχ' ὅπως μήποθ' ἡγήσησθε ἐπὶ πολλῷ γεγενῆσθαι.

Improprie, ut multa alia, dixit Themistius p. 112 A. ᾧ σὺ καλῶς ποιῶν τὸν χαλινὸν ἐπέθηκας. Ex ipsa enim rei natura dicitur Latine *imponere iugum* sed *frenum iniicere*, et Graece ἐπιθεῖναι τὸ ζυγόν et τὸν χαλινὸν ἐμβαλεῖν, ut apud Anacreontem:

Digitized by Google

ἴσθι τοι, καλῶς μὲν ἄν σοι τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι
ἡνίας δ' ἔχων σρέφοιμί σ' ἀμφὶ τέρματα δρόμου,

et passim apud alios.

Pusillus error magnam caliginem offundit verbis Themistii p. 112 D. *ἅπαντες γὰρ οἱ παρ' ὑμῶν κομιζόμενοι τὰς δωρεὰς ἢ κέκτηνται γῆν καλῶς πονοῦντες ἢ κτήσονται.* Proba lectio est *καλῶς ποιοῦντες*. Interponunt haec verba qui quid *factum* esse *probant* et *facto gaudent*, ut paulo ante p. 112 A. *ᾧ σὺ καλῶς ποιῶν τὸν χαλινὸν ἐπέβηκας.* Addam alia quaedam ex Themistio exempla: p. 3. a. *ἀλλ' ἐπειδὴ εὖ ποιῶν ὁ λόγος εἰκόνι προσαρμίσατο.* 99 D. *ἦν οἱ θεοὶ καλῶς ποιοῦντες ἔτρεψαν αὐτῷ παραχρῆμα εἰς τὴν κεφαλήν.* p. 210 D. *συμπανηγυρίζουσιν ἡμῖν τὴν τοῦ στρατηγοῦ πανήγυριν, ὑφ' οὗ καλῶς ποιοῦντες ἐάλωσαν.* p. 223 B. *πᾶσαι γάρ μοι ἐκλέλυνται (αἱ ἡδοναὶ) καλῶς ποιοῦσαι.* p. 229 A. *πεπίσευκε γὰρ εὖ ποιῶν τῷ λόγῳ τοῦ Ἀσσυρίου.* p. 254 B. *ἀλλ' εὖ δὴ ποιῶν ὁ λόγος μεταβέβηκεν ἐφ' ἕτερον τῶν γνωρισμάτων*, et sic optimus quisque Veterum et imprimis Demosthenes saepe loquitur.

Prudenter admodum et scite dixit Themistius p. 112 B. de reditibus et sumtibus publicis, et laudat Principis parcimoniam ea paucis gratificari et largiri nolentis quae multis extorqueri prius debeant. Eleganter et vere dixit: *οὐ γὰρ ἔνεσιν ἀφειδέσερον δαπανᾶν ἄνευ τοῦ συναγαγεῖν ἀδικώτερον*, et post pauca: *ὁ γὰρ κύκλος εἰς ἑαυτὸν οὗτος περίεισι καὶ ὥσπερ τὰς νεφέλας φασὶν ἑλκούσας τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς γῆς αὖθις τῇ γῇ χορηγεῖν ὅσον εἵλκυσαν, οὕτω καὶ τοὺς βασιλέας ὁρῶμεν εἰς οὓς προΐενται παρ' ἐκείνων καὶ ἐρανίζοντας.* Deinde summam rei paucis complectitur p. 112 D. in quo loco scripturae mendum inest. Editur: *τὸ τοίνυν κεφάλαιον τοῦ λόγου τοῦτό ἐσιν, ὅτι ὅσῳπερ ἂν ἐλάττω προσάγηται βασιλεὺς τοσούτῳ πλείω δωρεῖται.* Illa verba recte intelligi non possunt. *Προσάγεσθαι* quid sibi velit in tali re nemo dicet. In re tam perspicua quid dicere debuerit Themistius facile est ad intelligendum, nempe hoc: *regem quo minores* sumtus faciat *eo plura largiri*, nempe quoscumque sumtus facit pecuniam erogat publicam quam conferebant omnes, et quam pecuniam rex *non exigit*

Digitized by Google

eam recte dicitur *donare* aut *largiri* iis, qui conferre debuissent. Iam igitur apparet quid in προσάγηται lateat. *Sumtus facere* appellatur aut δαπανᾶν aut προῖεσθαι, ut in iis locis quae supra adscripsimus, et iterum p. 112 B. προῖεσθαι ἐκ τῶν ταμιείων οὐχ οἷόν τε ἐςὶ μὴ πρότερον εἰσενεγκόντας, igitur pro προσάγηται Themistius dederat προΐηται, ὅσῳπερ ἂν ἐλάττω προΐηται, τοσούτῳ πλείω δωρεῖται, in quibus verbis non illepidus lusus inest.

Quod dicit p. 113 B: ἐγείρει πόλεμον ἀκραιφνῆ καὶ σιτούμενον οὐχ ὡρισμένα, sumsit ab Archidamo, cuius dictum saepe laudavit Plutarchus, veluti in vita *Crassi* cap. 3: ὁ γὰρ πόλεμος οὐ τεταγμένα σιτεῖται κατὰ τὸν Ἀρχίλοχον, unde corrigendum idem dictum apud Plutarchum in *Apophth. Lacon.* p. 219 A: ὁ πόλεμος, ἔφη, οὐ τεταγμένα ζητεῖ, imo vero οὐ τεταγμένα σιτεῖται. cf. p. 190 A. Praeterea emenda κατὰ τὸν Ἀρχίδαμον pro κατὰ τὸν Ἀρχίλοχον, cf. Plut. in *Cleomene* cap. 27: λέγεται δὲ καὶ Ἀρχίδαμος ὁ παλαιὸς ὑπὸ τὴν ἀρχὴν τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου κελευόντων εἰσφορὰς τάξαι τῶν συμμάχων αὐτὸν εἰπεῖν ὡς ὁ πόλεμος οὐ τεταγμένα σιτεῖται.

Post pauca celebratum Aristophanis versiculum ex *Equitibus* Themistius usurpavit p. 113 D. ἐρέτην δὲ ἔφη δεῖν ἡ κωμῳδία πρῶτα γενέσθαι πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν. Ubi caput Marii filii ad Syllam relatum est αὐτὴν ὁ Σύλλας ἐν ἀγορᾷ μέσῃ πρὸ τῶν ἐμβόλων θέμενος ἐπιγελάσαι λέγεται τῇ νεότητι καὶ εἰπεῖν· Ἐρέτην δεῖ πρῶτα γενέσθαι πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν, ut scribit Appianus *de Bell. Civil.* I. 94.

Improprie et negligenter locutus est Themistius p. 114 A. quum diceret: ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα ἀνῆλθες. Nemo Graecorum in ea re utitur verbis ἀνέρχομαι et κατέρχομαι, sed constanti omnium usu ponitur ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ βῆμα et καταβαίνειν ἀπὸ τοῦ βήματος aut simpliciter καταβαίνειν et ἀναβαίνειν, ut in notissimo κατάβα, κατάβα, quo ei qui minus placeret obstrepebant. In caeteris Themistii locis recte legi-

Digitized by Google

tur ἀναβαίνειν, veluti p. 45 D. ἀναβὰς ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν τοῦτο βῆμα, et p. 108 B. ἀναβάντα ἐφ' ὑψηλὸν βῆμα, et p. 320 D. ἀναβῆναι ἐπὶ βῆμα ὑψηλὸν καὶ ἀνειπεῖν ὥσπερ θεὸν ἐκ τραγικῆς μηχανῆς. Ἀνέρχομαι in ea re nemo dixit, sed παρέρχομαι et πάροδος et ποιεῖσθαι πάροδον omnium Atticorum usu tritum est ut apud Demosthenem in Olynth. I. p. 11, 11 ὅτε — παρῆσαν Ἀμφιπολιτῶν Ἱέραξ καὶ Στρατοκλῆς ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα, ubi παρῆσαν verum esse docuimus in *Var. Lectt.* p. 33. Aeschines in *Ctesiph.* p. 74, 19: παριὼν ἐπὶ τὸ βῆμα πρεσβεύσειν ἔφη ὅποι ἂν αὐτῷ δοκῇ. Hinc πάροδος et πάροδον ποιεῖσθαι et παρόδου τυχεῖν et ὁ μέχρι τῆς παρόδου δημοτικός apud Demosthenem p. 1481, 15.

Gravius etiam impegit Themistius p. 114 D. καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδαμῶς ἴσον μισθοφορεῖν μὲν ὑπὲρ τοῦ κρατεῖν τῶν πολεμίων, τῶν ἄθλων δὲ μὴ κοινωνεῖν τοὺς μισθοδότας, namque ex reliqua parte loci manifestum est μισθοφορεῖν dictum esse pro *conferre stipendium*, quum olim id significaret apud omnes quod ex ipsa natura sequitur, nempe *stipendium merere*, aut omnino *mercedem e publico accipere*. Incaute Themistius secutus est analogiam verborum δασμοφορεῖν, δωροφορεῖν similiumque.

Scribarum vitio ineptire videtur Themistius p. 115 B. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀειθαλὲς τῶν ἀπὸ τῆς γῆς φυομένων οὐδὲ οὕτω πρὸς τὸν χρόνον παρατεινόμενον ὡς δόξα ἀγαθὴ [καὶ αἰώνιος]. Duo ultima verba sine mora expungenda sunt. Num tu putas Themistium dicere potuisse: *nihil tam diu durat quam quod aeternum est?* Videtur adscripsisse aliquis in ora libri δόξα ἀγαθὴ αἰώνιος, et sic αἰώνιος cum copula irrepsisse in textum.

Necessarium verbum requiro p. 115 C: οὐδὲν γὰρ τῷ πάσχοντι κακῶς τὸ Σκύθην ἢ Ῥωμαῖον εἶναι τὸν ἀδικοῦντα. Insere post πάσχοντι κακῶς verbum διαφέρει et omnia rectissime procedent.

Eliminanda vocalis est p. 117 A. e verbis πάντα ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις, scribendumque πάντ' ἐφορᾷς. Quam pu-

Digitized by Google

sillum hoc est, inquies, et notatu indignum, sed memento Homeri haec verba esse de sole posita:

ἡέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

In iis quae post pauca sequuntur p. 117 B. interpunctio corrigenda est in hunc modum: χρυσίον μὲν γὰρ τοσοῦτον δοὺς οὐκ ἔσομαι, ἔφη, πενέστερος. Sumsit hanc historiolam Themistius a Plutarcho in *Regum et Imperat. Apophth.* p. 173 E. sed nonnulla commentus de suo est ut eam argumento suo accommodaret. Plutarchi haec verba sunt: λαβέ, εἶπεν, ὦ Σατιβαρζάνη· ταῦτα μὲν γὰρ δοὺς οὐκ ἔσομαι πενέστερος, ἐκεῖνα δὲ πράξας ἀδικώτερος.

Non est sanum quod legitur p. 117 D. οὐκ εἰδότες ὅτι πᾶς ὁ λαχὼν ἀρχὴν μικρὰν εἰκόνα τῆς βασιλείας ὑποδύεται. Requiro enim ὁ ἄρχων ἀρχήν pro ὁ λαχών. Quis autem verbo λαγχάνειν locus est ubi agitur de potestate, quam princeps suo arbitratu *mandat* cui videtur, siquidem (ut continuo praecedit) τῶν πόλεων ἐπιτρέπειν τὰς ἡνίας τοῖς τυχοῦσι πρᾶγμα οὐδὲν ὑπελάμβανον. Restat igitur ut dicatur: quicumque *gerit* magistratum, idque non alio modo Graece dicitur quam πᾶς ὁ ἄρχων ἀρχήν.

Ut saepe alibi excidit vocula ἄν p. 118 C. ὧν δίχα τοῖς ὑπηκόοις οὐδεμία γένοιτο αἴσθησις, ubi scribe οὐδεμί' ἂν γένοιτο.

Tralaticio errore scribitur p. 119 A. τῶν ὑπ' ἐκείνου προστεταγμένων pro προτεταγμένων.

Pessimam lectionem in textum admisit Dindorfius p. 121 A. τρέφει σε οὐκ ἐν θαλάμοις κατακοιμίζων οὐδ' ἐν δημῷ προβάτων καὶ μυελῷ. Credidit fortasse ἐν δημῷ τρέφεσθαι recte dici, ut ζῆν ἐν πᾶσι λαγῴοις et sim. Revocanda est statim vulgata lectio οὐδὲ δημῷ προβάτων.

Turpis librariorum error percommode tolli potest p. 123 C. οὐδὲ ὄψα ἀποτεμῶ καὶ οἶνον ἐφέξω· ἀλλ' αὔξου, φησὶ παρ' ἐμοῦ τῷ νέκταρι καὶ τῇ ἀμβροσίᾳ. Pro αὔξου in Ambrosiano

Digitized by Google

est αβρᾶ. In corruptis syllabis latet ἀλλὰ τραφήσει παρ' ἐμοῦ, quae perplexius scripta oscitantem librarium in fraudem impulerunt. Scribitur τρ uno nexu sic ut ξ esse videatur. Τραφῆναι παρά τινος pro ὑπό τινος Themistio, Iuliano et aequalibus solemne est. Dixisse Themistium τραφήσει, non τραφήσῃ, alio loco de industria ostendam.

Confusa sunt καί et πρός p. 124 C. τοῖς μὲν γὰρ πρὸς ἰδιώτην χρησὸν ἦ, εἴπερ ἄρα, καὶ στρατηγὸν ἡ ἐξέτασις, σοὶ δὲ πρὸς αὐτοκράτορας τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Apparet corrigendum esse ἦ, εἴπερ ἄρα, πρὸς στρατηγόν.

Tu ad imperium pervenisti, inquit, p. 125 A. αὐτῶν πρῶτον χειροτονούντων ὅσοις εἰκὸς ἦν ἀμφισβητεῖν. Pro ὅσοις sententia loci requirit: οὕς σοι εἰκὸς ἦν ἀμφισβητεῖν.

Vitium inest p. 130 A. in verbis σὺ δὲ προσκαλεῖς τοὺς φιλοσόφους, namque sententia loci postulat ut προσκαλεῖ scribatur, ut p. 143 B. προσκαλεῖται δὲ ἐκείνην μόνην ἧς ἐπίσταται τὸ ψεῦδος πορρωτάτω ἀπῳκισμένην, et passim alibi. Saepe fit ut scribae secundae personae formas Atticas in —ΘΙ exeuntes in —εῖς refingant ποιεῖς scribentes pro ποιεῖ, et similia, cuius rei complura exempla in *Variis* et *Novis Lectt.* protulimus.

Tralaticius scribarum error p. 131 B. confudit ἀλλήλους et ἄλλους in his verbis: ᾧ ἀδύνατος ἡ πρὸς ἑαυτὸν ἐκεχειρία σχολῇ ποτ' ἂν οὗτος τὰς πρὸς ἀλλήλους σπονδὰς ἀγαπήσειεν. Estne multis verbis opus ut appareat πρὸς ἄλλους unice verum esse?

Manifestum mendum tenemus p. 132 D. in verbis: τῆς Ξέρξου σχεδίας, ἐφ' ἧς διεβίβασε σὺν τῇ στρατιᾷ τὸν Ἑλλήσποντον, φαίνεται ἀμείνων ἡ μία ναῦς κτέ. Nempe διεβίβασε pro διέβη dici non potest, transitivum pro intransitivo. Legendum arbitror διεβίβασε τὴν στρατιὰν τὸν Ἑλλήσποντον. Scribebatur de more διεβίβασεν τὴν στρατίαν, unde σὺν natum est et accusativus in dativum abiit.

Digitized by Google

Optimam correctionem sprevit Dindorfius, qui tot infelices correctiunculas recepit, p. 133 A. φιλοσοφίαν τὴν μόνην θείαν τε οὖσαν καὶ δίκαιον θυμὸν καταπραΰνειν. Rem acu tetigit Roulezius quum ea θείαν (ΘΙΑΝ) eliceret οἵαν τε οὖσαν, id est δυναμένην, quo nihil evidentius.

Proverbium, quo Themistius p. 134 C. usus est, scribae corruperunt. Editur: καίτοι γε προήγορον εἶχον οὐδετέρᾳ λητητόν, οὐδὲ ὥσπερ γλώττῃ βάρβαρον οὕτω δὲ καὶ τῇ διανοίᾳ. Emendandum est οὐ θατέρᾳ λητητόν pro οὐδετέρᾳ, sic enim appellabant hominem sollertem et versutum, quem non facile dolo circumvenias, et omnino quidquid non nisi multa cura et labore conficitur οὐ τῇ ἑτέρᾳ vel θατέρᾳ λητητόν dicitur. Sic Themistius ipse locutus est p. 69 B. μηδὲ ἀνιδρωτὶ λαμβάνεσθαι αὐτῆς οἷόν τε καὶ τῇ ἑτέρᾳ. Sumserunt et alii multi (de quibus vide Kuhnium in Indice Aeliani v. Ἕτερος et Wyttenbachium ad Eunapium p. 58) et Themistius a Platone Sophist. p. 226 A. ποικίλον εἶναι τοῦτο τὸ θηρίον καὶ τὰ λεγόμενα οὐ τῇ ἑτέρᾳ λητητέον, ubi corrigendum esse monuimus οὐ θατέρᾳ λητητέον. Quam saepe in hac locutione turbent librarii multis exemplis Kuhnius et Wyttenbachius ll. ll. docuerunt. Λητητέον pro λητητόν perperam scriptum est apud Suidam v. Ἐκκαιδεκάτη in loco Synesii: τὸ γὰρ ἐπὶ ἡμῖν ἡ ἀλήθεια πᾶσα ἐκκαιδεκάτη — οὐδὲ θήρᾳ λητητέον. Pro ἐπὶ Kuhnius ἐπτὰ rectissime reposuit, sed eadem opera λητητέον pro λητητόν repositum oportuerat.

Constantius p. 135 D. τὰ Σαλλουστίου τὰ μὲν ἐπιδεικτικὰ ἐκ πολλῶν, τὰ δὲ ἱστορικὰ κατατετιλμένα. Dici non possunt castella et munimenta longe usu detrita κατατετιλμένα, ut calvi aut vestimenta, quamobrem corrige κατατετιμημένα dirutis et refectoria πάλαια. Sic ea Constantius ἀναστήσαι potuit.

Videbant olim barbari ad Istrum p. 136 B. τὰ Ῥωμαίων διατρυπήσαι τὰ δοῦλα ἵνα ἐν γεφύρᾳ κείμενα ἢ καθ' ὁδὸν τὰ ἁμάξια. Elapsa est necessaria vocula διατρυπῆσαι ἐκ τοῦ δοῦλα. Praeverbium Al sequens ἐκ absorbuit.

Digitized by Google

Quod continuo sequitur *ταῦτα δὲ τὰ φρούρια κατερρυηκότα* (*ἑώρων*), manifesto mendosum est pro *αὐτὰ δὲ τὰ φρούρια*. Militum, qui in praesidio erant, numerus semper decrescebat, *ipsa* castella erant collapsa.

Barbari igitur, ut continuo addit, *οὐκ ἀπεικότως ἐφρόνουν ἑαυτοὺς εἶναι ἀμείνονας τῶν ἐκδρομῶν*, ubi suspicor mutato accentu *ἐκδρόμων* scribi oportere. *Οἱ ἔκδρομοι* sunt *praesidiarii milites εἰς τὸ ἐκτρέχειν τεταγμένοι*, et sumtum a Themistio est id vocabulum ex Thucydide IV. 125 *ἐκδρόμους δέ, εἴ πῃ προσβάλλοιεν αὐτοῖς, ἔταξε τοὺς νεωτάτους.*

Istri paludes dicuntur p. 137 A. sinum facere *εἰσέχοντα ἐπιπολὺ τῆς ἠπείρου οὔτε ναυσὶν ὄντα πλωτὸν οὔτε βατὸν πορευσίμοις*. Nihili est *πορευσίμοις*, pro quo *πορευομένοις* restituendum. Post pauca eodem modo dicit: *μήτε πλεῖν μήτε βαδίζειν συγχωροῦντος αὐτοῖς τοῦ τενάγους.*

Exime molestam literulam p. 137 B. *ἐξευρὼν τῆς γῆς λεπτὴν ταινίαν ἐς τὸ τέναγος προσιοῦσαν καὶ τελευτῶσαν εἰς ὄχθον ὑψηλόν*, imo vero *προϊοῦσαν procurrentem.*

Ridiculo errore legitur apud Themistium p. 138 B. *οἶδε γὰρ βασιλεὺς ὡς ἐκεῖνοι μάλιστα ἀληθεύουσιν ὅσοι μάλιστά εἰσι πρὸς τὸν πόλεμον ἠὐτρεπισμένοι*, quod tam ineptum est ac si quis diceret: *si vis* vera dicere *para bellum*. Res ipsa clamat pro *vera dicunt*, *ἀληθεύουσιν*, reponendum esse *pacem agunt*, *εἰρηνεύουσιν*.

Intercidit vocabulum ad sententiam necessarium p. 139 C. *οὐκ ἤνεγκαν τὴν προβολὴν τοῦ βασιλέως, ἣν προβαλλόμενος ἐν τρισὶν ὅλοις ἐνιαυτοῖς ἀπειπεῖν ἠνάγκασε τοὺς δειλαίους.* Supplendum videtur *ἐν τρισὶν (οὐδ') ὅλοις ἐνιαυτοῖς*: sic enim loqui solent qui *celerius opinione* rem magnam et arduam confectam esse narrant. Polybius I. 1. *ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην οὐχ ὅλοις πεντήκοντα καὶ τρισὶν ἔτεσιν ὑπὸ μίαν ἀρχὴν ἔπεσε τὴν Ῥωμαίων.* Sic quidem Bekkerus edidit. Heyse in Palimpsesto Vaticano legit *ἐν οὐχ ὅλως πεντή-*

Digitized by Google

κοντα. Verum est ἐν οὐχ ὅλοις. Euphro Comicus apud Athen. p. 379 D:

ἄπει γεγονὼς μάγειρος ἐκ τῆς οἰκίας
ἐν οὐχ ὅλοις δέκα μησί.

et Damoxenus ibid. p. 101 F.

ἐν δύ' ἔτεσιν καὶ μησὶν οὐχ ὅλοις δέκα
τάλαντ' ἐγώ σοι κατεπύκνωσα τέτταρα.

Omissa in talibus negatio perlongum temporis spatium denotat, ut apud Themistium p. 298 B. ἤγαγον οὖν αὐτοῖς τὰ ἀγώγιμα — ὅσα παρ' ὑμῖν ἐνθένδε ἐπορισάμην ἐν εἴκοσιν ὅλοις ἐνιαυτοῖς.

Scipio Africani cognomen accepisse dicitur p. 140 B. ὅτι Καρχηδόνα ἀπειποῦσαν — εἰς ἕδαφος κατήρραξε καὶ ἠφάνισεν. Emendata scriptura est κατήραξε, namque ex ἀράττω compositum verbum est.

Pusillus error magnam caliginem offudit verbis Themistii p. 140 C. τίνα οὖν ἐπικαλεῖσθαι μάλιστα Γοτθικὸν προσήκει; δι' ὃν εἰσι Γότθοι καὶ σώζονται ἢ δι' ὃν σὺκέτ' ἂν ἦσαν εἰ προείλετο; Nempe de uno eodemque haec dicuntur qui servavit quum delere potuisset. Itaque legendum καὶ δι' ὅν pro ἢ δι' ὅν et interrogandi signum tollendum.

Scribae de more futurum post ὅπως in optativum converterunt p. 141 B. ἐοίκασι γὰρ ἅπαντες οὗτοι καθάπερ σώματος τῆς ἀρχῆς ὅπως μὲν τοῖς ἔξωθεν καλὸν φανήσεται προϊδεῖν, ὅπως δὲ καὶ ἔνδοθεν ὑγιαίνοι μὴ φροντίσαι. Legendum esse ὑγιανεῖ pro ὑγιαίνοι ipsa compositionis concinnitas demonstrat.

Scribarum dormitantium hallucinationes sunt, non incorruptae lectiones quae feruntur p. 142 A. οὐκ ἄν τις ἀξιώσειεν ὑπουργήσειν, et p. 210 A. (quem locum Dindorfius contulit): ἀναπείσας τὸν Τηριδάτην Νέρωνι τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπιτρέψειν. Nullo enim pacto fieri potuit ut ἀξιοῦν et ἀναπείθειν cum *futuro* coniungerentur. Reponendum est illic ex aliis libris ὑπουργεῖν, hic de coniectura ἐπιτρέψαι.

Digitized by Google

Peccavit Themistius quum scriberet p. 144 A. ἔοικεν ὁ ἀνὴρ νίκης μὲν φὴν εἶναι ἀκόρητος — τῶν δὲ φιλοσοφίας λόγων ἀκόρητος. Scilicet quod discrimen est inter *κορεῖν verrere* et *κορεννύναι satiare*, idem necessario est inter ἀκόρητος et ἄκορεσος, neque in ea re Veteres peccant. Ἀκόρητος est in noto loco Aristophanis Nub. 44:

εὐρωτιῶν, ἀκόρητος, εἰκῇ κείμενος.

ἀκόρεσος et alibi passim legitur et apud ipsum Themistium p. 304 A: ἀκορέσως ἔχοντες τῶν παλαιῶν λόγων. Legerat ἀκόρητος apud Homerum Themistius et inepte id arripuit quemadmodum dixit p. 90 D. οἰμωγῆς ἀκορεῖς. Vocabulum ἀκορής contra analogiam fictum est.

Vitiosa forma irrepsit apud Themistium p. 144 B. ἀλλὰ δυσχερανεῖ καὶ ἀχθεσθήσεται, scripserat enim ipse Atticorum exemplo καὶ ἀχθέσεται, quemadmodum p. 61 C. ἔτι οὖν ἀχθέσεται βασιλεύς. Sed scribae veterem formam Atticam olim populi usu exemtam vitiare solebant. ἀχθέσεται p. 61 Piersono debetur, nam in libris est sine sensu ἀχθήσεται. Composuit de more usum Veterum et sequiorum Moeris p. 21 Ἀχθέσεται Ἀττικῶς. ἀχθεσθήσεται Ἑλληνικῶς, quam formam recentiores Graeculi ex vetere aoristo ἠχθέσθην produxerunt. Quemadmodum antiqua et proba forma ἀχθέσομαι inter scribarum indoctas manus soleat in ἀχθήσομαι et ἀχθεσθήσομαι depravari etiam apud ipsos Atticos ostendimus in *Var. Lectt.* p. 136.

Facillimo negotio corrigi potest Themistii locus p. 148 A. perabsurdo mendo infectus: οὐδὲ τὰ βουλεύματα αὐτῶν (τῶν ἀνθρώπων λανθάνει τὸν θεόν) οὐδὲ τὰ ἐγχειρήματα οὐδὲ ὅσα νοητὰ οὐδὲ ὅσα μειρακιώδη. Non facile excogitabis quae sint ἐγχειρήματα νοητά. Ne literula quidem mutata ex OCANOHTA elicies ὅσ' ἀνόητα. Rectissime sic componuntur ἐγχειρήματα ἀνόητα et μειρακιώδη. Demonstrant huiusmodi pervetusta menda olim vocales elisas fuisse quas postea Graeculi de suo expleverunt.

Confusa sunt duo verba diversissima p. 149 B. αὐτὸς δὲ

Digitized by Google

κοντα. Verum est ἐν οὐχ ὅλοις. Euphro Comicus apud Athen. p. 379 D:

ἄπει γεγονὼς μάγειρος ἐκ τῆς οἰκίας
ἐν οὐχ ὅλοις δέκα μησί.

et Damoxenus ibid. p. 101 F.

ἐν δύ' ἔτεσιν καὶ μησὶν οὐχ ὅλοις δέκα
τάλαντ' ἐγώ σοι κατεπύκνωσα τέτταρα.

Omissa in talibus negatio perlongum temporis spatium denotat, ut apud Themistium p. 298 B. ἤγαγον οὖν αὐτοῖς τὰ ἀγώγιμα — ὅσα παρ' ὑμῖν ἐνθένδε ἐπορισάμην ἐν εἴκοσιν ὅλοις ἐνιαυτοῖς.

Scipio Africani cognomen accepisse dicitur p. 140 B. ὅτι Καρχηδόνα ἀπειποῦσαν — εἰς ἔδαφος κατήρραξε καὶ ἠφάνισεν. Emendata scriptura est κατήραξε, namque ex ἀράττω compositum verbum est.

Pusillus error magnam caliginem offudit verbis Themistii p. 140 C. τίνα οὖν ἐπικαλεῖσθαι μάλιστα Γοτθικὸν προσήκει; δι' ὃν εἰσι Γότθοι καὶ σώζονται ἢ δι' ὃν οὐκέτ' ἂν ἦσαν εἰ προείλετο; Nempe de uno eodemque haec dicuntur qui servavit quum delere potuisset. Itaque legendum καὶ δι' ὅν pro ἢ δι' ὅν et interrogandi signum tollendum.

Scribae de more futurum post ὅπως in optativum converterunt p. 141 B. ἐοίκασι γὰρ ἅπαντες οὗτοι καθάπερ σώματος τῆς ἀρχῆς ὅπως μὲν τοῖς ἔξωθεν καλὸν φανήσεται προϊδεῖν, ὅπως δὲ καὶ ἔνδοθεν ὑγιαίνοι μὴ φροντίσαι. Legendum esse ὑγιανεῖ pro ὑγιαίνοι ipsa compositionis concinnitas demonstrat.

Scribarum dormitantium hallucinationes sunt, non incorruptae lectiones, quae feruntur p. 142 A. οὐκ ἄν τις ἀξιώσειεν ὑπουργήσειν, et p. 210 A. (quem locum Dindorfius contulit): ἀναπείσας τὸν Τηριδάτην Νέρωνι τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπιτρέψειν. Nullo enim pacto fieri potuit ut ἀξιοῦν et ἀναπείθειν cum *futuro* coniungerentur. Reponendum est illic ex aliis libris ὑπουργεῖν, hic de coniectura ἐπιτρέψαι.

Digitized by Google

Peccavit Themistius quum scriberet p. 144 A. ἔοικεν ὁ ἀνὴρ νίκης μὲν φὴκ εἶναι ἀκόρητος — τῶν δὲ Φιλοσοφίας λόγων ἀκόρητος. Scilicet quod discrimen est inter κορεῖν *verrere* et κορεννύναι *saliare*, idem necessario est inter ἀκόρητος et ἀκόρεσος, neque in ea re Veteres peccant. Ἀκόρητος est in noto loco Aristophanis Nub. 44:

εὐρωτιῶν, ἀκόρητος, εἰκῇ κείμενος.

ἀκόρεσος et alibi passim legitur et apud ipsum Themistium p. 304 A: ἀκορέσως ἔχοντες τῶν παλαιῶν λόγων. Legerat ἀκόρητος apud Homerum Themistius et inepte id arripuit quemadmodum dixit p. 90 D. οἰμωγῆς ἀκορεῖς. Vocabulum ἀκορής contra analogiam fictum est.

Vitiosa forma irrepsit apud Themistium p. 144 B. ἀλλὰ δυσχεραν*εῖ* καὶ ἀχθεσθήσεται, scripserat enim ipse Atticorum exemplo καὶ ἀχθέσεται, quemadmodum p. 61 C. ἔτι αὖν ἀχθέσεται βασιλεύς. Sed scribae veterem formam Atticam olim populi usu exemtam vitiare solebant. ἀχθέσεται p. 61 Piersono debetur, nam in libris est sine sensu ἀχθήσεται. Composuit de more usum Veterum et sequiorum Moeris p. 21 Ἀχθέσεται Ἀττικῶς. ἀχθεσθήσεται Ἑλληνικῶς, quam formam recentiores Graeculi ex vetere aoristo ἠχθέσθην produxerunt. Quemadmodum antiqua et proba forma ἀχθέσομαι inter scribarum indoctas manus soleat in ἀχθήσομαι et ἀχθεσθήσομαι depravari etiam apud ipsos Atticos ostendimus in *Var. Lectt.* p. 136.

Facillimo negotio corrigi potest Themistii locus p. 148 A. perabsurdo mendo infectus: οὐδὲ τὰ βουλεύματα αὐτῶν (τῶν ἀνθρώπων λανθάνει τὸν θεόν) οὐδὲ τὰ ἐγχειρήματα οὐδὲ ὅσα νοητὰ οὐδὲ ὅσα μειρακιώδη. Non facile excogitabis quae sint ἐγχειρήματα νοητά. Ne literula quidem mutata ex OCANOHTA elicies ὅσ' ἀνόητα. Rectissime sic componuntur ἐγχειρήματα ἀνόητα et μειρακιώδη. Demonstrant huiusmodi pervetusta menda olim vocales elisas fuisse quas postea Graeculi de suo expleverunt.

Confusa sunt duo verba diversissima p. 149 B. αὐτὸς δὲ

Digitized by Google

τῷ Εὐφράτῃ ἐφορμᾷ καὶ τῷ Τίγρητι. Extra controversiam est ἐφορμεῖ pro ἐφορμᾷ restitui oportere. Quid inter utrumque verbum intersit notum est omnibus. Luculentum exemplum est apud Themistium p. 181 C. τῷ πλησίον αὐλίζεσθαι καὶ ἐφορμεῖν ἐνέκοψας (L. ἐξέκοψας) αὐτῶν τὴν αὐθάδειαν, ubi iterum optimus liber Ambrosianus ἐφορμᾶν obtulit, eodem iure spretum et abiectum a Dindorfio, quo supra ἐφορμεῖ pro ἐφορμᾷ revocavimus.

Vitiosa forma irrepsit p. 149 B. et alibi: ἡ φλὸξ ἡ ἄνωθεν — ὁ χαμόθεν κονιορτός. Veteres χαμᾶθεν dicebant ut θύραθεν. Sequiorum forma χαμόθεν, quae cum analogia pugnat, insinuavit sese nonnumquam in libros antiquorum, sed undique expellenda est.

Insigni errore scribitur p. 150 C. τῶν πόλεων ἑκάστη — συναυξάνεται. διάκειται δὲ καὶ τὰ τῆς φύσεως πάθη καὶ τὰς κατασεισθείσας ἤδη ὄψει ἐγηγερμένας. Certum vitium est in διάκειται. Aliquid vidit Iacobsius mutato accentu scribens διακεῖται: sed malum factum quod διακεῖμαι non est verbum Graecum. *Sanandi* verba ἰᾶσθαι, ἀκεῖσθαι, θεραπεύειν cum praepositione διά non componuntur. Itaque ἀκεῖται emendandum est, et δι- ex praecedente syllaba AI male adhaesit. Recte editur p. 174 A. ἀκεῖται δὲ καὶ βεβλημένους, et p. 197 A. τὰ τραύματα ἐξακέσεσθον ἃ τέτρωται, et antiqua futuri forma p. 293 A. ὅσα δέ μοι τὸ βαλάντιον ἔμελλε γεμιεῖν, οὐ τὸν λιμὸν ἀκεῖσθαι τῶν ἀνδραπόδων, et sic passim ἀκεῖσθαι aut proprie aut figurate apud omnes usurpari solet. Videmus Themistium promiscue utraque futuri forma utentem et antiqua ἀκεῖσθαι et novitia ἐξακέσεσθαι. Solet ferme sequi in talibus vitiosam aequalium συνήθειαν qui dicebant καλέσω et καλέσομαι, τελέσω, συντελέσω, διατελέσω, ἐλάσω, πετάσω, κεράσω similiaquè omnia Veteribus inaudita. Sic dixit p. 63 B. συντελέσων et p. 125 A. ἐκκαλέσεται iterumque p. 204 A, et p. 126 B. ἀμφιέσῃ, et p. 239 A. ἐξελάσειν, et p. 340 B. κεράσουσι, similiaque istis alibi.

Ter vitiose οὔτε pro εἴτε scriptum est p. 151 D. καὶ δὴ

Digitized by Google

ἐγὼ Νίκας μὲν καὶ Ἔρωτας ἐπτερωμένους οὔτε ἐν χαλκῷ οὔτε ἐν λίθῳ οὔτε ἐν χρώμασιν εἶδον, μόναις δὲ ἀρεταῖς βασιλέως καὶ πτερὰ ἐνέφυσεν ὁ θεός. Non enim *negat* se vidisse Victoriolas et Cupidines ex aere aut marmoreos aut in tabula depictos: hos enim quis non quotidie videbat? sed contra saepe se eos vidisse alatos narrat, virtutibus autem Principis solis Deum alas addidisse. Itaque ter εἴτε pro οὔτε corrigendum est et praeterea pro καὶ πτερά restituendum ὠκύπτερα. Nam quid sibi vult καί in vulgata lectione? Compara locum p. 127 C. ὥσπερ ἀετῶν νεοττὸς ὀξὺ μὲν ὁρῶν ἤδη περιμένων δὲ τὰ ὠκύπτερα, id est οὔπω πέτεσθαι δυνάμενος. Eodem modo ὠκύπτερα ἐμφῦσαι est *alas addere*, πτερῶσαι.

Haereo in verbis quae leguntur p. 152 A. τὴν γὰρ αἰτίαν ἑκάστου ἐνδίκως οὐχ ὁ ἀπαρξάμενος ἀναφέρεται ἀλλ' ὁ τελειώσας. Non capio enim quo pacto verbum ἀναφέρομαι in illa re habere locum possit. Intelligerem ἀποφέρεται, quod de praemio et laude et gloria poni solet ut *ferre*, *auferre* et *reportare*, aut ἀναδέχεται id est *recipit*.

Turpi errore editur p. 152 C. ὁ σφενδονιστὴς σφενδονᾷ pro ὁ σφενδονητής.

Post pauca editur p. 153 A. (Ἀλέξανδρος) εἰσκαλεῖται εὐθὺς τὸν Φίλιππον καὶ ὀρέξαντι τὴν κύλικα τοῦ Φαρμάκου ἀντώρεξε τὴν ἐπιστολήν. ἔπειτα ἄμφω θαρραλέως ὁ μὲν εἶλκε τοῦ ἐκπώματος, ὁ δ' ἐπέλεγε τὰ γεγραμμένα, sed emendandum est εἶλκε τοῦ πώματος pro ἐκπώματος, et ἐπελέγετο τὰ γεγραμμένα pro ἐπέλεγε. Utriusque correctionis ratio in aprico est. Ἐπιλέγομαι pro ἀναγιγνώσκω positum sequiores ab Herodoto sumserunt, apud quem quum ἀναγιγνώσκειν pro ἀναπείθειν poni soleat, pro *legere* ἐπιλέγεσθαι usurpari solet, veluti II. 125: ἐπιλεγόμενος τὰ γράμματα et VIII. 22: ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα τὰ Ἴωνες — ἐπελέξαντο. Hinc igitur sequiores omnes ἐπιλέγεσθαι eo sensu dicere coeperunt. Quemadmodum Themistius dederat ἐπελέγετο τὰ γεγραμμένα, sic apud Lucianum est in *Dialog. Marin.* 5: ὁ δὲ Ἑρμῆς ἀνελόμενος (τὸ μῆλον) ἐπελέξατο τὰ γεγραμμένα

Digitized by Google

et sic saepius apud alios. Ἕλλο τὸ ἑτέραμεν cur dici non possit perspicuum est. Ἕλλο est τόδε ἄμφ, satis multo usu, quo dicitur quis ἕλλο κάλλιον et ἕλλο τοῦδε et ἕλλο τὸ ἐμόν. Recte igitur habet ἕλλο κάλλιον, ἕτερα, τοιαῦτα et ἕτερα, sed non ἕλλο τὸ ἑτέραμεν. Contra rectissime dicitur quis ἕλλο τὸ ἐμόν, ut est apud Cratinum Pollucis VI. 18. ἕλλο τῆς τυρᾶς. Factum igitur est ut vetus scribarum error fideliter nobis servaret antiquae formae ΠΟΜΑ manifesta vestigia, quam Graeculi reliquis omnibus locis, etiam ingrato metro, in suum usum refingere amarunt, velut apud Themistium p. 299 C. ἐκδίδωσι ἐπὶ τὸ ἑτέραμεν ἔφη τὸ τέλος ἐκεῖ, et p. 277 B. τοῦτο ἐπὶ τὸ ἐκείνου ἐκ τέλους, et sic grassantur apud omnes. unde factum est ut τέλος nunc apud poetas quidem exigente metro sit repositum, sed apud Herodotum ceteroqui in solutis orationibus vocis aequissimo animo feratur. Atheniensium olim non tantum τέλος dixerunt, sed in compositis quoque ἑτέραμε, ἑτέραμεν, ἑτέραμεν, ἑτέραμεν, et ἑλλέτερμε, cuius rei quam necessaria fere oblitterata sit, brevi cum paucis revocare in lucem. Athenaeus p. 467 B. agens de nomine τέρμερος ita scribit: τὸ τέρμερος ἔστιν ἐπὶ τῶν τέτταρα ἐν τῷ ἔτει ἐν Ἀττικῇ, ἐπὶ δὲ τῶν τρία ἐν ἑτέρᾳ. Ἀπολλόδωρος ὁ Γυρήθιος

ἐν τῷ τρίτῳ περὶ τῶν ἐν Ἀττικῇ ἑορτῶν.

In uno Codice Marciano pro ἑτέραμεν et ἑτέραμεν dicere scriptum est ἑτέραμεν et ἑτέραμεν, et nisi alias res egissent Editores vel sine libris eam necessariam scripturam olim reposuissent. Nempe Athenaeus, ut manifestum est, admonuit in τέρμερος ἕτερον vocalem esse, in ἑτέραμε longam apud Atticos, qui ἑτέραμεν quoque et ἑτέραμεν dicebant, ut est apud Aristophanem in Equitibus vs. 198. ἑλλέτερμε. In Codice Marciani apographo legitur ἑτέραμεν, ἑτέραμεν, ἑτέραμεν et ἑλλέτερμε. In Codicibus Aristophanis manibus arcessitur

τοῦτο δ' ἐστὶ μέτρον ἑλλέτερμε τοῦ κάκιστος.

Sed metrum, verum quid sit metrum curant? Reserabunt quod ipsi norunt. Ante Athenaeum non rem notavere Scholiasta Dionysium ὁ τῆς Ἀττικῆς Ὀρθογραφίας apud Eustathium p. 1776.

Digitized by Google

37: Ἀττικῶς ἐκτείνει τὴν παραλήγουσαν ἡ ἄμπωτις ὡς καὶ τὸ αἱματοπώτης καὶ ὑδροπώτης κατ' Αἴλιον Διονύσιον, ubi stolide editur αἱματοπότης et ὑδροπότης. Eundem locum et plura aliunde attulit Lobeck. ad Phrynichum p. 456. admonens φιλοπώτης et ἀκρατοπωτεῖν saepius in Marciano Codice Athenaei exstare et Cratini locum afferens ex Polluce IV. 184, ubi in libris est:

οὐχ ὑδατοποτῶν οὐδὲ κοιλοφθαλμιῶν,

sed Porsonus olim ὑδατοπωτῶν restituit.

Mutatum longa die dicendi genus apparet p. 153 A: τράυματα — εἶχεν ἄν σοι ἐπιδεῖξαι Ἀλέξανδρος, ὥσπερ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὴν κλεῖν κατεαγυῖαν καὶ πεπηρωμένον τὸ σκέλος. Sumta sunt haec verba ex celebrato loco Demosthenis περὶ τοῦ στεφάνου p. 247, 11: ἑώρων δ' αὐτὸν τὸν Φίλιππον — τὴν κλεῖν κατεαγότα — τὸ σκέλος πεπηρωμένον. Attici dixerant κατέαγα τὴν κλεῖν et πεπήρωμαι τὸ σκέλος. Lapsu temporis minus accurate dicebant πεπήρωταί μοι τὸ σκέλος et ἡ κλείς μοι κατέαγεν. Sic accuratissime distinguebant Veteres inter ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν et ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἀπετμήθη, ut illud de *vivo*, hoc de *cadavere* diceretur, sed nihil horum sequiores servarunt.

Duo verba transponenda sunt p. 153 B. ἔχοιμ' ἂν ἐγὼ καὶ ὀνομασὶ ἐξειπεῖν οὔτε ἄνδρα Φιλίππου φαυλότερον οὔτε μὴν τέχνης φαυλοτέρας. Transpone ἐξειπεῖν ἄνδρα οὔτε Φιλίππου φαυλότερον. Se ipsum dicere Themistium palam est. Philippus est Alexandri medicus, quem paulo ante commemoraverat.

Male et inepte vocabula ἰσοδύναμα cumulat Themistius p. 153 C. ubi laudat principem quod sese allatrantibus obtrectatoribus ἑτέρῳ οὐκ εἶδεν ὀφθαλμῷ· εἶδε μὲν οὖν εὐμενεστέρῳ καὶ δεξιωτέρῳ καὶ μᾶλλον ἢ πρόσθεν ἐκύδηνε καὶ μᾶλλον ἐπῆρεν. Satis erat εὐμενεστέρῳ dicere sed δεξιῷ ὀφθαλμῷ vel δεξιωτέρῳ ἰδεῖν τινα perinepte dicitur. Melius etiam κυδαίνω Homero reliquisset, verum isti lumina orationis talia esse opinantur.

Digitized by Google

Barbarum est quod continuo bis legitur p. 153 C. *συναύξαις*. Graecum est *συναυξήσαις* vel *συναύξοις*.

Intercidit vocabulum p. 154 A. ubi legitur: *τὸν δὲ ἀληθινὸν βασιλέα καὶ τοῦ νόμου ἄρχειν προσήκει καὶ πραΰνειν αὐτοῦ τὸν θυμὸν ἔστιν, ὥσπερ κυνὸς γενναίου νομέα.* In hac scriptura moleste abundat verbum *ἔστιν*, namque *πραΰνειν* a *προσήκει* pendere apertum est. Sed Themistius dixerat bonum principem legis severitatem *nonnumquam* mitigare oportere: itaque dederat, *καὶ πραΰνειν αὐτοῦ τὸν θυμὸν ἔστιν (ὅτε) ὥσπερ κυνὸς γενναίου νομέα.*

Pag. 162 A. lege: *σμικρόν τε τὸ μάθημα καὶ ἀνθρώπινον*, ubi editur: *σμικρόν γε* et *ἀνθρωπικόν*. Tum post pauca *μὴ διαφθειρόμενα* pro *μηδὲ φθειρόμενα*.

Impeditus et mendosus est locus Themistii p. 162 B. *τὰ μὲν δὴ ἄλλα σοι ὀνόματα ὅτι νοεῖ, — δῆλος εἶ ὅτι οὐ ταῦτα λέγεις ἃ οἱ πολλοὶ νῦν ἴσασιν ἐκ τῶν ὀνομάτων οἷς κέχρηνται, ἀλλ' ἕτερα δύσφραστα καὶ δυσάρεστα καὶ τῷ μύθῳ ἐνδεδυκότα ὥσπερ χιτωνίῳ κτἑ.* Primum interposito *γάρ* legendum *δῆλος (γὰρ) εἶ ὅτι —*, namque haec omnia *διὰ μέσου* posita sunt et post hanc longiorem parenthesin ita Themistius loci constructionem instaurat: *τὰ μὲν δὴ ἄλλα, ὥσπερ ἔφην, κτἑ.* In iis, quae sic interposuit, duo vitia insunt, quae et facile deprehendi et semel deprensa emendari possunt. Primum offendes in *ἃ οἱ πολλοὶ νῦν ἴσασιν*, non enim de eo agitur quid *sciat* vulgus hominum, sed quid *intelligat*, id est quem sensum, quam notionem homines vulgo tribuant iis verbis, quae Socrates apud Platonem in longe diversam significationem deflexerit. Neque voculae *νῦν* locus est, quia non opponuntur inter se homines diversae aetatis, sed *ὁ νοῦς τῶν ὀνομάτων* apud Socratem et apud vulgus hominum. Itaque emendandum est: *ἃ οἱ πολλοὶ συνιᾶσιν ἐκ τῶν ὀνομάτων*, neque *οἷς κέχρηνται* legendum, sed *οἷς κέχρησαι*. Deinde quid sibi vult in tali re *δυσάρεστα*, id est *morosa?* Poterant verba Socratis *ambigua* aut *obscura* esse caeteris, sed *morosa* esse non poterant. Vera lectio non est difficilis ad inve-

Digitized by Google

niendum: hoc ipsum enim requiritur, δυσεύρετα. Diphthongus ευ noto nexu scripta et vocalis α in libris MSS. paulo antiquioribus vix oculis discerni possunt, quo factum est ut sexcenties confunderentur. Reddamus igitur Themistio censeo: ἀλλ' ἕτερα δύσφραστα καὶ δυσεύρετα. Simili composito utitur in vicinia p. 164 A. ἡ πρώτη ἐπίβασις τοῦ ἐρᾳστοῦ ἄπορός μοι τέως ἦν καὶ ἀνεύρετος.

E Platone emendari debent, quae leguntur p. 162 B. καὶ ἴτης ἐπὶ τούτοις, θηρευτὴς, δεινῶς πλέκων μηχανὰς ἐπὶ τῇ θήρᾳ. Facile credas verum esse δεινὸς πλέκειν μηχανάς, quia πλέκων μηχανάς adverbium δεινῶς non admittit, sed comparatus Plato in *Sympos.* p. 203 D. docebit emendari et suppleri in hunc modum oportere: θηρευτὴς δεινὸς, ἀεί τινας πλέκων μηχανάς.

Pervulgatos quosdam locos poëtarum enumerat p. 164 B. ἤκουον γὰρ παρὰ τῶν ποιητῶν ὅτι πενίη σοφίαν ἔλαχε καὶ τίκτει κόρος ὕβριν καὶ πλησμονή τοι Κύπριν καὶ τοιαῦτα πολλὰ ᾀδόντων. Decantata haec sunt apud omnes:

πενίη δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ συγγενές.

et:

τίκτει τοι κόρος ὕβριν ἐπὴν πολὺς ὄλβος ἕπηται.

tertius locus concepit vitium: emendandum est καὶ ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις e notissimo senario Euripidis:

ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶσι δ' οὔ.

Pag. 165 B. οὗ φησιν ὁμοίως τὸ αὐτὸ καὶ ἓν κάλλος διωκτὸν εἶναι, supple, οὗ φησι (πᾶσιν) ὁμοίως, et corrige διωκτέον εἶναι.

Pag. 166 A. οὐ μεθιέμην ἤδη τοῦ ἴχνους [τῆς ἄγρας] ὡς ἄξοντός με ἐπὶ τὴν ἄγραν, expunge τῆς ἄγρας.

Pag. 168 B. πλεῖν ἢ σαδίους χιλίους ἄναντα καὶ κάταντα [οὔτε ἄντην οὔτε κατάντην] διαδραμοῦσαι, expunge verba insiticia. Homerica sunt ἄναντα κάταντα.

Pag. 174 B. ἀμηχανώτερον τοῦτο ἦν ἢ ἐξ Ἅιδου ἀνα

Digitized by Google

ναι, quis dubitabit restituere ἐξ Ἅιδου ἀναβῆναι? Tum in verbis, ἀλλ' εἴτε ἐν δίκῃ εἴτε μὴ [τὴν δίκῃ] ξυνεξάπτεσθαι tolle dittographiam τὴν δίκῃ.

Male repetitum vocabulum est p. 174 C. in decantato Titi dicto, τὴμερον τὸν ἐβασίλευσα· οὐδένα γὰρ [τὴμερον] εὖ ἐποίησα.

Pag. 175 C. τὰ βαρβαρικὰ δὲ πλέα εὑρήσεις. Barbara haec scriptura est: repone πλέα.

Mirum ni dixerit p. 175 C. πραξεῖς (*eructares*) pro πραπτόνεις, et p. 175 D. δι' Ἀριστέλεω pro δι' Ἀριστέλεος.

Pag. 176 C. τῇ γὰρ ἀγαθῇ βασιλεῖ τὸ πρασσεῖ οὐδὲ τῆς ἀρχαίης, lege τὸ πρασσεῖ οὐδέν, mihi hasta opus est.

Pag. 176 D. εἰ δὲ ἄλλα ἕκαστα ἴσαν ἐπιτήδεα, emenda ἕκαστος pro ἕκαστα, nam de *singulis* haec dicuntur.

Pag. 177 A. πρασσόντων δὲ καὶ γεγραμμένων. In libris est γραμμένων et γεγραμμένως. Veram lectionem esse arbitror γεγραμμένος. In praesenti tempore dicitur γράφω, in caeteris γράψω, ἔγραψα et γέγραφα, sed solent Graeculi γεγραμμένος depravare in γεγραμένος et γεγραμμένως: id quod nunc attingo tantum. Recurrit vitium idem p. 240 D. in ἐγεγράμμην καὶ ἐγεγράμεθα. Multum delectantur Graeculi verbo antiquo γράφω, cui de suo addiderunt formam γραμμάω, ut γραμμάω dicebant pro γράφω.

Continuo post scribe, ἐ Λακεδαίμων ἐπλέξα ἐς τὴ Σπάρτη καὶ τὴν Ἀφροδίτην pro καὶ τὰ Ἀφροδίτα. Cui non nota *armata Venus* Spartanorum?

Pag. 178 B. ἐν τῇ γνώμῃ ἡ τύχη τῆς πολέμου ἵζαται, quoniam ἐν positum est pro ἐπί, scribendum est ἐπί.

Pag. 178 D. ἐπὶ λευκοῦ ἵππου καὶ χρυσέου καὶ καλλιζώνου καὶ κυνέῃ ἀγαθῇ τετιθεμένου. Quod Harduinus re-

Digitized by Google

ponit ἐκκλησιάζειν nihili est. *Candidi* dies sunt *festi* dies, quibus nihil cum comitiis commune. Fortasse θυσιάζειν dederat, quo verbo sequiores pro θύειν uti solent. Κνισᾶν ἀγυιάς, id est *nidore sacrificiorum vias implere*, ostendit non *comitiorum* sed *rei divinae factae* mentionem praecedere oportuisse.

Soloeca forma scribarum vitio irrepsit p. 173 B. σὴ γὰρ ἤδη γνώμη ἐςὶν ἣν καταδέξῃ καὶ ἀσμενίσεις. Praeter faecem Graeculorum nemo utitur forma futuri in —ίσω pro —ιῶ; itaque ἀσμενίσεις corruptum est. Liber optimus exhibet ἀσμενίσῃς et vide mihi quam facili medicina locus sanari possit. Scribe modo ἤν pro ἣν, σὴ — ἐςὶν ἣν καταδέξῃ καὶ ἀσμενίσῃς. Sed nova difficultas apparet in verbo καταδέχομαι. Dicine potest καταδέχεσθαι τὴν γνώμην pro *sententiam probare?* Non opinor. Confusae sunt praepositionum siglae et quod ἀπο— significabat visum est κατα— significare. Probum et genuinum est ἣν ἀποδέξῃ καὶ ἀσμενίσῃς.

Sensit vitium, sed non sustulit Iacobsius p. 173 D. in his: οὐδὲ οἷός τε ἦν μαλθάσσειν τὴν μνήμην τοῦ νεανίου. Dicuntur haec de Phoenice, qui Achillem flectere non potuit. Pro μνήμην, quod ineptum est, Iacobsius μῆνιν reponebat, quod nemo probabit. Indomitum Achillis *animum* flectere et lenire non potuit. Itaque corrigendum est, μαλθάσσειν τὴν γνώμην τοῦ νεανίου.

Mirum in modum perturbatus est locus p. 179 C. τί ἄν τις τώδε ἐπονομάζοι τὼ αὐτοκράτορε τὼ ἀναξέλλοντε μὲν Γερμανούς, Φοβεῖτον δὲ Ἀχαιμενίδας, Γέτας δὲ ἐξαιρεῖτον καὶ Σαυρομάτας, λαμπράν τε εἰρήνην παρασχόντε — διὰ πάντων τῶν μεταξὺ τεταγμένων. Simplicissimum est locum sic restituere: ὦ ἀναξέλλετον — Φοβεῖτον — ἐξαιρεῖτον — παρέχετον. Quia olim nemo amplius Graecorum duali numero utebatur, quem seri Atticorum imitatores recoxerunt, facile illae formae vitium concipiebant, aut confundebantur inter se. Neque ἀναξέλλετον neque ἀναξέλλοντε erat in usu: hinc utraque forma erroribus obnoxia.

In dualium usu ipsi Sophistae et Rhetores graviter

Digitized by Google

gebant, cuius erroris duo ex Themistio exempla infra ponam. Themistius dedit p. 151 A. σὺ δὲ ἄρα καὶ ὁ σὸς υἱὸς σοφῶ ἦσον, et p. 198 B. εἰ μὴ τῷ κάλλει τοῦ σώματος διηλλάττετον. Themistius enim imbiberat eundem errorem, quo plerique omnes olim in puerili disciplina imbuti fuimus, secundae personae dualium formam exire in —τον, tertiae in —την, ut *eratis* sit ἦσον, *erant* ἤσην. Itaque διηλλάττετον secunda persona est, *differebatis*. Nesciebat Themistius „*secundam personam dualem numquam a tertia diversam fuisse*," quod primus omnium perspexit et demonstravit Elmsleius ad Aristoph. *Acharn.* vs. 733. Itaque ἦσον et διηλλάττετον pro ἤσην et διηλλαττέτην nihili formae sunt ex antiquae linguae Atticae ignoratione ortae et in Atticistarum cerebris natae.

Ostendam alio loco quam graviter et quam saepe Themistius adversus linguae Atticae, cuius affectabat usum, certam consuetudinem moremque deliquerit.

Confusa sunt, ut saepissime alibi, η et ισ p. 180 A. σὺ δὲ, ὦ Ζεῦ Ῥώμης κτῆτορ καὶ πολιοῦχε, nam quis admonitus dubitabit quin κτίσορ unice verum sit? ut apud Aristophanem est Avib. 926 ex Pindaro:

σὺ δὲ πάτερ κτίσορ Αἴτνας.

Prorsus ab huius loci ratione abhorret *possidendi* verbum κεκτῆσθαι, et κτῆσις et κτήτωρ. Quam saepe scribae η et ισ confuderint et apud alios et apud Themistium alio tempore ostendam.

Themistius p. 183 C. ad Theodosium ita dixit: *adde Senatoribus honores, — quos Patres Conscriptos appellasti fac ut amplissimi ordinis dignitatem tueri possint:* οὗτοι φανήσῃ (ita pergit) Κωνσαντίνου καταδεέσερος ὅποι σήσῃ εἰ τιμαῖς τὴν πόλιν ὑψηλοτέραν ποιήσειας ἢ Κωνσαντῖνος οἰκοδομήμασιν. Sensu vacua verba sunt ὅποι σήσῃ. Nihil aliud in iis latet quam ΟΙΚΙCΤΗC. οὗτοι φανήσῃ Κωνσαντίνου καταδεέσερος οἰκισὴς εἰ τιμαῖς κτέ. Si sic fecerit, alterum urbis *conditorem* fore dicit, ut statim post: εἰ σὺ τοιαῦτα ἀναθείης — τότε ἀληθινῶς ἔσαι δευτέρα Ῥώμη ἡ σὴ πόλις, εἴ γε ἄνδρες ἡ πόλις. Vides quam facile ΟΙΚΙCΤΗC abire potuerit in ΟΠΟΙΣΤΗΣ,

Digitized by Google

unde ὅποι ϛήσεις natum est. K in IC resolutum de more fuit tralaticioque genere mendi OIICICTHC in OΠOICTHC abiit.

Impeditus locus est Themistii p. 185 A: διὰ τί μοι τῆς αὐλῆς ἡ γλῶττα ἀποκεκλείσεται καὶ οὐκ ἐπιτρέψειε καθάπερ μοι ἔθος ἐκ τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριϛοτέλους λειμώνων δρεψαμένῳ ἄνθη ἀκήρατα καὶ ὧν σίδηρος οὐ θιγγάνει ϛεφάνους πλέξαι τῷ βασιλεῖ ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας. Haerebis in ἐπιτρέψειε neque te ullo modo expedies nisi correxeris καὶ οὐκ ἐπιτρέψει τις καθάπερ μοι ἔθος, quae notissima loquendi forma est. Reliquam verborum pompam mutuatus est e notissimo loco Euripideo:

σοὶ τόνδε πλεκτὸν ϛέφανον ἐξ ἀκηράτου
λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω,
ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτά,
οὔτ' ἦλθέ πω σίδηρος, ἀλλ' ἀκήρατον
μέλισσα λειμῶν' ἠρινὸν διέρχεται.

Subinepte, ut vides, quod de *prato* recte dicitur ἔνθ' οὔπω σίδηρος ἦλθεν ad *flores* transtulit, ἄνθη ἀκήρατα καὶ ὧν σίδηρος οὐ θιγγάνει.

Futuri formas post ὅπως in coniunctivum, ut solent, scribae converterunt p. 186 B. ὅπως ταύτην ἁρμόσηται καὶ εἰς τέλος διαφυλάξῃ. Scribe ἁρμόσει τε καὶ — διαφυλάξει.

Homo contemtim appellatur p. 188 D. τις χαμαὶ βαδίζων καὶ σάρκα ἠμφιεσμένος, sed non est Graecis usitatum in tali re singularem numerum ponere. Neque tamen σάρκας dedisse Themistium arbitror sed σαρκία ἠμφιεσμένος, ut p. 252 A. ὁ Ἑρμῆς — σαρκία μικρὰ περιθέμενος ἐν τῇ πόλει ἡμῖν περινοσεῖ.

Periit syllaba p. 191 A. in verbis σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ, nam supplendum ex Euripide σοφὸν (ἓν) βούλευμα. Necessaria prorsus est inter ἕν et πολλάς antithesis.

Laudans Theodosii liberalitatem p. 192 B. dicit θᾶττον ἄν τις ἀπείποι ἀπαιτῶν ἢ σὺ διδούς, imo vero αἰτῶν, ut clamat loci sententia.

Digitized by Google

Mendosum est δυσίατος p. 192 C: ἐπεὶ ταύτης μόνης τῆς εἰσφορᾶς δυσίατος ἄρα ἦσθα καὶ ἀπαραίτητος. Nihil melius rei convenit quam δυσήνιος, quemadmodum legitur p. 149 D: οὐκ ὀλίγην μοῖραν τῶν προσοικούντων βαρβάρων δυσπειθῆ καὶ δυσήνιον παρεσήσατο.

Non est Graecum quod editur p. 194 C. τὸ πῶμα αὐτῷ ἐπίκειται καὶ συνήλειπται, sed συναλήλιπται. Recte legitur ἐξαλήλιπται p. 43 B. et aliis locis.

Graece dici non potest ἐπιέναι πλείονας κύκλους, quod editur p. 196 A. sed περιιέναι.

Simili de causa ferri non potest quod legitur p. 197 A. εἰσθλίψαντες εἴ τι ἐν μέσῳ — λείψανον ἐμμεμένηκεν, sed necessario requiritur ἐκθλίψαντες.

Duae litterulae ex fuga retrahendae sunt p. 197 C, ubi dicuntur *virtutis* arma ἐγχυώτερα εἶναι ὧν δημιουργοῦσιν ἀσπιδοπηγοί, sed tu repone ἐχεγγυώτερα, ut recte legitur p. 321 D. ἐχεγγυώτερος τοῖς ἀκούουσιν.

Themist. Orat. XVI. p. 199 C: ταῦτα εἴδομεν ὕπαρ καὶ ἐναργῶς ἅ τέως ἐπὶ τῶν πινάκων γράφοντες ἐγενόμεθα. Duo ultima verba sensu vacua sunt. Manifestum est quid Rhetor dicere debuerit, nempe: *quae adhuc in tabulis picta spectabamus*, itaque emenda, ἐπὶ τῶν πινάκων γραφέντα ἐθεώμεθα.

Coalescat in unum p. 208 B. vocabulum a scribis male dissectum in his: τοσούτῳ μᾶλλον ἂν ἐγνώκασιν ἑαυτοῖς συνοισόμενον, ubi verum est ἀνεγνώκασιν.

Graece dici non potest quod legitur p. 210 A. ἀναπείσας τὸν Τηριδάτην Νέρωνι τὰ καθ' αὐτὸν ἐπιτρέψειν, requiritur necessario ἐπιτρέψαι, quod repone.

Duae formae barbarae commaculant locum p. 200 B. καὶ δῆτά μοι δεινὸν κατεφάνη — ἡμᾶς καὶ νῦν ἑκόντας ἀποκνῶ-

Digitized by Google

σασθαι ἀλλὰ μὴ — ἐπαινήσασθαι. Corrige ἀποκνήσεσθαι — ἐπαινέσεσθαι.

Dicitur p. 210 B. barbarorum nonnullis esse ἐν ἕθει μὲν τὸ ἐξογκοῦσθαι, ἐν ἔθει δὲ τὸ ὑποπτεύειν. Non est haec sana oppositio; itaque Iacobsius ὑποπίπτειν coniecit. Me iudice melius ὑποπτήσσειν restituetur. Compara locum p. 57 C: τότε μὲν — ἠπείλουν, νῦν δὲ ἑκόντες ὑποπτήξαντες δηλοῦσι τῇ γνώμῃ αὐτῇ ἡττημένοι, ubi requiro accusativum τὴν γνώμην αὐτήν. Vitiose a verbo καταπτήσσειν legitur p. 309 B. ἱκέτου ἐν σχήματι κατεπτηκότος, imo vero κατεπτηχότος.

Mendum est in Themistii verbis p. 216 D. ὅσις εὐδόκιμος εἶναι ἐσπουδάκει ἐφ' ἱππηλασίᾳ. Quoniam perspicuum est Themistium hoc dicere: quicumque equitandi arte nobilis esse *studet* (non *studebat*), certum est ἐσπούδακεν eum dixisse, non ἐσπουδάκει. Perfectum ἐσπούδακα apud optimum quemque scriptorem veterem saepe legitur pro *studeo*, *do operam*, *serio ago* aut *festino*. Multo etiam frequentius reperitur apud sequiores, ubi σπουδάζω rarum est, sed ἐσπούδακα tritissimum. Quemadmodum παίζω et σπουδάζω inter se opponi solent, ut in Platonis *Gorgia* p. 481 B. εἰπέ μοι, ὦ Χαιρεφῶν, σπουδάζει ταῦτα Σωκράτης ἢ παίζει; sic παίζω et ἐσπούδακα inter se opponuntur in *Phaedro* p. 234 D. δοκῶ γάρ σοι παίζειν καὶ οὐχὶ ἐσπουδακέναι; et aliis locis. Nihil addo praeter locum Platonis impeditum et male habitum in *Gorgia* p. 502 B. τί δὲ δὴ ἡ σεμνὴ αὕτη καὶ θαυμασή, ἡ τῆς τραγῳδίας ποίησις, ἐφ' ᾧ ἐσπούδακε; πότερόν ἐστιν αὐτῆς τὸ ἐπιχείρημα καὶ ἡ σπουδή κτἑ. Frustra se excruciant Interpretes in verbis ἐφ' ᾧ ἐσπούδακε; Omnes consentiunt fieri non posse ut ἐφ' ᾧ pro ἐπὶ τίνι positum esse existimetur. Non sunt illa verba Platonis, sed scioli qui elegantem ellipsin in ora libri ineleganter et soloece explevit verbis ἐφ' ᾧ ἐσπούδακε; quibus resectis recte omnia procedere senties.

Male sprevit Dindorfius bonam Codicis Ambrosiani lectionem p. 217 A. τὰ χαλινὰ — ἵνα χρὴ ἀφιέναι. Quod sen-

Digitized by Google

Mendosum est δυσίατος p. 192 C: ἐπεὶ ταύτης μόνης τῆς εἰσφορᾶς δυσίατος ἄρα ἦσθα καὶ ἀπαραίτητος. Nihil melius rei convenit quam δυσήνιος, quemadmodum legitur p. 149 D: οὐκ ὀλίγην μοῖραν τῶν προσοικούντων βαρβάρων δυσπειθῆ καὶ δυσήνιον παρεσήσατο.

Non est Graecum quod editur p. 194 C. τὸ πῶμα αὐτῷ ἐπίκειται καὶ συνήλειπται, sed συναλήλιπται. Recte legitur ἐξαλήλιπται p. 43 B. et aliis locis.

Graece dici non potest ἐπιέναι πλείονας κύκλους, quod editur p. 196 A. sed περιιέναι.

Simili de causa ferri non potest quod legitur p. 197 A. εἰσθλίψαντες εἴ τι ἐν μέσῳ — λείψανον ἐμμεμένηκεν, sed necessario requiritur ἐκθλίψαντες.

Duae litterulae ex fuga retrahendae sunt p. 197 C, ubi dicuntur *virtutis* arma ἐγγυώτερα εἶναι ὧν δημιουργοῦσιν ἀσπιδοποιοί, sed tu repone ἐχεγγυώτερα, ut recte legitur p. 321 D. ἐχεγγυώτερος τοῖς ἀκούουσιν.

Themist. Orat. XVI. p. 199 C: ταῦτα εἴδομεν ὕπαρ καὶ ἐναργῶς ἃ τέως ἐπὶ τῶν πινάκων γράφοντες ἐγενόμεθα. Duo ultima verba sensu vacua sunt. Manifestum est quid Rhetor dicere debuerit, nempe: *quae adhuc in tabulis picta spectabamus*, itaque emenda, ἐπὶ τῶν πινάκων γραφέντα ἐθεώμεθα.

Coalescat in unum p. 208 B. vocabulum a scribis male dissectum in his: τοσούτῳ μᾶλλον ἂν ἐγνώκασιν ἑαυτοῖς συνοισόμενον, ubi verum est ἀνεγνώκασιν.

Graece dici non potest quod legitur p. 210 A. ἀναπείσας τὸν Τηριδάτην Νέρωνι τὰ καθ' αὐτὸν ἐπιτρέψειν, requiritur necessario ἐπιτρέψαι, quod repone.

Duae formae barbarae commaculant locum p. 200 B. καὶ δῆτά μοι δεινὸν κατεφάνη — ἡμᾶς καὶ νῦν ἑκόντας ἀποκνή-

Digitized by Google

σασθαι ἀλλὰ μὴ — ἐπαινήσασθαι. Corrige ἀποκνήσεσθαι — ἐπαινέσεσθαι.

Dicitur p. 210 B. barbarorum nonnullis esse ἐν ἕθει μὲν τὸ ἐξογκοῦσθαι, ἐν ἕθει δὲ τὸ ὑποπτεύειν. Non est haec sana oppositio; itaque Iacobsius ὑποπίπτειν coniecit. Me iudice melius ὑποπτήσσειν restituetur. Compara locum p. 57 C: τότε μὲν — ἠπείλουν, νῦν δὲ ἑκόντες ὑποπτήξαντες δηλοῦσι τῇ γνώμῃ αὐτῇ ἡττημένοι, ubi requiro accusativum τὴν γνώμην αὐτήν. Vitiose a verbo καταπτήσσειν legitur p. 309 B. ἱκέτου ἐν σχήματι κατεπτηκότος, imo vero κατεπτηχότος.

Mendum est in Themistii verbis p. 216 D. ὅστις εὐδόκιμος εἶναι ἐσπουδάκει ἐφ' ἱππηλασίᾳ. Quoniam perspicuum est Themistium hoc dicere: quicumque equitandi arte nobilis esse *studet* (non *studebat*), certum est ἐσπούδακεν eum dixisse, non ἐσπουδάκει. Perfectum ἐσπούδακα apud optimum quemque scriptorem veterem saepe legitur pro *studeo, do operam, serio ago* aut *festino*. Multo etiam frequentius reperitur apud sequiores, ubi σπουδάζω rarum est, sed ἐσπούδακα tritissimum. Quemadmodum παίζω et σπουδάζω inter se opponi solent, ut in Platonis *Gorgia* p. 481 B. εἰπέ μοι, ὦ Χαιρεφῶν, σπουδάζει ταῦτα Σωκράτης ἢ παίζει; sic παίζω et ἐσπούδακα inter se opponuntur in *Phaedro* p. 234 D. δοκῶ γάρ σοι παίζειν καὶ οὐχὶ ἐσπουδακέναι; et aliis locis. Nihil addo praeter locum Platonis impeditum et male habitum in *Gorgia* p. 502 B. τί δὲ δὴ ἡ σεμνὴ αὕτη καὶ θαυμασή, ἡ τῆς τραγῳδίας ποίησις, ἐφ' ᾧ ἐσπούδακε; πότερόν ἐστιν αὐτῆς τὸ ἐπιχείρημα καὶ ἡ σπουδή κτλ. Frustra se excruciant Interpretes in verbis ἐφ' ᾧ ἐσπούδακε; Omnes consentiunt fieri non posse ut ἐφ' ᾧ pro ἐπὶ τίνι positum esse existimetur. Non sunt illa verba Platonis, sed scioli qui elegantem ellipsin in ora libri ineleganter et soloece explevit verbis ἐφ' ᾧ ἐσπούδακε; quibus resectis recte omnia procedere senties.

Male sprevit Dindorfius bonam Codicis Ambrosiani lectionem p. 217 A. τὰ χαλινὰ — ἵνα χρὴ ἀφιέναι. Quod sen-

Digitized by Google

tantia postulat *ἰφιέναι*, *remittere* habenas, Codex ultro obtulit. Cf. Poll. I. 214: *ἀνεῖναι τὸν ἵππον καὶ ἐφεῖναι τὸν ἡνίοχον εἰς τάχος. Ἀφιέναι τὰ χαλινά* is dicitur cuius e manu habenae excidérunt, *ἰφιέναι* is qui relaxat et equo frenum *permittit*.

Quod continuo sequitur *θαρροῦντα μὲν τοῖς λείοις καὶ ἀναπεπταμένοις δικαίοις* additam praepositionem requirit *μὲν* (*ἐν*) *τοῖς λείοις*.

Malim reliquisset Dindorfius p. 217 B. vulgatam lectionem *καὶ τὸν ἰσχνὸν καὶ τὰς γλυφίδας*, neque ex Ambrosiano libro *τὸν γλυφίδα* substituisset. Themistius enim *τὰς γλυφίδας* ex Homero sumsit, qui in eo nomine semper plurali numero utitur, ut in Odyss. Φ. 419:

ἀμφὶ δ' ἄρ' ἐσχεδίην ἐλάτην ἔλεον νευρὴν γλυφίδας τε.

Nunc sequitur p. 217 D. *ἐπιτετευγὸς τυχεῖν τι ἅπασαν* [illegible] *καὶ ἀδιάκοπον, ὅπως τὸ αὐτὸν ταχυτῆτος καὶ ἴσην ἐμέ-* [illegible] Absurdum sine controversia [illegible] nam quod est pars orbis terrarum [illegible] opposita claram lucem affert. [illegible] — *καὶ ἴσην χάλ-* [illegible] *καὶ ἴσην* [illegible]

[illegible]

[illegible] I. [illegible]

Digitized by Google

μόνα θαυμάζουσιν ὅσα θαυμαστὰ ἀληθινῶς ἀλλὰ καὶ ὅσα οἱ παλαιοὶ οἴονται μακαριστὰ εἶναι, δύναμιν καὶ τέχνην καὶ οὐσίαν. Bellissimam oppositionem vides inter ea ὅσα θαυμαστὰ ἀληθινῶς et ea ὅσα οἱ παλαιοὶ θαυμάζουσιν. Non sic, opinor, Veteres noti sunt ut prae caeteris omnibus *vana mirari* dici possint. Παλαιοί in uno Ambrosiano habetur, in caeteris πάλαι, sed quid libris opus est in re manifesta? *Vulgus* vana miratur, οἱ πολλοί, quod sine mora repone olim a Stephano repertum, sed a Dindorfio alias res agente spretum. Deinde vide mihi quam absurde dicatur vulgus hominum vana mirari solitum mirari δύναμιν καὶ τέχνην καὶ οὐσίαν. Solum δύναμιν recte habet et sanum est, sed male sana et inepta sunt τέχνην καὶ οὐσίαν. Ex opinionibus vulgi vera lectio indaganda est: mirantur isti *fortunam* τύχην et *potentiam* ἐξουσίαν. Nihil opus erat coniectura, quia diserte in libris praeter Ambrosianum omnibus scriptum est τύχην καὶ ἐξουσίαν, sed festinans Dindorfius vitiosam Ambrosiani scripturam inconsulto substituit. In sqq. corrige οὐ χρυσοῦς ἀετός pro χρυσός, et τοξάζεσθαι pro τοξεύεσθαι, quae barbara forma est, et exime articulum importunum p. 219 A. e verbis οὐδὲ [τῶν] Ἀρμενίων οὐδὲ Ἰβήρων οὐδὲ ἵππου πεφραγμένης.

Themistius p. 219 C. ita dicit: duplex animo capio gaudium καὶ ὅτι τὰ παιδικά μοι οὕτως διοικεῖται ὥστε ἐρᾶν τέχνης δυσχεραινούσης ψευδολογίαν, καὶ ὅτι φιλοσοφία πεπίστευται μόνη ἀξιόπιστος εἶναι καὶ ἐπαινέτις παμβασιλείας. Ecquis est qui serio credat verbo διοικεῖν in huiusmodi re locum ullum esse? qui credat διοικεῖν τὰ παιδικά vel τὰ παιδικὰ διοικεῖται ὥστε φιλοσοφίας ἐρᾶν non esse delirantis orationem? Non est enim haec διοίκησις, sed διάθεσις, ut quis philosophiam diligat. En veram lectionem! οὕτω διάκειται (pro διοικεῖται) ὥστε ἐρᾶν κτέ. Nemo a me exempla requiret ut verum esse agnoscat οὕτω διάκειται ὥστε, quia sexcenties ea locutio reperitur. Διατίθημι, διατίθεμαι et perfectum διάκειμαι et διάθεσις in tali re passim leguntur apud omnes. Satius est statim alterum loci mendum simul ostendere et tollere. Nempe ineptissime additur copula in his ἀξιόπιστος εἶναι [καὶ] ἐπαινέτις. Deleto *καί* lux affulget.

Digitized by Google

Scribarum socordia impeditus locus p. 220 B. nullo negotio expediri potest. Editur: *πάσχω οὖν ὅπερ οἱ λίχνοι — ἢ ὅπερ μᾶλλον αἱ κύνες αἱ θηρεύτριαι ἑνὸς μὲν αὐταῖς ἀναφανέντος θηρίου προσκαρτεροῦσιν ἐκείνῳ —, εἰ δὲ πολλὰ ἅμα — ὑποκινοίη ἀεὶ τὸ φανὲν μεταθέουσαι ἀποφυγγάνειν τὸ πρόσθεν ἐῶσιν.* Primum transpone *μᾶλλον* sic: *ἢ μᾶλλον ὅπερ αἱ κύνες αἱ θηρεύτριαι.* Refertur enim *μᾶλλον* ad *πάσχω*: inter dicendum ei aptior comparatio in mentem venit atque ita dixit: *„vel potius* quod canes venaticae solent id ego nunc facio." Deinde repetita syllaba sarci sententiae labem in hunc modum *αἱ κύνες αἱ θηρεύτριαι (αἱ) ἑνὸς μὲν — προσκαρτεροῦσιν.* Ὑποκινεῖν proprium in ea re verbum ab optimo venatore Xenophonte Themistius sumsit.

Tenuiora quaedam vitia maculant locum Themistii p. 221 A. *ἐπεὶ καὶ ὅτι τῶν εἰσφορῶν ἐπεκούφισας ἄχθος, ἐνταῦθα οὖν πάλιν ἐμοὶ τοῦ ποσοῦ θαυμαστότερον τὸ ὁπότε.* Primum de more confusa sunt ὅτε et ὅτι et articulus intercidit, nam perspicuum est requiri: *ὅτε τῶν εἰσφορῶν ἐπεκούφισας (τὸ) ἄχθος.* Tum expunge importunum *οὖν* et corrige *πότε* pro *ὁπότε* ut sit: *ἐνταῦθα [οὖν] πάλιν ἐμοὶ τοῦ ποσοῦ θαυμαστότερον τὸ πότε,* id est *τοῦ μεγέθους τῆς εὐεργεσίας θαυμαστότερος ὁ καιρός.*

Continuo sequitur forma barbara p. 221 B. *ἡνίκα μὲν αὔξησιν ἐδεδίειμεν.* Graeci enim dicebant δέδιμεν, δέδιτε et ἐδέδιμεν, ἐδέδιτε et ἐδέδισαν. Sincera forma ἐδέδιμεν in aliis libris servata est, sed eam inconsulto Dindorfius abiecit. Graeculi suum δεδίαμεν, ἐδεδίειμεν et ἐδεδίεσαν etiam Atticis scriptoribus saepius obtrudunt.

Solon dicitur p. 221 D. non Croesum felicissimum mortalium esse iudicasse *ἀλλὰ Τέλλον τὸν Ἀθηναῖον καὶ τοὺς Ἀργείους νεανίσκους καὶ ἅπαντα μᾶλλον ἢ Κροῖσον,* sed ut sana sit oratio repone *ἅπαντας* pro *ἅπαντα* „omnes potius (non *omnia*) quam Croesum."

Certo supplemento sarciri potest librorum lacuna p. 222 A.

Digitized by Google

βασιλέα δ' ἂν ἀπέφηνεν ὀλβιώτατον καὶ εὐδαιμονέστατον, ᾧ πλοῦτος τοσαῦτον βόσκει στρατὸν ὅσον οὔποτε ἡ Ῥωμαίων ἡγεμονία, *** χωρὶς δὲ ἐπὶ τῷ Τίγρητι. Libri exhibent aut χωρὶς μὲν aut χωρὶς δὲ, quorum utrumque verum est et recipiendum, quo facto quid exciderit statim emicat, nempe hoc: χωρὶς μὲν (ἐπὶ τῷ Ῥήνῳ, χωρὶς) δὲ ἐπὶ τῷ Τίγρητι.

Nihil opus esse dicit Themistius p. 222 B. Constantinopoleos magnificentiam verbis et oratione explicare, namque eam oculis omnium esse expositam: οὐκ ἐμπελάζει ὑμῶν τοῖς ὀφθαλμοῖς οὐδὲ τοῦ ἄστεος τὸν κύκλον ὁρᾶτε — οὐδὲ γεωργοῦμεν εἴσω τείχους μείζονα χῶρον ἢ κατοικοῦμεν οὐδὲ ὄρειον τὸ κάλλος τῆς πόλεως καὶ διεσπασμένον. In his duo verba finita γεωργοῦμεν et κατοικοῦμεν totius sententiae compositioni apta non sunt, sed duae tenues lineolae a scriba neglectae hanc labem pepererunt. Notum est pro terminatione ον in libris lineolam duci accentui gravi similem, unde magna vitiorum seges nata est librariis modo compendiolum hoc negligentibus modo pro accentu gravi —ον inepte substituentibus. Sic ἡδὺ in ἥδιον abit aut δέον in δέ convertitur, et multa alia vitia sat nota sic suscipiuntur. Unum addo quia in vicinia huius loci commissum est p. 220 D. ubi in Ambrosiano est τὸ λεῖψαν pro τὸ λείψανον. Sic igitur duo molesta verba repente in participia conversa rem restituunt: οὐδὲ γεωργούμενον εἴσω τείχους μείζονα χῶρον ἢ κατοικούμενον (ὁρᾶτε), quo pacto omnis est sublata difficultas. In ὄρειον quid lateat non exputo.

Non est integra scriptura p. 222 D. in his: οὐ τὰ μὲν καινὰ ἐπιδίδωσι, τὰ δὲ ἴδια ἀπολισθαίνει, requiritur enim ὑπολισθάνει, quod proprie dicitur de iis quae paulatim dilabuntur et senescunt et minuuntur. Formae ὀλισθαίνω, ἀπολισθαίνω et ὑπολισθαίνω ex plebeio usu manaverunt et ut plurimum debentur librariis. Perperam editur p. 363 D. τὸ φυόμενον οὐκ ἀπολισθαίνειν ἐᾷ εἰς τὸ μὴ εἶναι. Stobaeus Floril. 83, 24 hunc locum describens dedit ἀπολισθάνει εἰς τὸ μὴ εἶναι, unde certe ἀπολισθάνειν ἐᾷ erat recipiendum.

Participium male in nominis locum irrepsit p. 223 A: μες-

Digitized by Google

δὲ ἡ πόλις τεκτόνων καὶ οἰκοδόμων καὶ ποικιλλόντων καὶ παντοδαπῆς δημιουργίας καὶ εἴποις ἂν αὐτὴν ἐργασήριον μεγαλοπρεπείας. Pro καὶ ποικιλλόντων reliqua opificum nomina manifesto requirunt ut καὶ ποικιλτῶν scribatur et facile ποικιλτῶν sic corrumpi potuit. Plutarchus in Pericle cap. 12: τέκτονες, πλάσαι, χαλκοτύποι, λιθουργοὶ, βαφεῖς, χρυσοῦ μαλακτῆρες καὶ ἐλέφαντος, ζωγράφοι, ποικιλταὶ, τορευταί. Caeterum obversatur Themistio decantatus Xenophontis locus Hellen. III. IV. 17: ἀξίαν δὲ καὶ ὅλην τὴν πόλιν ἐν ᾗ ἦν θέας ἐποίησεν. ἥ τε γὰρ ἀγορὰ ἦν μεστὴ παντοδαπῶν καὶ ἵππων καὶ ὅπλων ὠνίων, οἵ τε χαλκοτύποι καὶ οἱ τέκτονες καὶ οἱ χαλκεῖς καὶ οἱ σκυτοτόμοι καὶ οἱ ζωγράφοι πάντες πολεμικὰ ὅπλα κατεσκεύαζον ὥσε τὴν πόλιν ὄντως οἴεσθαι πολέμου ἐργασήριον εἶναι. Hinc igitur sumsit Themistius suum ἐργασήριον μεγαλοπρεπείας, quod prae Xenophonteo vehementer friget ac prope sensu vacuum videtur.

Studium principis, inquit Themistius p. 224 A., me stimulat καὶ οὐκ ἐᾷ καταφέρεσθαι εἰς ὕπνον — ἀλλ' ἀπαυδῶντα καὶ παρειμένον οἷόν τινα εὐδόκιμον στρατιώτην ἀνακαλεῖται καὶ ἀναζώννυσιν ἐπὶ τοὺς λόγους. Corruptum esse arbitror ἀναζώννυσιν, quod homines docti suspicantur significare emeritum *revocare ad militiam*, sed sine exemplo et sine analogia. Conieci ἀναρρώννυσιν *robur et vires addit*, quod optime convenit cum iis quae praecedunt ἀπαυδῶντα καὶ παρειμένον. Legitur idem verbum p. 366 B: Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς — τὴν μουσικὴν ἐπειρᾶτο ἀναρρωννύναι.

Excidit aliquid p. 224 B. ἐγὼ μέντοι οὐκ ἐπ' ἐκείνῃ τῇ δέλτῳ, ἀλλ' ἐπ' ἄλλῃ μείζονι καὶ τελεωτέρᾳ. Non satisfacit quod nonnulli post τῇ δέλτῳ inserunt θαρρῶ: aliquanto melius eo loco revocaveris μέγα Φρονῶ.

Miror quo pacto Dindorfius retinuerit manifestam διττογραφίαν p. 224 C: ἀλλ' ὡς ἔοικεν ὁ ἀνὴρ οὐ τὴν αὐτὴν [ἀνήκειν] ἡγεῖται παιδείαν βασιλεῖ προσήκειν καὶ ἰδιώτῃ, praesertim quum Ambrosianus liber molestum ἀνήκειν omittat.

Digitized by Google

Levis error maculat locum Themistii p. 236 C. ubi patris sui laudes celebrat his verbis, *ὅθεν οὐδὲ μονόγλωττος ἦν οὐδὲ φιλοσόφῳ μόνον ἐπιτήδειος ἀκροατῇ, ῥήτορσι δὲ ἀξύνετος*. Recipiet oratio Graecum colorem et referet antiquae compositionis concinnitatem a Themistio studio quaesitam si pro *μόνον* reposueris *μέν*. Compara locum p. 237 C. *οὐ γὰρ αἱ ἄμπελοι μὲν αὐτῷ καὶ ὁ κῆπος ἥμεροί τε καὶ ἔγκαρποι ἦσαν, τυφλὴ δὲ ἡ διάνοια καὶ ἀγρία*, et p. 240 D: *οὐ δὴ οὖν τότε μὲν ἐχρῆν ἀνοίγειν τὼ ὀφθαλμώ, νῦν δὲ καταμύειν*, ubi si *μόνον* pro *μέν* legeretur, periret omnis compositionis elegantia. Quam saepe *μέν* et *μόνον* inter se permutentur non semel multis exemplis docuimus.

Sine sensu editur p. 240 B: *καί μοι δοκοῦσιν οἱ θεοὶ — ὥσπερ τὸ παλαιὸν Ἡρακλέα καὶ αὖθις Σωκράτην οὕτω νῦν σέ, ὦ πάτερ, διὰ μακροῦ χρόνου παραγαγεῖν καὶ φῦναι ἐπὶ γῆς*. Manifesto mendosum est *φῦναι*, pro quo requiritur verbum *transitivum*, quod quale fuerit satis est ex loci sententia perspicuum. Non enim satisfacit *φῦσαι*, quod post *παραγαγεῖν* frigeret, sed reponendum *φῆναι*, quo verbo Dii immortales singularem aliquem virum et eximium humano generi *cognoscendum dedisse* optime dicuntur, ut *σήματα φαίνειν* et *φῆναι τέρας* apud Homerum leguntur.

Patrem defunctum praedicans Themistius p. 240 B. ad ipsum repente orationem convertens ita dicit: *ἀλλὰ σοὶ μὲν μακάριός τε καὶ εὐδαίμων ὁ ἀγρὸς καὶ πρὸς ὀλβίους τε ἀνέδραμες καὶ εὐδαίμονας τοὺς καταπέμψαντας*. Absurdum est sine ulla controversia *ὁ ἀγρός*. Pro *σοὶ* in aliis libris est *σύ*, unde quivis emendaverit: *ἀλλὰ σὺ μὲν — εὐδαίμων* ΑΤΤΟC *καὶ πρὸς ὀλβίους κτἑ*. Deterior scriptura ex Ambrosiano Codice perperam recepta est etiam paulo ante p. 238 D. *ὅσις καθήμενος ἐν βαλανείῳ — πρὸς τοὺς λουομένους καταγγέλλοι τὰ παλαίσματα*. Pro inepto verbo *καταγγέλλοι* revocanda est sine mora vetus lectio *καταλέγοι* et *λουομένους* in probam formam *λουμένους* convertendum.

Soloeca oratio est p. 265 B. *λόγους δι' οὓς ἂν ἄνθρωποι*

Digitized by Google

ἄμεινον ζῶσιν οὐ σφόδρα εὐπορεῖν μοι δοκεῖτε. Requiritur optativus ζῷεν. Librarii mirati formam ΖΩΙϵΝ notiorem sibi ζῶσιν supposuerunt.

Pervulgato errore scribitur p. 266 D. τὸν πολυάρατον πλοῦτον τί ἂν καὶ λέγοιμεν ὁποίων ἀγωνοθέτης πολέμων ἐσίν; facile dabis mihi ὁπόσων pro ὁποίων emendari oportere.

Quae praepositiones saepe inter se permutantur ἐν et σύν, confusae sunt p. 269 B. δεξιάς τε ἀλλήλοις συμβάλλουσι καὶ συμπεριπατοῦσιν, ubi additum ἀλλήλοις aperte demonstrat veram lectionem esse ἐμβάλλουσιν, ut emendate legitur p. 272 C. τὸ δεξιὰν ἐμβαλεῖν — ἐνίησί τι κέντρον μελλούσης φιλίας. Idem error commissus est in libris p. 272 D. ὥςε διὰ τούτου γε ἐθέλειν ἐμφῦναι, ubi συμφῦναι rescribendum esse reliqua pars loci clamat.

Tolle soloecismum p. 267 A. πῶς οὖν δή τις τό γε τοιοῦτον ἀγαθὸν εὕροι τ' ἂν καὶ εὑρὼν θηρεύσαι καὶ θηρεύσας ἐγκρατὴς ἔσοιτο; certus Graecitatis usus pro ἔσοιτο requirit γένοιτο.

Levis error eluendus est p. 269 D. ἐφ' ἕν τι νένευκε τῶν οὐ πάντη χρησῶν. Pro ΠΑΝΤΗ emendandum πάνυ τι. Saepe haec vidi inter se permutari. Si quid esse dicitur οὐ πάντη χρησόν, habet *aliquid* boni, sed οὐ πάνυ τι χρησόν urbane dicitur *quod malum et pravum est*.

Corrigenda est interpunctio loci p. 270 A. σκέψαι γὰρ πολλοὺς ἀνθρώπους οὔτε χαίρειν τοῖς αὐτοῖς οὔτε ἀνιᾶσθαι δυνατόν, imo vero: σκέψαι γάρ· πολλοὺς ἀνθρώπους κτέ.

Plane contrarium quam quod dixerat scribae Themistium dicentem induxerunt p. 271 B. ταῦτα μὲν δὴ καὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς ἔοικεν, ἐκκριτέον τε καὶ ἀποκριτέον τῷ τῆς ἐκλέξεως ἐπισήμονι. Plane idem significant ἐκκρίνειν et ἀποκρίνειν, et quia res ipsa clamat Themistium dicere debuisse eum qui eligendi peritus sit alia *probare et admittere*, alia *improbare et reiicere*, apertum est verbum alterutrum in prorsus contrarium refingi

Digitized by Google

oportere. Repone igitur ἐγκριτέον pro ἐκκριτέον. Ἐγκρίνειν *probatum admittere* et alibi passim legitur et p. 269 C. ὑπερόπτην δὴ καὶ ἀλαζόνα — μήποτε ἐγκρίνωμεν.

Pag. 273 A. οὔτε ἐκεῖσε ὑπερβαίνοντα τοὺς σωφροσύνης ὅρους οὔτε ἐνταῦθα τῆς ἀληθείας, admonitus τοὺς ἀληθείας statim revocabis.

Post pauca pro barbaro ἐνδύνεται emenda ἐνδύεται.

Inepte insertum est καί p. 273 B. κατὰ τὴν παροιμίαν [καὶ] τὸν εὐνοοῦντα καὶ κύων σαίνει.

Similiter expunge ἄν p. 275 B. εἰ δὲ σὺ μὲν ἐφέλκοιο, τὸν δὲ [ἂν] ἀνάγκη τις ἀντισπᾷη.

Post pauca ubi docet Themistius cum amicis non esse contendendum ne ex certaminis studio odium oriatur p. 275 C. lacuna est καὶ πᾶσαν ** ἐκποδὼν μετασατέον. Frustra Iacobsius ἄνοιαν inserebat. Sententia ἄμιλλαν excidisse demonstrat.

Vitiosa sequiorum forma irrepsit p. 276 B. οὐ γὰρ πείθομαι ἐγὼ τοῖς ἐκ τῆς ποικίλης φυῆναί ποτε ἐν ἀνθρώποις οἵους τινὰς ἐκεῖνοι πλάττουσι σοφούς, nam pro φυῆναι suspicor Themistium veterum exemplo, ut solet, φῦναι scripsisse, quam formam sero nati Graeculi in φυῆναι corruperunt et pro φύς coeperunt φυείς, pro φύσομαι, ἀναφύσομαι φυήσομαι et ἀναφυήσομαι dicere, quae omnia scribae ἐκ τῆς συνηθείας probis veterum formis substituere solent.

De adulatore dixit p. 276 D. οὐδὲν αὐτῷ μέλει ὅπως ἂν ἔχῃς, non οὐδέ quod editur, et statim post de amico βούλοιτο ἂν σὲ μηδὲν κακὸν ἔχειν, ubi male vulgo pro σὲ scribitur γε.

Calumnia, ut scribit Themistius p. 277 D. ἅμα ἀδικεῖ ἀμφοτέρους ᾧ τε ἐπιβουλεύει καὶ ὃν ἐξαπατᾷ· τὸν μὲν ὅτι πάσχει ὑπὲρ δίκην, τὸν δὲ ὅτι ἐργάζεσθαι ἀναγκάζει. Loci concinnitas requirit ut pro πάσχει infinitivus πάσχειν rescribatur.

Digitized by Google

eodem modo pendens ab *ἀναγκάζει* quo infinitivus verbi oppositi *ἐργάζεσθαι*.

Exime litterulam p. 278 C. ex aoristo *κατακτάνοιεν*. Epicis poëtis relinquendum est *κατέκτανον*, in pedestri oratione *ἀπέκτεινα* in usu est. Scribe autem *κατακάνοιεν*, quod a Xenophonte sumtum est, qui saepissime verbo *κατακαίνειν* et aoristo *κατέκανον* uti solet.

De calumnia sapienter admonet Themistius p. 278 A. nullo modo admittendam esse sed procul arcendam: *εἰ δ' οὖν σε λάθῃ παρεισδῦσα — εἰς φανερὸν προάγειν καὶ διελέγχειν. ὄψει γὰρ ἰλιγγιῶσαν εὐθέως καὶ λυγιζομένην καὶ βατταρίζουσαν καὶ οὐκ ἔχουσαν ὅ τι χρήσεται*, adde *ἑαυτῇ*, quod quum sit necessarium nescio quomodo intercidit. Nunc quidem Themistius Platonis locum de more imitatus solus servavit Platonis manum in libris omnibus gravi vitio corruptam. Obversabatur enim ei locus in *Theaeteto* p. 175 C. *ἰλιγγιῶν τε ἀφ' ὑψηλοῦ κρεμασθεὶς καὶ βλέπων μετέωρος ἄνωθεν ὑπ' ἀηθείας ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν καὶ βαρβαρίζων γέλωτα — παρέχει*. Absurdum est *βαρβαρίζων* quasi vero rabula et in foro iudiciisque versatus si de philosophia dicere coeperit loquendi proprietatem atque usum amittat. Nil enim aliud amittit quam *εὔροιαν τῶν λόγων* et lingua olim tam volubilis nunc praepedita haesitat et balbutit. Itaque risum praebet homo, non *βαρβαρίζων*, sed *βατταρίζων*, quod a Themistio servatum et a Piersono ad Moerid. p. 197 dudum Platoni redditum tandem aliquando ex longo exilio in veterem sedem revocandum est. Levis Graeculus olim in Platonis Codd. BATTAPIZΩN notissimum *βαρβαρίζων* depravavit. *Βατταρίζειν* antiquum esse vocabulum eoque et alios Veteres usos esse et Hipponactem constat inter omnes.

Ubi narrat Themistius qua forma Scyllam Homericam artifices fingere soleant p. 279 B. ita editur: *ποιοῦσι γὰρ αὐτῆς τὰ μὲν ἀπ' ἄχρι κεφαλῆς ἄχρι λαγόνων παρθένον, ἀπὸ δὲ τῆς ἰξύος εὐθὺς εἰς τοὺς κύνας ἐκφερομένην*. Restituendum primum est *αὐτήν* pro *αὐτῆς* sic: *ποιοῦσι γὰρ αὐτὴν — παρθένον*,

Digitized by Google

deinde expunctis verbis ἀπ' ἄχρι κεφαλῆς, quae ne Graeca quidem sunt, ita corrigendum ποιοῦσι γὰρ αὐτὴν τὰ μὲν ἄχρι λαγόνων παρθένον, quae de superiore parte corporis intelligenda esse satis declarant ea quae continuo sequuntur. Non perspexit hoc Graeculus qui ἀπὸ κεφαλῆς in ora libri annotavit. Dicitur παρθένος τὰ ἄχρι λαγόνων ut apud Aristophanem in Vespis vs. 438:

ὦ Κέκροψ ἥρως ἄναξ τὰ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδη.

ΘΙ et Ι confusa sunt p. 280 A. ἵν' ἔτι καὶ μᾶλλον ἴδῃς ὅτι ὀρθῶς δοκιμάζεις, imo vero εἰδῇς.

Recte Stephanus p. 280 B. ubi editur καὶ αὕτη μέν, φησὶν, ἐπὶ δεξιᾷ κορυφὴ καλεῖται Φιλίας ἱερὸς χῶρος —, αὕτη δὲ ἡ ἐπὶ θατέρᾳ ὑποκρίσεως, reponi iussit ἐπὶ θάτερα pro θατέρᾳ, sed eadem opera emendari debebat: αὕτη μέν, φησὶν, (ἡ) ἐπὶ δεξιά.

Tum lege πρόσιθι οὖν ἀγχοῦ — μήποτε ἓν αὐτὸ ὑπολάβῃς pro ὑπολάβοις.

Soloecum est p. 281 B. ὁ Ἡρακλῆς προσηύξατο ἵλεων τυγχάνειν, ubi ἵλεω scribendum.

Pervulgato errore scribae dederunt p. 282 B. οὐδὲ ταῖς προτέραις ὅμοιαι pro οὐδέν.

Πρός et εἰς iterum confusa sunt p. 283 C. οὔτε φεύγων ἐγὼ — οὔτε ἕτερόν τινα πρὸς ὑμᾶς εἰσάγων. Necessarium est εἰς ὑμᾶς εἰσάγων, quod constanter de accusatore dicitur aliquem *in iudicium* adducente.

Vitiata est verborum compositio p. 283 B. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν εἰ — ἐγὼ μὲν ξυνήγαγον ὑμᾶς — ὑμεῖς δὲ τὸ εἰωθὸς ἀποδῴητε καὶ βοήσεσθε ἀναπηδῶντες. Ἀποδῴητε mendosum est, neque enim ἀποδῴην pro ἀποδοίην recte ponitur et sententia futurum postulat ἀποδώσετε καὶ βοήσεσθε.

Non est Graecum quod legitur p. 285 D. καὶ ἧττον ἂν

Digitized by Google

μεθείμην ἢ τὴν ψυχήν. Legendum est μεθείην, ut saepissime dicitur μεθῆκε τὴν ψυχήν. Μεθίεσθαι cum genitivo coniungitur, ut apud Aristophanem Ran. vs. 836:

οὐκ ἂν μεθείμην τοῦ θρόνου.

Iubet se Themistius p. 287 C. si quid deliquisset, κατέχειν καὶ ἐνδιδόναι τοῖς κατηγόροις χρήσασθαι τῇ ἄγρᾳ ὅ τι ἂν βούλωνται. Non admodum eleganter addidit τῇ ἄγρᾳ, quod multo melius omisisset. Rectissime dicitur ὁ κατήγορος τὸν φεύγοντα ἑλεῖν et reus contra ἁλῶναι, sed invenustum est condemnatum reum accusatoris *praedam* dicere. Pro ἐνδιδόναι autem corrige ἐκδιδόναι. Accusatores ad poenam suppliciumque reum *deposcunt*, qui propterea optime ἐκδίδοσθαι dicitur, sed ἐνδιδόναι τινά neque in hac re neque in ulla alia habet locum.

Delendus est articulus p. 286 D. εἰσί που ὑμῖν κείμενοι νόμοι. — καὶ τοῖς φιλοσόφοις τοίνυν [οἱ] νόμοι εἰσὶ γεγραμμένοι.

Leve vitium exime p. 289 D. τὸ γὰρ ἐφ' οἵῳ δὴ σχήματι παιδείας ἀργυρολογεῖν, ubi pro οἵῳ δή corrigendum est ὅτῳ δή, ut emendate legitur p. 290 B. ἐφ' ὅτῳ δὴ μαθήματι, et alibi passim.

Praeclaram Stephani emendationem p. 290 C. λωβωμένου pro λαβομένου festinans Dindorfius sprevit. Λωβᾶσθαι Themistius a Platone sumsit, qui saepissime eo verbo utitur.

Regem et philosophum scribit Themistius p. 293 A. ad summum humanae felicitatis fastigium pervenisse καὶ προσωτέρω οὐκ ἔχειν ἢ προβήσετον. Hoc quidem barbarum est, opinor, προβήσω pro προβήσομαι. Themistius dederat προβήσεσθον.

Quod a Comicis et Oratoribus Atticis sumserat Themistius p. 293 C. scribae corruperunt: ποίους δὲ πυροὺς ἐπιχέω καθάπερ τοῖς νεωνήτοις τὰ καταχύματα; Imo vero τὰ καταχύσματα. Κατάχυμα est vocabulum novitium a Graeculis formatum, καταχύσματα in re notissima dicebant Attici. Recte

Digitized by Google

et erudite discrimen inter τὰ καταχύσματα et καταχύματα aperuit grammaticus nescio quis, cuius observatio legitur in coniectaneis περὶ διαφόρων λέξεων, quae Ammonii nomine circumferuntur p. 78, ubi Aristophanis locus affertur ex Pluto vs. 794.

εἶτ' οὐχὶ δέξει δῆτα τὰ καταχύσματα,

et Demosthenis ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυρίων p. 1123, 28: ἀλλ' αὐτὸς μὲν οὐκ ὤκνησε τὴν δέσποιναν γῆμαι καὶ ἢ τὰ καταχύσματα αὐτοῦ κατέχεε τόθ' ἡνίκα ἐωνήθη ταύτῃ συνοικεῖν. Sic intelligimus qui factum sit ut Graeculi qui καταχύσματα quae essent plane nescirent suam formam καταχύματα supponerent. Lubentissime Themistius recoquit Atticorum dicendi genus et locutiones veteres, cuiusmodi est p. 283 B. δικαστήριον σοφώτερον τοῦ εἰς ἕνα καὶ χιλίους, οἷς ἐπιτέτραπται ἐκ τῆς ψήφου ἐξενεγκεῖν ὅ τι χρὴ παθεῖν τὸν ἁλόντα ἢ ἀποτῖσαι, et p. 293 C. ὑπερακοντίζω τὸν Γοργίαν, et p. 293 D. δορυφορεῖ με ἐμβάλλοντα εἰς τὴν ἀγορὰν συρφετὸς οὗτος καὶ ἡ γρυμαία κεκραγότες καὶ ἐκβοῶντες ἐφ' ἑκάστῳ ῥήματι ὧν (lege ᾧ) ἂν λέγω, et p. 294 A. ὑπερβάλλων σιναμωρίᾳ. Praeterea plurima Platonica repetit iisque Homerica accumulat, ut p. 291 B. ἐμπιπλᾶσι (L. ἐμπιμπλᾶσι) τὴν οἰκίαν ἅλις χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, et p. 296 C. τοιούτοις χρώμενος ἀρωγοῖς τε καὶ συλλήπτορσιν.

Commentarios in Aristotelem se olim scripsisse narrat Themistius p. 295 A. non aliis, sed sibi: ἐμαυτῷ μόνῳ μνημόσυνα καὶ ἀποθήκην ὧν ἠκηκόειν, ἵν' εἴ ποτε ἀποφύγοιτο τὴν μνήμην ἐξῇ μοι ὥσπερ ἐκ ταμιείου λαμβάνειν ἀσφαλοῦς τε καὶ ἀναλώτου ἀπὸ τῆς λήθης. Dindorfius barbarum ἀποφύγοιτο in ἀποφύγοι refinxit sed melius ἀποφύγοι τι restituisset. In fine loci corrige ὑπὸ τῆς λήθης pro ἀπό.

In lepida comparatione p. 297 A. ὥσπερ τὰ φαῦλα τῶν κυνιδίων — ταῦτα μὲν ὀνίναται οὐδὲν ἀποσαβεῖ δὲ τὴν ἄγραν, corrige: αὐτὰ pro ταῦτα.

Tralaticius error adhuc latet p. 297 C. σιτίων τε καὶ ἱματίων καὶ ὑποδημάτων καὶ ἐν βραχεῖ ὅσων τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον ἐπιδεές. Emenda ἔμβραχυ pro ἐν βραχεῖ. Cf. quae de ea confusione notavimus in *Variis Lectt.* p. 207 sqq.

Digitized by Google

Nobilis mercator appellatur p. 297 D. Λάμπης ὁ Αἰγινήτης. Verum nomen est Λάμπις. Innotuit Lampis Themistio ex Plutarcho II. p. 234 F. πρὸς δὲ τὸν μακαρίζοντα Λάμπιν τὸν Αἰγινήτην διότι ἐδόκει πλουσιώτατος εἶναι ναυκλήρια πολλὰ ἔχων Λάκων εἶπεν Οὐ προσέχω εὐδαιμονίᾳ ἐκ σχοινίων ἀπηρτημένῃ, ad quem locum vide Wyttenbachii annotationem.

Tenuis error pessumdedit plane loci sententiam p. 298 D. πῶς ἂν οὖν ἐμπορευοίμην ἐγὼ τὴν σοφίαν; καὶ παρὰ τίνας ἀφικνούμενος ἄλλους ἀνθρώπους ἢ παρ' οὓς μάλιστα καὶ πλεῖστον ἐξῆν; οὗτοι δωτίνην ἀπέλαυσαν τῆς ἐμπορίας. Haec quidem sensu vacua sunt neque haec quisquam intelligit. Repone εἰ pro ἤ et omnia uno tenore sic continua: πῶς ἂν οὖν — τὴν σοφίαν καὶ παρὰ τίνας — ἀνθρώπους εἰ παρ' οἷς μάλιστα — ἐξῆν οὗτοι κτἑ. Vides iam omnia esse luce clariora.

Nemo recte interpretabitur quod legitur apud Themistium p. 299 C. ὅτι μὲν ἔμπορος οὐκ ἂν εἴην παρ' ἄλλων πυνθάνεσθε. ὅτι δὲ οὔτε κάπηλος οὔτε αὐτοπώλης αὐτοὶ δι' ὑμᾶς αὐτοὺς ἐρωτᾶτε κτἑ. Quid sit δι' ὑμᾶς αὐτούς nemo facile dicet. Emendandum est αὐτοὶ δ' ὑμᾶς αὐτοὺς ἐρωτᾶτε. Notum est δέ ita in apodosi iterari solere. Notum est etiam δ' et δι saepe in Codd. confundi.

Discedit a constanti Graecorum consuetudine quod legitur p. 301 C. ἀλλ' ὅπως μή με ἀδολέσχην καὶ περιττολόγον νομίσητε, quia in hac ellipsi perpetuo ὅπως et ὅπως μή cum futuro tempore coniungitur, veluti p. 147 B. ἀλλ' ὅπως μή μου κατερεῖτε πρὸς τοὺς λίαν σοφούς, ubi in aliis est κατερῆτε, quae est mera barbaries. Imitatur in talibus Platonem, apud quem est in *Menexeno* p. 236 B. ἀλλ' ὅπως μοι μὴ χαλεπανεῖ ἡ διδάσκαλος, et p. 249 E. ἀλλ' ὅπως μου μὴ κατερεῖς, et alibi saepius. Quia Themistius hoc genus loquendi ab antiquis totum sumsit, non est credibile eum a vetere forma descivisse, quamobrem repone ὅπως μὴ — νομιεῖτε pro νομίσητε.

Digitized by Google

Non erat movendum p. 300 B. *ἄχρι τοῦ ὠφέλιμος*. Themistius *ἄχρι τοῦ* pro *ἄχρι τίνος* posuit.

Laborat vehementer locus p. 302 D. (*ὁ θεὸς*) *οὔτε μένειν ἀξύμβολον ὑμῖν εἰκῇ ξυγχωρεῖ — οὔτε μὴν πικροτέροις Φαρμάκοις πρὸς τὴν βοήθειαν ἕλκεσθαι*. In aliis libris est *Φαρμάκοις ἐᾷ κεχρῆσθαι πρὸς τὴν βοήθειαν* omisso *ἕλκεσθαι*. Et *ἕλκεσθαι* quidem absurdum est et a sententia loci prorsus abhorret. Dittographia est *ἐᾷ κεχρῆσθαι* et *ἕλκεσθαι*, quod natum est ex ЄΑΚЄ***СΘΑΙ. Itaque repone: *οὔτε μὴν πικροτέροις Φαρμάκοις πρὸς τὴν βοήθειαν ἐᾷ κεχρῆσθαι*. Κεχρῆσθαι pro *χρῆσθαι* amant dicere sequiores, ut *ἐσχηκέναι* pro *ἔχειν*.

Apud Themistium in vicinia p. 307 A. duae praepositiones ineptum in modum transpositae sunt ubi dicit: *σπουδαῖον λέγομεν οὐ τὸν — δειπνοῦντά τε ἐκ πολυτελοῦς τραπέζης καὶ πίνοντα ἀπὸ χρυσῶν ἐκπωμάτων*. Suadente rei natura subridens rescribes: *ἀπὸ πολυτελοῦς τραπέζης* et *ἐκ χρυσῶν ποτηρίων*.

Admiratur Themistius p. 308 C. Agamemnonem Homericum quod Nestorem Achilli anteposuit. *Φρόνησιν γάρ, οἶμαι, ῥώμης τιμιωτέραν ἡγεῖται καὶ τὸ παιδεύεσθαι καλῶς τοῦ γεγενῆσθαι*. Absurdum est *παιδεύεσθαι*, pro quo sine mora *πεπαιδεῦσθαι* est reponendum, quod recte legitur p. 367 D. *ἐν τῷ πεπαιδεῦσθαι παιδείαν*, et aliis locis.

Quod dicit Themistius p. 314 C. *εἰ πόρρωθεν ἀγοίμην καὶ ἐκ προοιμίων καρτερεῖτε, ὦ Φίλοι ἄνδρες*, si vis intelligere emenda *ἀρχοίμην* pro *ἀγοίμην*.

Non est Graeca oratio p. 314 D. *αὐτοὶ καινουργοῦσι περὶ τοῦ νόμου τῆς γραΦῆς*. Solemne est Graecis omnibus dicere *καινουργεῖν* sive *καινοτομεῖν περί τι*, non *περί τινος*. Itaque corrigendum *περὶ τὸν νόμον*.

Quod continuo praecedit: *ὡς οὖν ἐκεῖνο αὐτῶν πάνυ ἄγαμαι καὶ θαυμάζω*, in his *ὡς* nihil habet quo referatur. Nihil aliud

Digitized by Google

recte dicere potuit quam ἓν οὖν ἐκεῖνο. Omissa litera initiali a rubricatore supplenda scribebatur νοῦν ἐκεῖνο, quid qui descripsit quum N expedire non posset ὡς temere supposuit.

Expelle molestam copulam p. 320 D. ποῖ φέρεσθε, ὦ ἄνθρωποι; [καὶ] ἀγνοεῖτε οὐδὲν τῶν δεόντων πράττοντες.

Repone futurum pro coniunctivo, ut certa lex Graecitatis postulat p. 321 A. οὐδὲ ζητεῖτε οἵτινες ὑμᾶς παύσωσι ταύτης τῆς ἀμουσίας, imo vero παύσουσι.

Miro errore editur p. 321 B. τοῦ μὲν ἄρξαντος ἀμελεῖν, περὶ δὲ τὸ ἀρξόμενον ἐσπουδακέναι, pro ἄρξοντος. In notissimo Gelonis dicto apud Herodotum VII. 162. ξεῖνε Ἀθηναῖε, ὑμεῖς οἵκατε τοὺς μὲν ἄρχοντας ἔχειν, τοὺς δὲ ἀρξομένους οὐκ ἔχειν, suspicor pro ἄρχοντας similiter ἄρξοντας veram lectionem esse. δοκεῖτε μοι, dixerat, οἵτινες μὲν ἄρξουσιν ἔχειν, οἵτινες δὲ ἄρξονται οὐκ ἔχειν. Non potest in tali re pro futuro ἄρξουσι praesens ἄρχουσι substitui.

Confusa sunt iterum σύν et ἐν p. 322 A. μυρίων ἀνθρώπων ἐγκαθημένων. Ecquid dubitas συγκαθημένων verum esse?

Mendosa est lectio p. 323 B. in his: σκοπῶμεν — ὅπως ξυνάγηται ταῦτα ἀλλήλοις καὶ μιᾶς γνώμης φανεῖται. Pro ξυνάγηται in aliis libris est συνέσεται, unde elicias: ὅπως ξύνεισί τε ταῦτα ἀλλήλοις καὶ — φανεῖται. Sic enim et sententiae satisfactum est et syntaxi futurum postulanti. ξύνειμι apud Themistium ut apud caeteros ἀττικίζοντας promiscue aut praesentis temporis aut futuri notionem habet et usum.

Non uno vitio laborat locus p. 324 A. ἐξελαύνειν Ἐπίκουρον τὸν Νεοκλέους καὶ ἐκβάλλειν τοῦ καταλόγου ὅτι Ἐπίκουρος λάθρᾳ βιώσας ἐπῃνεῖτο καὶ ἔδετο δόγμα μὴ φύσει εἶναι τὸν ἄνθρωπον κοινωνικόν τε καὶ ἥμερον. Pro λάθρᾳ βιώσας ἐπῃνεῖτο in aliis libris est ἐπῄνει τὸ λάθρᾳ βιώσας. Non est difficilis optio. Non potuit Epicurus ex sapientium numero eiici quia *laudabatur* quod in otio vixisset. Ridicule dicitur aliquis re-

Digitized by Google

prehendi propterea quod laudatur a nonnullis. Ea res invidiam aut odium parere potest, reprehensionem non potest. Quid multa? Corrige ὅτι ἐπήνει τὸ λάθε βιώσας. Laudabat Epicurus praeceptum λάθε βιώσας et sic homines a rep. et negotiis avocabat, quod alii acriter reprehendunt eumque propterea ex sapientium numero exturbant. Sed quae est ista pueriliter balbutientis oratio ἐξελαύνειν Ἐπίκουρον τὸν Νεοκλέους ὅτι Ἐπίκουρος ἐπήνει, expellere *Neoclis filium Epicurum*, quia *Epicurus* laudabat. Ne pueri quidem tam inficete nomen proprium repetiissent. Si me audis et Ἐπίκουρον et Ἐπίκουρος expunges. Themistius dedisse videtur ἐξελαύνειν τὸν Νεοκλέους καὶ ἐκβάλλειν τοῦ καταλόγου. Nemo Graecorum paulo eruditior nesciebat quis esset ὁ Νεοκλέους, sed aut Themistoclem dici intelligebat aut Epicurum. Notum est in vulgus epigramma in utrumque:

χαῖρε Νεοκλείδα δίδυμον γένος, ὧν ὁ μὲν αὐτῶν
Ἑλλάδα δουλοσύνης ῥύσαθ' ὁ δ' ἀφροσύνης.

Themistio quoque, ut caeteris omnibus τοῦ καλλιεπεῖν studiosis, in deliciis est ita dicere ὁ Σωφρονίσκου, ὁ Ἀρίςωνος, ὁ Κλεινίου.

Laborat locus p. 325 A: τί οὐκ ἀφελοῦμεν αὐτοῦ τοὺς ὀρόφους καὶ ἀναπετάννυμεν ὅλας τὰς πύλας; Futurum ἀφελοῦμεν in praesens ἀφαιροῦμεν refingendum est. Τί οὐ in tali adhortatione, ut *quin* Romanorum, praesens tempus postulat, ut statim recte additur ἀναπετάννυμεν. Forma ἀφελοῦμεν, quamquam est vitiosa pro ἀφαιρήσομεν, sequiorum omnium usu teritur, apud quos καθελῶ, ἀνελῶ, ἀφελῶ et ἀφελοῦμαι, ἐξελοῦμαι et sim. saepissime leguntur.

Pag. 326 C: ὁ δῆμος — εὐαγωγότατος ἁπάντων καὶ εὐαλώτατος ὑπὸ λόγου, non est "*notanda haec superlativi forma*" εὐαλώτατος, ut Dindorfio videtur, sed sine mora in εὐαλωτότατος convertenda, de quo genere erroris diligentissime admonuit ipse Dindorfius in Praefatione pag. XV.

Eximenda est litterula p. 329 D. ubi editur: σπουδῇ αὐλιζόμενοι ακροασόμεθα. Pro αὐλιζόμενοι in aliis libris est

Digitized by Google

ἁλισκόμενοι, sed tu emenda ἁλιζόμενοι. Saepius Themistius pro ἀθροίζειν dixit ἁλίζειν et ἁλίζεσθαι pro ἀθροίζεσθαι, veluti p. 168 A. θεραπαίνας ἁλίσας εἰς ἕνα χῶρον, et p. 284 A: οὐδὲν ἀνύτουσιν οἱ μιξάνθρωποι ἢ μιξόθηρες ἁλιζόμενοι. Ἁλίζεσθαι et συναλίζεσθαι apud Xenophontem et alios solent a scribis in αὐλίζεσθαι et συναυλίζεσθαι depravari. vid. Anab. VI. III. 3. et VII. III. 48. Ἀλής, ἁλία, ἁλίζειν, συναλίζειν, Ionica et Dorica sunt, quae per Xenophontem ad τοὺς ἀττικίζοντας propagata sunt. Nemo enim Atticorum aut ἁλίζειν aut συναλίζειν usurpavit umquam.

Vocabulum excidit p. 330 A: οὐδὲ ἀποκλύζεις τὸ λεγόμενον καὶ ἀπονίπτεις ποτίμῳ τὴν ἁλμυρὰν ἀκοήν; Subest in his decantatus Platonis locus in *Phaedro* p. 243 D: ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι, unde supplendum ποτίμῳ (λόγῳ) τὴν ἁλμυρὰν ἀκοήν. Quod dixit Themistius ἀπονίπτεις, sequitur Graeculorum consuetudinem qui pro vetere forma νίζω, ἀπονίζω substituerunt νίπτω et ἀπονίπτω, quam elicuerunt ex νίψω, ἔνιψα, νένιμμαι, ἀναπόνιπτος, quemadmodum ex χανοῦμαι, ἔχανον, κέχηνα finxerunt suum χαίνω pro χάσκω, similiaque complura.

In lepido Carneadis dicto p. 330 B: δεινὰ μέντἂν πάθοιτε ὑμεῖς οἱ καλοὶ εἰ μόνοι περὶ ὑμῶν σπουδάζουσιν οἱ ἀνόητοι, duo insunt vitia sermonis. Graecum est σπουδάζειν περί τινα, non περί τινος et pro indicativo optativus requiritur. Itaque sic scribendum: εἰ μόνοι περὶ ὑμᾶς σπουδάζοιεν οἱ ἀνόητοι.

Quod post pauca sequitur p. 330 C: οὗτοι κακῶς σοι κείσεται, φησὶ Σωκράτης, ὅτ' ἂν ὑμᾶς τοσούτου δέοντας εὐεργετήσῃς, quemadmodum emendandum sit docebit locus Platonis *de Rep.* I. p. 345 A: οὗτοι κακῶς σοι κείσεται ὅ τι ἂν ἡμᾶς τοσούσδε ὄντας εὐεργετήσῃς.

Non invenuste scribit Themistius de patre suo ad virtutem se informante p. 340 C. συχνά μου ἀπεπειρῶ καθάπερ οἱ ἀετοὶ τῶν νεοττῶν εἰ δύναταί μοι φέγειν τὰ ὄμματα — τὴν αὐγὴν τῆς ἀληθείας, — καὶ ἐγεγάνυσο καὶ ἐγεγήθεις ὅτι σοι γνησίους ἤλεγχον τὰς γονὰς πρὸς τὸν ἥλιον οὐ σκαρδαμύττων.

Digitized by Google

sed in his vitiosa forma est *ἐγεγάνυσο*. Verbum *γάνυμαι* has habet formas reliquorum temporum *γανώσομαι*, *ἐγανώθην* et *γεγάνωμαι*, quamobrem *ἐγεγάνωσο* emendandum est, ut est apud ipsum Themistium p. 367 A. *ὑψηλόφρων τε καὶ γεγανωμένος*.

Non uno mendo deformatus est locus p. 340 B: *μὴ ἀχρεῖον τὸ κτῆμα νομίσῃς ὅτι σύγε οὐ παραπλεύσεις τὴν νῆσον ἐκείνην οὐδὲ τὴν Κίρκην ὄψει ποτὲ οὐδ' ἐκπίῃ τοῦ κυκεῶνος*, nam barbarum quidem est *παραπλεύσω* pro *παραπλεύσομαι*, et faex Graeculorum ita loquebatur. Latet forma Attica *παραπλεύσει*. Eodem vitio laborat *ἐκπίῃ* pro *ἐκπίει*, sed inest etiam aliud quid vitii. *Πιεῖν τοῦ κυκεῶνος* quid sit novimus, sed *ἐκπιεῖν τὸν κυκεῶνα* dicere rei natura ipsa iubet, non *τοῦ κυκεῶνος*. Itaque expuncta praepositione scribendum *οὐδὲ πίει τοῦ κυκεῶνος*.

Turpis soloecismus haesit p. 345 D: *ἐμοὶ δὲ τοσοῦτος σωρὸς καὶ ἐσμὸς σοφίας οὔτε ἐκτήθη ποτὲ οὔτε μὴν κτηθείη*. Manifestum est corrigi oportere *οὔτε ἐκτήθη ποτὲ μήτε κτηθείη*. Saepe sic repente votum concipiunt, ut in notissimo *ἕοι τε καὶ εἴη*, veluti apud Eunapium in Oribasio p. 105: *παῖδας ἔσχε τέτταρας οἵτινές εἰσί τε καὶ εἴησαν*, et sic necessario *οὐ* et *μή*, *οὔτε* et *μήτε* sibi inter se respondent.

Excidit vocabulum p. 354 A. *ταύτην ἄρχουσι τὴν ἀρχὴν πλεῖν ἑπτακόσια ἔτη*. Corrige *πλεῖν (ἢ) ἑπτακόσια*. Antiqua forma *πλεῖν*, quae in Atticorum scriptis fere obliterata est, apud Themistium saepe intacta evasit, veluti p. 87 B: *πλεῖν* (alii *πλὴν*) *ἢ τριάκοντα*. p. 110 A. *πλεῖν ἢ μυρίους*. p. 138 A. *πλεῖν ἢ χιλίους*. p. 168 B. *πλεῖν ἢ ϛαδίους χιλίους*. p. 200 B. *πλεῖν ἢ τριάκοντα ὅλων ἐνιαυτῶν*, et aliis locis.

Manifestum mendum tenemus apud Themistium p. 366 A. *καθέζονται ἀγανακτοῦντες εἰ — ἀφαιρεῖσθαί τις αὐτοὺς ἐπιχειρήσει ταύτης τῆς ἀδείας καὶ ταῦτα εἷς ὢν πολλοὺς καὶ ἰσχυροὺς τὴν φωνὴν, ἂν οὕτω τύχῃ, μέγα κεκραγότας*. Vitiosum est *ἰσχυρούς*. Duplex in his verbis oppositio inerat: *εἷς* op-

Digitized by Google

ponebatur πολλοῖς et τοῖς μέγα κεκραγόσιν oppositus erat is *qui tenui et exili voce loquebatur*. Quin tu igitur mecum reponis καὶ ἰσχνὸς τὴν φωνήν, quem plerique ἰσχνόφωνον appellare solent.

Non attendit animum Dindorfius p. 365 D. ubi edidit πεπαιδεῦσθαι παιδείαν, ἧς τοῦτο ἔργον τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ τοῦ κεκτημένου ποιῆσαι. Nulla est doctrina opus, qua τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθά propria fiant eius qui possideat, quemadmodum *animi bona* nulla vi alicui eripi possunt. Sed de *fortunae* bonis haec dici palam est, in quibus doctrina hanc vim habet ut quae χρήματα sint κτήματα fiant. Apertum igitur est tralaticio errore τύχης in ψυχῆς esse depravatum. Verum olim viderat Harduinus, cuius evidentem correctionem τύχης Dindorfius in marginem ablegavit.

De nomine *consulis* dicit Themistius p. 367 C: ὁ ὕπατος, τοῦτο δὴ τὸ ἀγαπητὸν ὅσα ἔτη ἡ διπλῆ τοῦ αὐτοῦ ἐπωνυμία. Quid sibi vult τοῦ αὐτοῦ? Nihil prorsus. Consules autem ponuntur pro *anni* nota. Quin igitur corrigimus ἡ διπλῆ τοὐνιαυτοῦ ἐπωνυμία. Notissima est Attica crasis τοὐνιαυτοῦ, quam Themistius retinuit, quemadmodum p. 12 D. scripsit θαιμάτια, similiaque alibi. Scribae, qui illic θοιμάτια substituerunt, aliud agentes TOTNIATTOT in τοῦ αὐτοῦ depravarunt. Scrupulum omnem eximet comparatus locus Themistii p. 64 D. ubi de Ioviano simul cum filio consulatum gerente ita dicit: τὸ μὲν τοίνυν ἥδυσμα τοῦ λόγου — μακαρίαν ἀποφῆναι τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ ἔτους, ἣ τὴν ξυνωρίδα ἐπέγραψε τὴν εὐδαίμονα πατρός τε ἅμα καὶ υἱέος.

C. G. Cobet.

Digitized by Google

EURIPIDEA.

Bis idem vitium commissum est in Euripidis *Rheso* vs. 169

χρυσὸς πάρεσιν, εἰ τόδ' αἰτήσει γέρας.

et vs. 181.

τί δῆτα μεῖζον τῶνδέ μ' αἰτήσει γέρας;

utrobique corrigendum est αἰτήσεις. Aliud enim est αἰτεῖν, aliud αἰτεῖσθαι, quod nemo olim nesciebat et probe memine-rat Euripides, qui vs. 173 recte scripsit:

δώσω. σὺ δ' αἴτει πλὴν στρατηλάτας νεῶν.

Redditum Platoni verbum αἰτεῖσθαι veterem et turpem erro-rem patefaciet in *Charmide* p. 155 D. εὐλαβεῖσθαι μὴ κατέ-ναντα λέοντος νεβρὸν ἐλθόντα μοῖραν αἱρεῖσθαι κρεῶν, in quo loco etiam optimi interpretes mendum subesse non animad-vertentes mirifica comminiscuntur. Heindorfius μοῖραν αἱρεῖσθαι κρεῶν non dubitat quin a poëta dici potuerit pro *capi lacera-rique*, Stallbaumius non dubitat quin sic vere Heindorfius interpretetur. Tu emenda: εὐλαβεῖσθαι μὴ — μοῖραν αἰτεῖσθαι κρεῶν. Leoni praedam devoranti hinnuleus supervenit et quum stultus praedae partem *petit* ipse nova fit praeda.

In eadem fabula alio modo bis simili erratum est vs. 338.

μισῶ φίλοισιν ὕστερον βοηδρομεῖν,

et 443

ἀλλ' ὕστερον μὲν ἦλθον, ἐν καιρῷ δ' ὅμως,

namque utrobique ὕστερος esse reponendum et Graecitatis ratio docet et confirmant loci plane similes in vicinia, vs. 412

φίλων νοσούντων ὕστερός βοηδρομεῖς.

et 453

πέρσας Ἀχαιοὺς καίπερ ὕστερος μολών.

ubique locorum πρότερος et πρότερον, ὕστερος et ὕστερον et sim. confunduntur, quae in antiquioribus libris distingui non pote-

Digitized by Google

rant nisi ab iis, qui quo usu haec inter se differrent probe intelligerent et sentirent. Scribis perinde esse videtur: hinc perpetua nascitur confusio, quamquam graviter laborat sententia, ubi inter se locum mutarunt.

Vitiose editur in *Rheso* vs. 480

οὐ τούσδ' ἀρισῆς Φασὶν Ἑλλήνων μολεῖν;

quia ἀρισῆς pro ἀρισέας dici non potest. Facilis est emendatio; quoniam non principes dici sed fortissimos palam est: ergo restitue: οὐ τούσδ' ἀρίσους Φασίν κτέ.

Forma barbara deturpat ibid. vs. 816

εὖ νυν τόδ' Ἴσε, Ζεὺς ὀμώμοσαι πατήρ.

emenda ὀμώμοται, quae forma a scribis depravari non potuit in Aristophanis *Lysistrata* vs. 1007

τευτὶ τὸ πρᾶγμα πανταχόθεν ξυνομώμοται
ὑπὸ τῶν γυναικῶν.

et sola bene Graeca est. Aeschylus *Agam.* 1290

ὀμώμοται γὰρ ἔρκος ἐκ θεῶν μέγας.

Mirantur has formas Graeculi et pessime refingunt et fallacem analogiam indocti sequuntur, qualis in ὄμοσμαι cernitur, quum δέδμαι, πέπτμαι, et ante omnia ἀπήρτμαι comparare debuissent. Ipsi pro ἀρτῶν solent ἀορτῶν dicere et eundem in hoc verbo errorem errare. Quoties enim legitur in libris ἠ ἀορτακεσίαν pro ἀνταιτησιν, ut τεθεαμένη, ἠρτημένη et sim. In Codd. Demosthenis ad unum omnibus legitur in Leptinea p. 505, 29 ἀ ἔ γεγραπται καὶ ἐωμοται, praeterquam in eximio Parisino S, qui solus ἐωμοται sine labe servavit. Quid soleant librarii peccare in ἀλλεσαι, cui ἀλήλεσαι substituunt, alibi ostendimus. Eadem chorda oberrant in δεδιαι, quae forma in composito παραδεδιαι Veteribus usitata fuit. Hinc apud Demosthenem p. 214, 29 circumfertur ἀ τοὺς παραδεδιαστικοτας ἐσχεν, quod perinde vitiosum est atque ἐωμοσα et ἀλιτεσθαι. Qui scribas tam saepe in his ἀρ' ἀλιτεσθαι deprehendit interpolantes, nihil iis tribuit in ἀορτος, ἐωμοσμαι, παραδεδιαι et si quid huiusmodi librorum fide Punica pro Graeco habetur. Quibus dicebant Veteres, ut ἀορτη, quo Sophocles utitur:

Digitized by Google

πατὴρ ἐφάνθην ἔνθεν αὐτὸς ἠρόθην,

in *Oed. Tyr.* vs. 1485, et ἀπηρύθην apud Alexidem, et apud omnes ἐδόθην, κατεπόθην, ἀπεδύθην, alia.

Locus est in *Rheso*, qui cum Antiphontis loco comparatus Oratori lucem et salutem afferre poterit. Legitur vs. 856

χρόνον μὲν ἤδη συμμάχοισι χρώμεθα
ὅσονπερ ἐν γῇ τῇδ' Ἀχαϊκὸς λεώς,
κοὐδὲν πρὸς αὐτῶν οἶδα πλημμελὲς κλύων
ἐν σοὶ δ' ἂν ἀρχοίμεσθα.

Eodem modo loquitur Plato in *Apologia* p. 28 A. ἡ τῶν πολλῶν διαβολή τε καὶ φθόνος πολλοὺς καὶ ἄλλους καὶ (dele καί) ἀγαθοὺς ἄνδρας ἤρηκεν, οἶμαι δὲ καὶ αἱρήσειν. οὐδὲν δὲ δεινὸν μὴ ἐν ἐμοὶ ᾖ. Si haec adhibueris loco Antiphontis *de caede Herodis* § 17. καίτοι οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν κακούργων τῷ αὐτῷ χρῶνται νόμῳ τούτῳ, ὥσε καὶ οὗτος κοινὸς τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὢν ἐμοὶ μόνῳ ἐπέλιπε μὴ ὠφελεῖσθαι τοῦδε τοῦ νόμου, eruere poteris hanc scripturam κοινὸς τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὢν ἐν ἐμοὶ μόνῳ ἐπέλιπε, expunctis caeteris, quae ex veteri interpretamento supersunt.

In Euripidis *Supplicibus* mendum resedit vs. 296

ἀλλ' εἰς ὄκνον μοι μῦθος ὃν κεύθω φέρει.
Β. αἰσχρόν γ' ἔλεξας χρῆς' ἐπικρύπτειν φίλους.

ubi poëta dederat, ut opinor, χρῆς' ἔπη κρύπτειν φίλους. Fefellit Graeculos soni affinitas quibus ἔπη et ἐπί idem sonabant, non Veteribus. Prior senarius compositus cum vs. 865 in *Iphigenia Aulid.*

ὁ λόγος εἰς μέλλοντ' ἀνοίσει χρόνον, ἔχει δ' ὄγκον τινά,

monstrare poterit veram scripturam ἔχει δ' ὄκνον τινά. Praeterea in *Supplic.* vs. 581

οὗτοι μ' ἐπαίρεις ὥσε θυμῶσαι φρένας,

reposuerim futurum οὗτοι μ' ἐπαρεῖς: *quidquid iactas*, inquit, *iram meam non movebis.* Sic loquuntur qui quem contemnunt. Futurum ἀρῶ, ἐπαρῶ, ἐξεπαρῶ penultimam producere iuniores optime docebit Elmsleius ad *Heraclidarum* vs. 323

πολλῷ σ' ἐπαίνῳ Θησέως, ὦ τᾶν, πέλας
ὑψηλὸν ἀρῶ.

Simillimum exemplum est in *Iphig. Aulid.* 125

Digitized by Google

καὶ πῶς Ἀχιλεὺς λέκτρων ἁπλακών
οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαρεῖ;

In verbis liquidatis, ut saepe ostendimus, scribae passim futuris praesentis formam substituunt, neque sententiam loci neque metrum curantes. Quam saepe σημαίνων, ut hoc utar, vel ἀγγέλλων metro ruente in Tragicorum libris occurrit pro σημανῶν vel ἀγγελῶν. Facilius etiam peccabant in ἀρῶ priore producta, ut in *Medea* vs. 938

ἡμεῖς μὲν ἐκ γῆς τῆσδ' ἀπαίρομεν Φυγῇ,

pro ἀπαροῦμεν, quod Elmsleius revocavit. In *Iphigen. Taur.* vs. 117

ἐκ τερμάτων δὲ νόστον ἀροῦμεν πάλιν,

plerique libri ἄρωμεν exhibent. In *Troadibus* vs. 1148

γῆν τῷδ' ἐπαμπισχόντες ἀροῦμεν δόρυ,

omnes servant αἰροῦμεν, ut in Helena 1597

οὐκ εἶ' ὁ μέν τις λοῖσθον ἀρεῖται δόρυ,

omnes Codices obsidet vitiosum αἱρεῖται, quae omnia Elmsleius emendavit Porsono viam praeeunte ad *Medeam* vs. 848, qui si commode nostri essent loci recordati eadem opera οὗτοι μ' ἐπαρεῖς, ut opinor, emendaturi fuissent. Similium mendorum plena sunt omnia. In Andocidis orat. I. § 11. in Codd. est κίνδυνον αἱρεῖσθαι μέλλετε, bene Bekkerus ἀρεῖσθαι restituit.

In *Cyclope* perperam legitur vs. 105

οἶδ' ἄνδρα κρόταλον, δριμὺ Σισύφου γένος.
ΟΔ. ἐκεῖνος οὗτός εἰμι. λοιδόρει δὲ μή.

pro ἐκεῖνος αὐτός εἰμι, quod perspicuum est.

In vs. 130

αὐτὸς δὲ Κύκλωψ ποῦ 'στιν; ἢ δόμων ἔσω;
ΣΕΙΛ. Φροῦδος πρὸς Αἴτνῃ θῆρας ἰχνεύων κυσίν.

emenda πρὸς Αἴτνην, nam Φροῦδος plane idem est atque ἀπελήλυθεν, ut in *Andromache* vs. 73

Φροῦδος δ' ἐπ' αὐτὸν Μενέλεως δόμων ἄπο,

et saepe alibi, quamobrem πρὸς Αἴτνην necessarium est.

Quod continuo sequitur vs. 131

οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις, ὡς ἀπαίρωμεν χθονός;
ὅδησον ἡμῖν σῖτον οὗ σπανίζομεν

Digitized by Google

sine ulla controversia a Graeculis est corruptum, qui Veterum librorum scripturam *οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον* non intelligebant aut temere interpretabantur. Magistelli credebant et magna cum gravitate docebant *ὅτι οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται τοῖς προστακτικοῖς ἀντὶ ὁριστικῶν*, vide Scholiasten ad *Hecubam* vs. 222. Quam sit hoc absurdum ne cogitant quidem. Contemnere istos possis nisi ea opinio multos Veterum locos depravasset, in quorum numero is est, de quo agimus. In *Hecuba* vs. 225 pro *οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον* in plerisque libris est et olim erat *δράσεις*. Bonus magister annotat: *τὰ ἀκριβέστερα τῶν ἀντιγράφων οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον ἔχουσιν*. In Sophoclis *Oedip. Tyranno* vs. 543 in egregio Mediceo Codice scriptum exstat:

οἶσθ' ὡς ποιήσων ἀντὶ τῶν εἰρημένων
ἴσ' ἀντάκουσον, κἄτα κρῖν' αὐτὸς μαθών.

pro *οἶσθ' ὡς ποίησον*; Vetus magister ad hunc locum genuinam scripturam de more interpretatur. *Ποίησον*, inquit, *ἀντὶ τοῦ ποιήσεις. ἔστι δὲ ἀττικισμός*. Quam sit hoc praepostere acceptum ita optime senties, si pro *ἀντάκουσον* et *κρῖνε* reponere quis vellet *ἀνταkούσει* et *κρινεῖς*. Non enim quid facturus sit eum edocet sed quid eum facere velit praecipit. Itaque *οἶσθ' ὡς ποιήσω* optime habet, sed narrantis est ut *οἶσθ' ὡς ποίησον* est praecipientis et iubentis. Nulla, si hoc tenebis, potest esse usquam dubitatio, utra scriptura sit potior. Utrum quid narretur an iubeatur manifestum ubique est: itaque ubi futurum sequitur praeire futurum necesse est, ubi imperativus imperativum. Rectissime igitur in *Iphigen. Taur.* vs. 759 sic ex libris editur:

ἀλλ' οἶσθ' ὃ δράσω;
λόγῳ φράσω σοι πάντ' ἀναγγεῖλαι φίλοις.

et incuria, ut opinor, Badhamus edidit *δρᾶσον*. Quid ipsa factura sit Iphigenia commemorat. Ex ipsa rei natura in talibus prima persona apparere solet: quid sit facturus is, quicum colloquimur, non solemus edocere praesentem. In caeteris videbis imperativos imperativis respondentes. Saepe sic Euripides loqui amat, ut in *Ione* vs. 1029 *οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον*; — *κάθες βαλὼν ἐς πῶμα*, in *Heraclidis* vs. 452 *ἀλλ' οἶσθ' ὅ μοι σύμπραξον*; — *ἔμ' ἔκδος Ἀργείοισιν*, in *Helena* vs. 315. *οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον*; — *πυθοῦ πόσιν σὸν Θεονόης* et vs. 1249

Digitized by Google

οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; τῶν πάρος λαθώμεθα.

ubi Graece dici potuisset ὃ δράσωμεν, ut ostendimus in *Var. Lectt.* pag. 101. In *Iphig. Aulid.* vs. 725

οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, ὦ γύναι; πιθοῦ δέ μοι.

verba πιθοῦ δέ μοι posita sunt διὰ μέσου neque praecedentibus respondent, ut interposita particula indicat, deinde poëta variavit orationem, neque imperativum subiecit quod facturus erat qui οἶσθ' ὃ δρᾶσον dixerat. Etiam qui quid vetat eadem forma loquendi utitur, ut in *Hecuba* vs. 225

οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; μήτ' ἀποσπασθῇς βίᾳ,
μήτ' ἐς χερῶν ἅμιλλαν ἐξέλθῃς ἐμοί,
γίγνωσκε δ' ἀλκήν.

Eodem modo Aristophanes in *Pace* vs. 1061 ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον; — μὴ διαλέγου, qui tribus aliis locis eadem locutione usus est: in *Equitibus* vs. 1158. οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; — ἄφες ἀπὸ βαλβίδων et in *Avibus* vs. 54 ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον; — θένε τὴν πέτραν et vs. 80 οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; — τὸν δεσπότην κάλεσον. Eadem est ratio in aliis exemplis, quae aliunde collegit Elmsleius ad Sophoclis *Oed. Tyr.* vs. 543. Confer eundem ad *Medeam* vs. 587. Nemo videtur animadvertisse eodem modo locutum esse Aristophanem in Acharnensibus vs. 1064 οἶσθ' ὡς ποιεῖτε τοῦτο; ubi quod Elmsleius reponebat ποιεῖσθω pro vulgata ποιεῖται soloecum est sed ποιεῖτε sanissimum, quamquam neminem vidi, qui in ea dictione praesens imperativi posuerit pro aoristo. Satis superque ex his apparet verum vidisse, qui in *Cyclope* emendarunt olim οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; — ὅδησον ἡμῖν σῖτον. et falli Matthiaeum qui δράσεις fortasse servari posse opinabatur *"quia in illa fabula ad sermonem vulgarem propius accedit oratio."* Est enim is sermo vulgaris non Atticorum sed Graeculorum, qui Euripidem eodem malo mactarunt quo Lucianum, cui ter ὃ δράσεις et ὃ δράσομεν invito obtruserunt, ut l. l. indicavimus.

Obscurat gravis scribarum error versum in Cyclope 140

σὺ δ' ἀντιδώσεις, εἰπέ μοι, χρυσὸν πόσον;
ΟΔ. οὐ χρυσὸν ἀλλὰ πῶμα Διονύσου φέρω.
ΣΕΙΛ. ὦ φίλτατ' εἰπών, οὗ σπανίζομεν πάλαι.

Digitized by Google

Si dixit Euripides ὦ φίλτατ' εἰπών eodem sensu dictum erit, quo in *Ione* 1487

ὦ φίλτατ' εἰποῦσ' εἰ λέγεις ἐτήτυμα.

cui Sophocles plane similem senarium in *Philocteta* posuit vs. 1290

ὦ φίλτατ' εἰπὼν εἰ λέγεις ἐτήτυμα.

sed sic οὔ nihil habebit quo referatur et οὔ σπανίζομεν πάλαι recte intelligi non poterit. Quid multa? Rescribe:

ὦ φίλτατ', εἶπας οὔ σπανίζομεν πάλαι.

quae verba Interprete non indigent. Fere dixeris senarium, quem ambo eundem Sopocles et Euripides fecerunt, in mentem venisse Graeculis inter scribendum et sic ὦ φίλτατ' εἰπών esse natum.

In versu 234 τούς τ' ἄρνας ἐξεφοροῦντο Musgravius reponebat ἐξεφροῦντο, *emittebant foras*, recte, ut opinor. Calamitosum in paucis est verbum sive φρέω sive πίφρημι, quod in plerisque locis scribae et magistri in alia omnia refingere solebant et saepius ita obscurarunt et deleverunt, ut nunc ex tenuibus quibusdam reliquiis et indiciis forma et usus verbi investiganda sint. Et φρεῖν quidem nusquam legitur, neque εἰσφρεῖν, ἐκφρεῖν, ἐπεισφρεῖν, διαφρεῖν. Legitur εἰσπιφράναι apud Aristotelem uno loco. Futurum φρήσω et φρήσομαι in compositis certam habet auctoritatem: οὐκ εἰσφρήσομεν exstat in Vespis 892, οὐκ ἐκφρήσετε ibid. vs. 156. In Avibus legitur vs. 193 τῶν μηρίων τὴν κνῖσαν οὐ διαφρήσετε. Forma εἰσφρήσομαι aetatem tulit apud Demosthenem p. 93, 18 ἐγὼ μὲν οὐκ οἶομαι ἀλλὰ καὶ εἴ τισι μᾶλλον ἀπιστοῦσιν ἢ ἡμῖν καὶ τούτους εἰσφρήσεσθαι μᾶλλον ἢ 'κείνῳ παραδώσειν τὴν πόλιν. Quo pertinet annotatio Harpocrationis: Εἰσφρήσειν: ἀντὶ τοῦ εἰσάξειν, εἰσδέξεσθαι. Ἀντιφῶν καὶ Δημοσθένης ἐν ἡ' Φιλιππικῷ. πολὺ δὲ τοὔνομα ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ, quem scripsisse puto εἰσφρήσειν. ἀντὶ τοῦ εἰσάξειν καὶ εἰσφρήσεσθαι εἰσδέξεσθαι, quia hoc verum est et cum loco Demosthenis convenit. Rectissime eandem formam Thucydidi VII. 32. Dobraeus restituit in verbis: πέμπει ἐς τῶν Σικελῶν τοὺς τὴν δίοδον ἔχοντας — ὅπως μὴ διαφήσουσι τοὺς πολεμίους ἀλλὰ συσραφέντες κωλύσουσι διελθεῖν. Nihil verius aut

Digitized by Google

quam διαφρήσουσι legendum esse, id est δίοδον δώσουσι sive διήσουσι, quemadmodum εἰσφρεῖν est εἴσοδον διδόναι et ἐκφρεῖν διδόναι ἔξοδον et ἐπεισφρεῖν (et ἐπεισφρέσθαι) dicitur quis ea, quae calamitatem aut pestem aut exitium afferunt. Aoristi pauca sed certa vestigia exstant, ut in *Alcestide* vs. 1056

καὶ πῶς ἐπεισφρῶ τήνδε τῷ κείνης λέχει;

cave enim putes praesentis temporis eam formam esse. Aoristi esse demonstrabit locus in *Phoenissis* 264

ὃ καὶ δέδοικα μή με δικτύων ἔσω
λαβόντες οὐκ ἐκφρῶσ' ἀναίμακτον χρόα.

ubi histriones, docente Scholiasta, veterem scripturam μετέπλασαν διὰ τὸ δυσέκφορον et de suo dederunt οὐ μεθῶσ' ἀναίμακτον χρόα. Quum in Scholio infelix verbum novo infortunio in οὐκ ἐφρῶσιν depravatum esset, optime Dindorfius in praefat. ad Poët. Scen. pag. XXIX. admovit Photii locum Οὐκ ἐκφρῶσιν: οὐκ ἐξαφῶσιν. Satis apparet ibi ἐκφρῶσιν aoristum esse. Eiusdem temporis formae sunt imperativi εἴσφρες et ἔκφρες et participium ἐπεισφρείς, quod legitur in veteri Palimpsesto, quo pars Phaëthontis Euripidei continetur vs. 50

ἀλλ' ἔσιθ' ἐς οἶκον μή τιν' Ἥφαιστος χόλον
δόμοις ἐπεισφρεὶς μέλαθρα συμφλέξῃ πυρί.

perspicue ΔΟΜΟΙCΕΠΕΙCΦΡΕΙC in vetusta membrana scriptum est. Forma εἴσφρες certum auctorem habet Herodianum περὶ μονήρους λέξεως p. 24, 24, qui φρές componit cum ἕς, θές, σπές (miror σχές non additum) et incerti Comici senarium adiicit: ** εἴσφρες μ' ὡς τὸ μειρακύλλιον, ut tam certa sit quam felix Buttmanni emendatio in *Vespis* vs. 162

ἴθ', ἀντιβολῶ σ', ἔκφερέ με, μὴ διαρραγῶ,

reponentis ἔκφρες με. Bis apud Euripidem occurrit forma ἐπεισέφρησα: in *Herc. Fur.* vs. 1267

γοργωπὸς ὄφεις
ἐπεισέφρησε σπαργάνοισι τοῖς ἐμοῖς,

et in *Electra* vs. 1040 λέκτροις ἐπεισέφρησε, quod Dawesius reposuit pro ἐπεισέφρηκε, quae scriptura non solitaria est sed alibi quoque comparet, quos locos diligenter Dindorfius ad Stephanum conquisivit in v. εἰσφρέω et ἐκφρέω, ut minime contemnenda sit eiusdem suspicio in v. ἐπεισφρέω dubi-

Digitized by Google

tanter proposita, aoristum ἔφρηκα olim fuisse, ut ἔθηκα. Itaque quemadmodum ἔθηκα, θές, θῶ, θείς Graeca sunt sic εἰσέφρηκα, εἴσφρες, ἐκφρῶ et ἐπεισφρείς cognata esse. Quae suspicio mihi quidem probabilis admodum esse videtur, sed nulla spes est fore ut alicunde certiore argumento stabiliatur. Permulti anni sunt ex quo diligenter investigavi omnia sed nihil aliud uspiam exstare comperi, quo hoc demonstratum darem. Quaesivi tamdiu Xenophontis causa et Demosthenis, quibus reddendam censeo eam formam, quam analogia Graecitatis egregie confirmat, usus scriptorum et librorum auxilium plane destituit. Expromam tamen utramque suspicionem, si forte ex se ipsa satis ponderis videatur habere. Xenophontis locus est in *Hellenicis* VI. v. 43. ubi Procles in concione Atheniensium Lacedaemonios ita extollit ut aculeo pungat Thebanos his verbis: τίνας δὲ ἂν παρασάτας ἥδιον τούτων ποιήσαισθε, ὧν γε καὶ οἱ ταχθέντες ἐν Θερμοπύλαις ἅπαντες εἵλοντο μαχόμενοι ἀποθανεῖν μᾶλλον ἢ ζῶντες ἐπεισφέρεσθαι τὸν βάρβαρον τῇ Ἑλλάδι; callide summae Spartanorum laudi opponit summum dedecus Thebanorum et perpetuum opprobrium, ὅτι ἐμήδισαν. Res est manifesta: sed quid, quaeso, est ἐπεισφέρεσθαι τὸν βάρβαρον τῇ Ἑλλάδι et quis locus est in tali re verbo εἰσφέρεσθαι, ἐπεισφέρεσθαι? Nullus omnino: ἐπάγεσθαι τοὺς πολεμίους, τοὺς βαρβάρους Graecum est, ut quidquid ex ἄγειν natum est recte de hominibus dicitur: φέρειν et si quid inde componitur de rebus dici solet. Exime unam litterulam et habebis Historici manum: ἀποθανεῖν μᾶλλον ἢ ζῶντες ἐπεισφρέσθαι τὸν βάρβαρον τῇ Ἑλλάδι. Quid esset ΕΠΕΙΣΦΡΕΣΘΑΙ Graeculi nescientes vocabulum bene Graecum ἐπεισφέρεσθαι substituerunt inepti, quemadmodum ibidem VI. v. 7. non assecuti quid esset ἡττώμενοι ἐν τοῖς ΘΕΑΡΟΙΣ, absurde scripserunt ἐν τοῖς θεάτροις, quod eximia emendatione Dobraeus sanavit, qui comparato Thucydide V. 47. reperit ἐν τοῖς θεαροῖς forma Dorica Arcadum pro θεωροῖς, et IV. 1. 15. quum esset in vetustis libris θῆραι ἐν ΠΕΡΙΕΙΡΓΜΕΝΟΙΣ παραδείσοις non intelligentes antiquum vocabulum eo delapsi sunt rent ἐν περιειργασμένοις παραδείσοις. Acute Schr ριειργμένοις revocavit in lucem. Nollem Editores

Digitized by Google

nuissent IV. III. 21 *Ἀγησίλαος εἰς Δελφοὺς ἀφικόμενος δεκάτην τῶν ἐκ τῆς λείας τῷ θεῷ ἀπέθυσεν*, quum *ἐκ τῆς Ἀσίας* verum sit a Plutarcho servatum. Fefellit librarios scriptura ACIAC et ΛЄIAC sibi visi sunt videre. Si quis mihi dabit *ἐπεισφρέσθαι* genuinum esse videri, quemadmodum *εἰσφρήσεσθαι* apud Demosthenem supra vidimus, et eam vim esse certae analogiae, cui usus non refragetur, ut sola hanc formam satis tueri possit, is Demostheni quoque sic subveniri posse intelliget in *Leptinea* p. 473, 6 *ἀνέῳξαν τὰς πύλας ἡμῖν καὶ εἰσέφρουν τὸ στράτευμα καὶ διέσωσαν καὶ ὑμᾶς καὶ τοὺς συμμάχους*. Vitiosum esse *εἰσέφρουν τὸ στράτευμα* dubium esse non potest. Quod in aliis libris est *εἰσέφερον* et *εἰσεφρούρουν* nova menda sunt a correctoribus invecta. Qui *εἰσέφρουν τὸ στράτευμα* sine suspicione legunt nescio quomodo non viderunt aoristum utique requiri et *εἰσέφρουν* non minus ineptum esse ac si in caeteris *ἀνέῳγον τὰς πύλας* et *ἔσωζον* legeretur. Quoniam res ipsa aoristum postulat et formae mediae usum, quid aliud superest quam ut ex *ἐπεισφρέσθαι* eliciamus *καὶ εἰσέφρεντο τὸ στράτευμα*, respondent enim *φρέσθαι* et *ἔφρεντο* formis *θέσθαι* et *ἔθεντο*, ut formis *θές*, *θῶ*, *θείς* respondent *φρές*, *φρῶ* et *φρείς*. Quomodo ΕΙΣΕΦΡΕΝΤΟ abierit in *εἰσέφερον τό* perspicuum esse opinor: deinde scioli qui de verbo *φρεῖν* inaudiverant *εἰσέφρουν τό* correxerunt. Imperfectum *εἰσεφρούμην* certa fide scriptum est apud Euripidem in *Troadibus* vs. 645

τούτου πόθον παρεῖσ' ἔμιμνον ἐν δόμοις
εἴσω τε μελάθρων κομψὰ θηλειῶν ἔπη
οὐκ εἰσεφρούμην. τὸν δὲ νοῦν διδάσκαλον
οἴκοθεν ἔχουσα χρηστὸν ἐξήρκουν ἐμοί.

sed nihil foedius vidi quam imperfectum *ἐξεφρείομεν*, quod in *Vespis* circumfertur vs. 125

ἐντεῦθεν οὐκέτ' αὐτὸν ἐξεφρείομεν.

Ravennas *ἐξεφρίομεν*. Eiusdem monetae est *ἐξεφρείομεν* atque *ἐξεπλείομεν* pro *ἐξεπλέομεν* aut *ἐγαμείομεν* pro *ἐγαμοῦμεν*, *ἐκαλείομεν* pro *ἐκαλοῦμεν* et similia, quae nullius dialecti sunt et non verba sed portenta. Suspicor olim iambum excidisse et reliquias antiquae lectionis *ἐντεῦθεν οὐκέτ' αὐτὸν ἐξέφρει* ** a male feriato Graeculo in illum modum expletas fuisse scilicet.

Digitized by Google

Multa, quae huc faciunt, Hesychius habet, quem vide in *ἀπέφρησαν, ἐπεισφρήσαντες, εἰσφρῆναι, ἐπεισφρήσας* I. p. 1392, *ἐξέφρηκεν, εἰσέφρησεν* et alibi. Idem *Διέφθειρε: διῆγεν. Εὐριπίδης ἐν Αὔγῃ*, et paulo ante *Διέφερε: διῆγεν.* Emenda *Διέφρει: διῆγεν.* Seri Graeculi priscum verbum ut multa alia recoxerunt, non sine turpi vitio, dicebant enim *εἰσέφρησα* pro *λάθρᾳ εἰσῆλθον*, ut Alciphron III. 53. *χθὲς Καρίωνος περὶ τὸ Φρέαρ ἀσχολουμένου εἰσέφρησα εἰς τοὐπτάνιον*, et sic saepe *εἰσφρήσας, εἴσφρησις, ἐπείσφρησις, ἐπεισφρητέον* similiaque dicebant. Heliodorus Aethiop. VII. p. 307 *εἰσφρῆσαι εἰς τὸ ἄντρον προθυμούμενος*, et sic *εἰσφρήσας εἰς τὰ βασίλεια* et *εἰσφρῆσαι εἰς τὸ συμπόσιον* similiaque congessit ad Eunapium Wyttenbachius pag. 314. Suidas ex Aeliano *ἐκφρησθῆναι* affert pro *ἐκβληθῆναι*, quod putidissimum est et non uno nomine vitiosissimum. Sic isti Graecum sermonem ex pulcherrimo fecerunt turpissimum, a qua foeditate lubens averto oculos.

Celebratus in Hippolyto versus 352

Ἱππόλυτον αὐδᾷς; — σοῦ τάδ' οὐκ ἐμοῦ κλύεις.

commonefacit me ridiculi emblematis, quod magister infersit in *Alcibiadem* I, qui inter Platonicos circumfertur, p. 113 C: *τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἄρα συμβαίνει, ὦ Ἀλκιβιάδη, σοῦ τάδε κινδυνεύεις ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ ἀκηκοέναι, [οὐδ' ἐγώ εἰμι ὁ ταῦτα λέγων ἀλλὰ σύ,] ἐμὲ δὲ αἰτιᾷ μάτην*, quae ostendisse sufficit, nam cuiusvis est sentire leporem et venustatem loci perire, ubi ista accesserint.

In Alcmenae fragm. VII

δεινόν τι τέκνων φίλτρον ἔθηκεν
θεὸς ἀνθρώποις.

emenda *φίλτρον ἐνῆκεν*: nihil enim est *φίλτρον τινὶ θεῖναι.* Ἐνιέναι poëtis est quod caeteri dicunt *ἐμποιεῖν*, ut *μένος, λύσσαν ἐνιέναι* et sim.

In Polyidi fragm. IV

μάτην γὰρ οἴκῳ σὸν τόδ' ἐκβαίη τέλος.

negligenter editur pro *οἴκων σῶν*, quod splendide dictum est pro: *μάτην γὰρ ἂν τοῦτο ἀναλώσειας.*

Digitized by Google

Telephi fragm. XI. sic legendum est

εἶτα δὴ θυμούμεθα
παθόντες οὐδὲν μεῖζον ἢ δεδρακότες.

vulgatur οὐδὲν μᾶλλον sine sensu: recte Aristophanes haec παρῳδῶν in Thesmoph. 517 οὐδὲν μεῖζον exhibet. εἶτα· δή pro εἰ δή a Matthiaeo repositum adhibendum est fragmento VI Hypsipyles

θάπτει τε τέκνα χἄτερ' αὖ κτᾶται νέα
αὐτός τε θνήσκει. καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοί
εἰς γῆν φέροντες γῆν.

ut appareat legendum esse κἄτα δὴ χθονται βροτοί.

Contra Aristophanes ex Euripide emendandus est in Acharn. 453, ubi libri:

τί δ' ὦ τάλας γε τοῦδ' ἔχει πλέκους χρέος;

Bentleius dedit ὦ τάλας, σε τοῦδ' ἔχει, quem omnes sequuntur. Scholiastes ad h. l. καὶ τοῦτο δὲ παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου

τί δ', ὦ τάλας, σὺ τῷδε πείθεσθαι θέλεις;

utrobique legerim: ὦ τάλας σύ, ut saepe alibi ὦ 'νόητε σύ, ὦ πονηρὲ σύ, et sim. et Aristophani reddiderim:

τί δ', ὦ τάλας σύ, τοῦδ' ἔχεις πλέκους χρέος;

Male refertur ad Euripidis Telephum versiculus apud Stobaeum Floril. LI. 8 Εὐριπίδου ἐκ Τηλέφου·

τόλμ' ἀεὶ κἄν τι τρηχὺ νέμωσι θεοί.

ubi Codd. τόλμης ἀεί servant. Corrige:

τόλμης δεῖ κἤν τοι τρηχὺ νέμωσι θεοί,

qui pentameter est nescio cuius poëtae elegiaci. Notum est quid lemmatibus apud Stobaeum sit tribuendum.

In Hypsipyles fragm. XI

ἰδοὺ πρὸς αἰθέρ' ἐξαμιλλᾶσαι κόραι
γραπτοὺς *** οἷσι προσβλέπειν τύπους

recte Valckenaerius γραπτοὺς ἐν αἰετοῖσι (ἀετοῖσι) προσβλέπειν τύπους supplevit in Diatr. p. 214. nam affertur locus Euripidis ad demonstrandum ὅτι οἱ παλαιοὶ ἀετὸν ἔλεγον τὸ ἀέτωμα, sed minus feliciter ἐξαμιλλῶνται κόραι correxit. Emendandum est:

Digitized by Google

ἰδοῦ πρὸς αἰθέρ', ἐξαμίλλησαι κόραις
γραπτοὺς ἐν ἀετοῖσι προσβλέπειν τύπους.

connitere, inquit, *oculis pictas in templi fastigiis figuras intueri.* Peridoneum verbum est in tali re ἐξαμιλλᾶσθαι, itaque quamquam perraro occurrit satis tuto ἐξαμίλλησαι βλέπειν recipietur. Contra idem verbum alienissimo sensu legitur apud Euripidem in Cyclope vs. 628, ubi Ulysses tumultuantibus Satyris intonat:

σιγᾶτε, πρὸς θεῶν, θῆρες, — οὐδὲ πνεῖν ἐῶ,
οὐ σκαρδαμύσσειν οὐδὲ χρέμπτεσθαί τινα,
ὡς μὴ 'ξεγερθῇ τὸ κακὸν, ἕς' ἂν ὄμματος
ὄψις Κύκλωπος ἐξαμιλληθῇ πυρί.

in quo loco tam apertum est quid sententia postulet quam certum est eum sensum in ἐξαμιλληθῆναι inesse nullo modo posse. Suspicatus sum periisse priscum aliquod vocabulum, quod scribis incognitum abierit in notam formam sed sensu vacuam, ut sexcenties factum esse vidimus. Scripsisse enim Euripidem existimo ἕς' ἂν ὄμματος ὄψις Κύκλωπος ἐξαμαλδυνθῇ πυρὶ, quod vetus est verbum Ionicum, quo Homerus et Hippocrates utuntur et παρατραγῳδῶν Aristophanes, et alii multi, quorum in antiquis λέξεσιν obscura quaedam memoria tamquam umbra volitat. Significabat ἀμαλδύνειν proprie ἀμαυροῦν, μαραίνειν, figurate διαφθείρειν, ἀπολλύναι, ἀφανίζειν. Aristophanis locus est in Pace vs. 380

ἀλλ', ὦ μέλ', ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι,

quem versum Aristophanes Byzantinus ἐσημειώσατο propter Homerum suum πρὸς τοὺς παρ' Ὁμήρῳ ἐξηγουμένους τεῖχος ἀμαλδύνας ἀντὶ τοῦ ὁμαλίσας, non esse enim ἀμαλδύνειν *solo aequare* ὁμαλίζειν sed ἀφανίζειν, quemadmodum ἀμαλδυνθήσομαι apud Comicum esset ἀντὶ τοῦ ἀφανισθήσομαι. Tribus locis apud Homerum exstat: Iliad. M. 18 τεῖχος ἀμαλδῦναι et 32 τεῖχος ἀμαλδύνας et H. 463

ὥς κέν τοι μέγα τεῖχος ἀμαλδύνηται Ἀχαιῶν.

Saepius eodem Hippocrates usus est, cuius quinque locos in Oeconomia Foesius indicabit, sedulo interpretantibus Erotiano et Galeno. Aliorum usus in Hesychio cognoscitur, qui Ἀμαλδῦναι: ἀφανίσαι interpretatur, nempe apud Homerum, dicto loco: praeterea servat: Ἀμαλδύομεν: ἀφανίζομεν, μαραίνο

Digitized by Google

μεν, ubi ἀμαλδύνομεν verius est et foede depravatum Ἀμαλαυρεῖ (pro Ἀμαλδύνει): μαραίνει, σήπει, φθείρει. Quod proprie apud Hippocratem dictum est ὄμματα ἀμαλδύνεται pro ἀμυδρά ἐστι, μαραίνεται percommode ostendit quomodo ἀμαλδύνειν figurate pro διαφθείρειν dici potuerit et quam bene ἔς' ἂν ὄμμα ἐξαμαλδυνθῇ dictioni Euripideae conveniat. Additam praepositionem ἐξ neminem, qui Tragicorum eloquium bene noverit, arbitror esse miraturum.

C. G. COBET.

MONITUM.

Absoluto feliciter MNEMOSYNES nostrae volumine hoc undecimo multa me admonent ut opus magni et perpetui laboris aliquamdiu intermittam, quod paene invitus facio, namque periucundum mihi opus hoc et dulcissima haec cura semper fuit, sed necessitati est obtemperandum. Itaque nunc omnibus qui MNEMOSYNEN aut scribendo ornare aut legendo celebrare voluerunt ex animi sententia gratias agens valedico. Si mihi Deus vitam viresque suppeditare volet, defunctus aliquando negotiis curisque, quae nunc imminent, intermissam hanc operam lubentissimo animo instaurabo.

Scio esse quibus videar nimis acer et nonnumquam paulo asperius quaedam et quosdam reprehendere. Difficile est, si blandiri nescias, *„in scribendo semper tam esse facilem, moderatum et amicum, ut numquam postea aliquid mutatum velles,"* ut ad Eichstadium scripsit Peerlkampius meus. Caeterum pervelim Criticos et Philologos eodem animo meam assentari nescientis παρρησίαν accipere et ferre, quo ipse semper alienam acceperim et tulerim.

Scribebam
Lugduni-Batavorum
Calendis Octobribus
MDCCCLXII.

C. G. COBET.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google